UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia XXXVIII. De Conversione Magdalanæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

gem & rationem perperam de Chriſto iudicat, qui docet Confeſſarios.

§. 38. Quia peccatrix eſt. *Ignorat Phariſæus virtutem pœnitentiæ: cum peccatricem iudicet eam quæ per ipſam mutata eſt ſicut deſertum Iacob.*

§. 39. Peccatrix eſt. *Perperam dicit Phariſæus: cum iam illa mulier non ſit illa, quæ fuit, ſed alia, ſicut Niniue, & vas Hieremiæ.*

§. 40. Peccatrix eſt &c. dilexit multum &c. remittuntur ei &c. *Adeo contrarium fecit Dominus de hac muliere iudicium, vt Phariſæo illam ad abyſſum deprimente flagitiorum, illam ſtatuat intra Seraphinorum altitudinem.*

§. 41. Vides hanc mulierem? *Quis eſt Dei manibus tradita, nec eam Phariſæus eripiet quantumuis latret ſicut canis ad lunam.*

§. 42. Vides hanc mulierem? *Opponit ſe Chriſtus illi, qui hanc voluerit ſe illi ouem eripere. Hæc eſt illa gloria earum quæ ſunt eius, de qua Iſaias.*

§. 43. Remittuntur tibi peccata tua. *Velut oui ſuæ Chriſtus huic mulieri vitam largitur ſempiternam.*

§. 44. Vade in pace. *Pace gaudet anticipata Magdalena ſibique Chriſtus bellum aſſumpſit; ipſa verò benigna manſit & ſingularis peccatorum aduocatrix.*

# HOMILIA XXXVIII.

## DE CONVERSIONE MAGDALENÆ.

### Sexto die Iouis Quadrageſimæ.

*Rogabat Ieſum quidam Phariſæus; vt manducaret cum illo &c.* Luc. 7.

☞ 1 ENARRAT nobis Euangeliſta D. Luc. opus plenè prodigioſum, quod Dominus operatus eſt in miraculoſa conuerſione Magdalenæ, tantopere vergens ad gloriam Dei, profectum illius & honorem, & noſtram denique inſtructionem. Sanè multum debetis ô Dominæ Chriſto Redemptori noſtro: cum enim nobis in Euangelijs huius Quadrageſimæ tantos proponat viros ore ſuo diuino atque ſententia reprobatos, quibus iure merito grauem oſtendit bilem cordiſque nauſeam, atque à ſe non parua repulit indignatione, verbis illos exulcerans amarioribus, generationem prauam & adulteram, filios Diaboli, perfidos eos compellans & hypocritas: non niſi feminas inuenimus, quibus ſe voluit honorari, atque in illis omnipotentem brachij ſui virtutem oſtendere & miſericordiæ declarare multitudinem.

Mulier prodit Chananæa, quam, ſic laudibus extulit vt eam cognominauerit magnæ fidei mulierem, eamque in Eccleſia ſua magiſtram ſtatuerit orationis: nos enim erudit qualiter ſit orandum & poſtulandum, vt deſiderata percipiamus. Adeſt Samaritana cuius amore ita ſe feruentem oſtendit, vt ab illa paſſus repulſam non à propoſito deferbuerit, donec cor illi deuinxiſſet: & cum eſſet mulier abiecta, hæretica, impudicitiæ proluuies, illam tamen ſuam creauit Apoſtolam & prædicatricem, cuius opera ad fidem reduxit Samariam. Tertia producitur adultera in flagranti delicto comprehenſa & iuxta legis præſcriptum *Rea lapidari*, producta verò in tribunal, eius cauſam adeò ſedulò defendit, vt cum illius accuſatores primarij eſſent & Doctores Hieruſalem, ipſos repulerit, confuderit, illam autem priſtinæ reſtituerit libertati atque in vtroque foro liberam abſoluerit, ita vt nullus eſſet qui vel verbulum ei exprobare præſumeret. Viduam profero de Naim tot lacrymis offuſam, vt oculi illius fontes eſſent, & cor doloris



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pelagus ex morte vnici ſui dilectiſſimi, quem ad ſepulturam efferebant, vnicam poſteritatis ſuæ ſpem & ſolamen vnicum: hanc autem vt demulceat, efficit vt tota gradum ſiſtat ciuitas illam comitata, & vocis ſuæ virtutem producens filiũ ab inferis reuocat, manu comprehendit de feretro eleuat, matriq́ue reddit rediuiuum, ineffabili gaudio tripudianti.

Hodie peccatricem habemus hoc malo nomine in ciuitate laborantem, itaquam prius ſentinam peccatorum & dæmoniorum habitaculum, depoſitarium efficit cœleſtium donorum: titionem inferni mutat in Seraphim cœleſtem: lutum immundum, fœtidum, & abominabile, vas reddit cryſtallinum tantâ gloria & puritate cõmendabile, vt teſte D. Chryſoſtom ipſas virgines puritate ſuperet: *Non amplius peccatrix remanſit, ſed ilico quauis virgine caſtior, verecundiorq́; euaſit. Virgines quoque caſtitate ſuperauit.* Tanto ſplendore coruſcans vt velut luna plena peccatores illuminet: & teſte D. Ambroſ. mater pœnitentium, docens qua ratione ſit illis agenda pœnitentia: *Omnibus qui volunt veniam promereri, magiſterium praſtitit.* In tantam perfectionem promota vitæq́ue ſanctitatem, vt ex iudicio Diui Petri Chryſolog. in Eccleſiæ abaco refulgeat inter præclariſſimos & eminentiſſimos perfectione ſanctos, *In Eccleſiæ ſublimata faſtigio.* In qua multa ſunt quæ videant & obſtupeant oculi Seraphinorum. Vt autem noſtros exhilaret illam hodie in conſpectum producit Eccleſia inter tot tamque ſacrilegas Sacerdotum, Principum, Phariſæorum, Scribarumq́ue nequitias, quas omnibus his diebus nobis obrulit inſpiciendas.

D. Chr. *Serm in Peccat. & Phariſ inter opera D Ephrem p. 718. & Hom. 6 in Matth.*
D. Ambr. *Lib. 2. de pœnit c. 8.*
*Tom. 1. Serm. 76.*

Notat Spiritus ſanctus quod dum populus Dei grauiori mœſtus abſorberetur triſtitia quia non niſi ſcelera viderent & ſeditiones, quas contra Deum eiuſque ſanctiſſimum templum, electumq́ue populum machinabantur gentiles, potiſſimum autem Græci: illos Deus inexpectata voluit lætitia recreare, dum inter tantorum criminum nebulas in lucem produxit opera digniora & heroica facinora, actuſque præclaros ſanctiſſimi Sacerdotis Simonis filij Oniæ in Dei obſequio ita ſtabilitos, vt quaquauerſum in illos attenderent, lumen effunderent quoddam cœleſte, quod oculos cum pietate intuentium recrearet. Vt autem hoc exponat, vtitur figura arcus cœleſtis: *Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloria.*

*Eccli. 50. 8.*

Quanta cauſa triſtitiæ, quando turbato cœlo nõ niſi diſcurſus & reuolutio nubium conſpicitur denſarum, obſcuratum & triſtium, quæ de vaporibus terreſtribus & ardentibus compoſitæ, quaſi intra ſe rugientes ac reboantes, nunc ſurdo tonitru, nunc adeo claro & forti, vt nubes dirumpi quis forte timuerit, & dixerit cœlos diffringi, dum pariter ex ſe fulgura demittunt horrenda radioſq́ue ardentiſſimos. Quando inexpectato has inter nubes caliginoſas arcus apparet cœleſtis venuſtiſſimus, pacis ſymbolum & ſecuritatis, qui ſolis radijs illuſtrior, pulcherrimus apparet varijs intermixtus coloribus viridi, rubro, albo & flauo; quantam prouocat intuentibus alacritatem? Talis refulſit oculis fidelium Simon ſummus Sacerdos, quando tot inter nebulas refulſit peccatorum, in ſe ſuoſq́ue tonitru grandinemq́ue mittentes; & talis quoque hodie mulier hæc eſt nobis effulgens formoſiſſima: *Sicut arcus refulgens inter nebulas gloria.*

Quàm grauiter his diebus nebuloſum ſe nobis cœlum oſtendit cœleſtis Euangelij, ſacerdotibus, principibus, Phariſæis & doctoribus qui velut obſcuræ nebulæ vento ſuperbiæ elatæ, atque ex vaporibus terræ compoſitæ, affectionicupiditatibus & inuidijs, nunc intra ſe vibrant tonitrua minarum contra Chriſtum, nunc fulgura ignitoſq́ue radios euomunt auſus inquam ſacrilegos, quibus Chriſtum acriùs oppugnant: Dominica præterita illum lapidare conati ſunt in templo; eoſq́ue vidimus manibus ſaxa colligentes: *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* Die Lunæ ſatellites ſuos mittunt velut efficaces radios quatenus illum apprehendant vinctumq́ue trahant puniendum: *Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros vt apprehenderent Ieſum.* Die Martis de prouincia ſua Iudæa extorris ſecedit & quaſi ſub vmbra tectoq́ue Galilææ latet abſconditus: *Quia quærebant eum Iudæi interficere.* Heri circumdederunt eum velut nubes horribiles in eum irruentes: *Circumdederunt eum Iudæi.* Exterrent nos nebuloſi illi & melancholici, noſque terrore percutiunt grauiori, quàm fulgura & tonitrua, nefandiſſima eorum facinora: ſed inter hæc producit Eccleſia hodie arcum fulgidiſſimum Magdalenam inquam, glorioſam, radijs diuini ſolis iuſtitiæ Chriſti circumamictam. O quàm admirabilis, grataque pulchritudo! O quantam intuentibus mentis gignit alacritatem? Quanta diuinorum colorum coniunctio, & quàm cœleſtes quaquauerſum aperit intuitus! Albedo inter lucet fidei puriſſimæ, certæ ſpei viredo, inflammatæ charitatis rubedo, veræ pœnitentiæ pallor: *Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloria.*

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

☞ 2 Et iure optimo à nobis exigit Euangeliſta vt eam intueamur : *Ecce mulier*. Imo ipſe Chriſtus nobis illam digito demonſtrat rogans vt in illam oculos coniiciamus : *Vides hanc mulierem* ? Vultum illius conſidera formoſum , verecundia coloratū,vt illi dicere liceat quod ſponſæ: *Quaſi*
Cant.4.2. *fragmen mali punici,ita gena tua.* Oculos perpende fontes , non aquas ſed gemmas Orientis ſcaturientes pretioſiſſimas:imo ſunt illis multo pretioſiores lacrymæ quas effundit vberrimas. Manus illius myrrham diſtillant ſuper pedes Domini pretioſam, dum illos vnguento tingit odorifero.Capillis ſuis illum ligat, vt in perpetuum illi fixa cohæreat. Ipſa cumulus eſt miraculorum tam multiplici plena gratia , quam ante ſceleribus : illam etenim vt opinor Iſaias prædixit
Iſa.21.4. dum ait : *Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.*

Si heri Phariſæi Chriſtum circumdederunt vt ſuis ſacrilegis illum irritarent actionibus : hæc illum hodie circumdat , mille Chriſto delatura obſequia adeo diuina & grata,vt ipſe Dominus ea ſigillatim expendat,intendens vt nos illa quoque conſideremus.O arcum formoſum in Eccleſiaſtico cœlo rutilum,quo noſtra ſolidatur infirmitas & timor expellitur : multo venuſtiori illo, quem Deus Noe dedit in miſericordiæ ſuæ , & pacis cum peccatoribus teſſeram ſecuriſſimam : vnde nō minori iure de hoc interpretamur,quod
Eccl.43.12 de illo profert Spiritus Sanct. *Vide arcum & benedic eum , qui fecit illum : valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.* Formoſiſſimus arcus cœleſtibus circumamictus ſplendoribus:illum intuere & mille benedictiones atque gratiarum actiones illi impertire , qui creauit illum , tuiſque illum oculis proponit,ad ſolamen tuum & inſtructionem: vt tanta nos lux minime excæcet , neceſſe eſt vt illa nos gratiæ corroboret:illam igitur mediante cœleſti procuratrice poſtulemus,dicentes. *Aue Maria.*

### §. 1. *Docet nos hodie in hac muliere Dominus velut in ſpeculo maris ænei practicam Theoriæ quam heri de ouibus ſuis protulit.*

☞ 3 Hom. quid monendi ſunt baptizand. p. 438. & de bap- SActæ Scripturæ ſtudioſos monet D. Baſil. Spiritum ſanctum eiuſdem auctorem adeo prouidum eſſe , quatenus illā intelligamus, vt quod in vna parte nobis obſcure dixit verbotenus,& theoricè , in altera manifeſtè dicat , & exemplis,& praxi,& operibus. Doctioribus nota eſt Ariſtotelis doctrina , nihil eſſe quod ſic doctrinam declaret propoſitam , verboque exhibitam, quam exemplum in quo completur & opere perficitur. Optimè ſuos inſtruit Mathematicus,quando voce proponit , quid ſit triangulum, & quales eius ſpecies ex angulis rectis & obliquis : porrò hæc omnia clarè manifeſtat ,quando quod auribus inſtillauit , oculis obiicit inſpiciendum , illaſque ſpecies in tabula vel charta pictas demonſtrat. Bene docet magiſtra puellam qua ratione conficere debeat futuram nexilem ſiue reticulatam tot filis & bacillis , reflectendo tantos in hanc & tantos in alteram partem. Porrò melius, id capit quando illi proponit exemplar, in quo opere ipſo patet quod illi verbotenus explicauit.

*tiz. c. 4. p. 244. 245. Sect. 18. problem. q. 3.*

I. Praxis melius docet quam verba.

II. Similitudo.

Hoc idem agit Spiritus ille Dei,præceptorum præceptor vt nos doceat reddatque ſapientes in eo,quod nobis maximè conducit:etenim aliquādo nobis in SS. litteris ſuis verbo loquitur & eruditione,quid noſtri ſit muneris:& alias idem nobis opere proponit & executione : illa etenim praxis oculis expoſita , declarat illam theoricam quam auribus pridem inſtillauerat. Primum promiſſum à ſponſo cœleſti ſponſæ ſuæ iuratum & primum monile in principio amoris ſui illi præſentatum ad ornatum & pulchritudinem , legimus fuiſſe quaſdam muræulas affabrè expolitas : *Muræulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.* Muræcula, teſte Diuo Iſidoro, piſcis eſt oblongus inſtar colubri vel ſerpentis , qui ſe inſtar circuli circumcludit : quia de cauſa hoc nomine catenæ vocantur,quia collo circumuoluūtur,& nomen muræulæ , quod eſt diminutiuū attribuitur catenulis , quas domicellæ de collo ſuſpendunt , & ita declarat D. Hieronymus hoc nomen:loquens de mulierem ornatu, ſed maximè propriè ſicut interpretantur D.Gregor.& D. Bernardus attribuitur inauribus ; quibus aures perforatæ ornantur illæ ſunt propriè muræulæ. Sponſus itaque ſic ſponſæ loquitur. Monile primum tibi à me tribuendum quo te venuſtam gratamque reddas , ſponſa mea muræulæ ſunt aureæ tuis auribus appendendæ non planæ ſed elaboratæ , & vermiculatæ argento. Sunt inaures(ſic Diu.Gregorius cum Diu Bernardo) elaboratæ in modum muræulatum , quibus mirificè ſignatur verbum Dei doctrinaque fidei , ornatus noſtris auribus opportunus ; quibus percipitur & proprio quodam modo ingreditur : etenim ſignum maximè ſecurum & ſeruitutis indicatiuum apud Iudæos , expreſſo legis decreto , erat , aures habere perforatas & hoc erat illius tempo-

III. Allegoria de muræulis aureis.

*Cant. 1 10*

*Lib. 12. Ethymo. ca. 6. & l. 19. cap. 31.*

*Epi. 15. de laud. Aſella.*

*In cap. 1. Cant.*

*Ser. 41. in Cant.*

*Exo. 21. 6. & Deut. 15. 17.*

temporis clauus ſine S. quo ſeruos perpetuos inurebant.

Symbolum maximè proprium ſimplicitatis promptæque ad vocem Domini obedientiæ apud gentiles, erat muræna, ſi Pierio credimus; quia cum ita ſit quòd ad piſces, quia ſub aqua viuunt, vox non penetret, nec audiant (quibus natura proinde auditum non conceſſit) muræna tamen aures habet adeo patulas & excitatas vt ad vnum ſibulum, quo ex littore maris illam ſerpens vocat eius conſors de quo concipit, ilico & fulgure velocior accurrat, quàm diligentiſſimè. Hoc præmiſſo perpende quàm eleganter & proprio Hieroglyphico cœleſtis ſponſus exponat doctrinam fidei ſuæ cœleſtis, diuiniq́ue verbi per inaures in modum murænarum; quibus aures perforatæ adornantur: quia eius doctrina aures exigit ita ſubditas & obedientes, ſicut eſt intellectus in captiuitatem, redactus in obſequium fidei: quia ſicut talis, iuxta Apoſtoli dictum, hanc recipere debet doctrinam ſine replica ſine contradictione, atque ad illam accurrere murænæ promptitudine, qualem ipſe Deus per pſalmiſtam expoſuit: *In auditu auris obediuit mihi.* Hic primus eſt cultus & ornamentum, quo cœleſtis ſponſus ſponſam animam dignatur ad aurium ornatum; diuina ſcilicet ſua doctrina; quia primum quòd Deus tribuit, doctrina eſt ſua cœleſtis, qua loquitur illi, docet illam & inſtruit, vt ait Apoſt. & diſcurſu illo mirabili illi proponit: etenim nemo negat, quin ad ſalutẽ noſtram ſit fides abſolutè neceſſaria: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Vt illam aſſequamur requiritur verbum Dei noſtris auribus inſtillatum. *Quomodo credent ei, quem non audierunt?*

*Pſ. 17. 45.*

III. Doctrina primum eſt ſponſæ ornamentum.

*Rom. 10. 10.*

☞ 4 Hoc eſt primum monile pretij ineſtimabilis, ipſo Dauide teſte, dum beneficia decantat à Deo populo ſuo electo conceſſa dicens: dedit illi verbum ſuum donum adeo ſingulare, vt tale quid nulli tradiderit nationi: *Qui annuntiat verbum ſuum Iacob &c. non fecit taliter omni nationi.* Vnde Apoſtol. vlteriùs progreſſus, vt beneficia à Deo populo ſuo præſtita eaque ſingularia commendaret, ſic ait: *Quid amplius Iudæo eſt?* Quæ plura Iudæis, quàm Gentilibus Deus munera contulit? *Multum per omnem modum. Primum; quia credita ſunt illis eloquia* Dei. Prærogatiuis eminentioribus Deus populum ſuum honorauit: etenim primo loco ſuam illis impertiit doctrinã verboq́ue ſuo diuino illos colluſtrauit. Prægrande beneficium. Hoc igitur primum eſt donatiuum quod illi ſpondet in figura inaurium velut murænularum, auribus aptiſſimum: atq́ue illas eſſe *Aureas vermiculatas argento.* Quis vidit in auro quidquam argento excludi? E contra vſus habet vt argentum auro decoremus, Cœleſte panditur hic myſterium. Inauris ſeruit auditui & opus ſeu figuræ vermiculatæ recreant oculos. Aurum cæteris ſupereminet metallis, quia & Dei doctrina cæteras longè præcurrit, ad cuius altitudinem nulla poteſt contingere: tantæ ſupra reliquas eſt eminentiæ, quanta diuinus intellectus, ex quo procedit, creaturarum ſuarum intellectus ſuperat excellentia: Porrò elaborat in illa quaſdam imagines argenteas, exempla ſcilicet: modo parabolas & ſimilitudines, quibus vtrumque teſtamentum abundat: nunc opera, quæ conſpectui obiicit animæ conſideranda, vbi eius oculi nunc conſpiciunt, quod ibi aures eius intellexerunt.

*Pſ. 147. 19*

IV. Verbum Dei figuris argẽteis exponitur.

His omiſſis quæ in veteri legimus teſtamẽto: in quo ſi in vna parte cœleſtes proponantur auditui doctrinæ: in altera diuinæ pandu[n]tur hiſtoriæ inſpiciendæ, quæ oculis obiiciunt, quod illæ auribus propoſuerant; nam ſi hoc loco dicat auditui vt. *Auertas oculos tuos à muliere*, in illa continendum ſtatuit Dauidem ardeſcentem: quia ſuos coniecit oculos in mulierem forma venuſtiorem. Quod ſi hic tibi dicat, vt aduerſitatibus afflictus quantumlibet acerbioribus, tuam in Deum fiduciam ſpemq́ue coniicias: ibi Suſannam tibi proponit illis circumcinctam; quæ ne puncto quidem à fiduciæ ſuæ conſtantia deceſſit. Quòd tibi ad aurem prædicat, vt pauperes benignus excipias, quia Deus à dexteris adſtitit pauperis: Hoc oculis exhibet in pauperibus Abraham: etenim ſibi perſuadens veros ſe ſuſcipere pauperes, ipſum Deum in Angelis ſuis peregrinum largo ſuſcepit hoſpitio.

V. In veteri & nouo teſtamẽto probatur.

*Eccli. 9. 8.*

Idem in nouo teſtamento potiùs conſiderandum docet Saluator noſter verbo prædicationis diuites adſtringi ad eleemoſynarum erogationem ſub pœna condemnationis & animæ perditionis: pauperes autem ſuas patienter debere tolerare neceſſitates, vt in paupertate ſua ſaluentur. Ita nonnulli rudiores hanc minimè capiebant doctrinam, vt quia auari erant, illam exſibilarent: ſic habet Euangelium: *Deridebant eum Phariſæi, qui erant auari.* Ilico Dominus doctrinam hanc excludit & figuras efformat illis ſeu hiſtoriam diuitis Epulonis, qui in æternum periit ob denegatum pauperi ſubſidium ad ianuam illius accedenti: ſimiliter & Lazari egeſtate confecti: hic enim ob patientiæ meritum quo ſuas modeſtè tulit ærumnas & vulnera, perpetuam adeptus eſt beatitudinem. Elegantet Chriſtus

diſſeruit

diſſeruit oſtendens nobis præciſè neceſſarium, vt inſomnes ſponſi expectemus aduentum, & bonorum ſpiritualium cõtinuò lucris inſudemus. Has inaures parabolis exornat decem Virginum, quarum quinque prudentes laudantur, & aliæ quinque fatuæ vituperantur: & famulorum, quorum nonnulli diligentes, alij in negotiando ſocordes

VII. Allegoria de labro æneo.

extiterunt: oſtendens ſortem illorum optimam & aliorum peſſimam: illæ namque figuræ oculis obiiciunt, quot auribus verba ſignificarant. Hoc idem ſignificat labrum illud aquis regurgitans limpidiſſimis, ex Dei præcepto in tabernaculo conſtitutum, & miniſtris ſuis in lauacrum: nam decreuit vt circumdaretur ſpeculis eorum oculis expoſitis qui in eo ſe lauabant: (Exo. 38. 8.) *Fecit labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.*

Communis habet Hebræorum opinio, quòd multæ mulieres quæ prius mundi vanitatibus impudicæ ſeruierant ad Deũ & meliora conuerſæ manſionem in tabernaculo eligerent ſibi ordinariam, ſicut poſtmodum ſanctiſſima Anna in templo, cui ſua conſecrabant ornamenta, præſertim ſpecula, vtpote quibus ad corporis vultuſque compoſitionem vſæ fuerant. Ex illis præcepit Deus multa circumcirca labrũ appendi. Doctrina Dei aqua dicitur noſtris maculis culpiſque eluendis mundiſſima: (Ezec. 36. 25.) *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris.* Sic Deus per Ezechielem: (Ioan. 15. 3.) *Mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* Ita Chriſtus diſcipulis ſuis. Ex illis aquis labrum diuinæ Scripturæ, & doctrinæ componitur Euangelicæ, quod ſingulari conſilio dicitur æneum. Primò ob firmitatem ſuam & ſtabilitatem: ſecundò: quia ex ſententia ſapientum, æs ſonoram denotat ſapientiam, quæ per totum circumquaque mũdum extenditur. Ita notat D. Hieron. rationem allegans cur Deus Græcos ſub figura æris denotauerit in (In cap. 2. Dan.) ſtatua Nabuchodonoſor: *Æs eſt vocaliſſimum*, ex illo conflantur campanæ, cymbala, & tubæ.

Idcirco per hanc figurã doctrina proponitur Euang. quã ad maiorem eius expreſſionem, Salomon poſtmodum vocauit mare æneum, ſuperque duodecim boues æneos conſtituit ad quatuor mundi partes deſtinatos, ſignificans diuinã hanc & cœleſtem doctrinam, quam duodecim Apoſtoli per quatuor mundi cardines eſſent prædicaturi, patris ſui Dauid complens oraculum. (Pſal. 18. 5.) *In omnem terrã exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.* Cæterum noluit in ſola aqua conſiſtere: ſed inſuper oculis noſtris circumquaque ſpecula proponit, intelligo hiſtorias, figuras, & parabolas in quibus hanc videamus doctrinam exercitatam & impletam operibus.

VIII. Quinque conditiones ouiũ Chriſti in Magdalena.

Heri doctiſſimus omnium magiſter doctrinam nobis propoſuit ſublimam in materia diuinæ ſuæ & æternæ prædeſtinationis, & nobis verbis indicauit ſigna ex quibus aliquo modo liceat conijcere quinam ſint de numero prædeſtinatorum, de quibus locutus eſt ſub figura ouium ſuarum, nobiſque dixit earum conditiones eſſe quinque quas in medium adduxit. Prima: quod audiant vocem eius: ſecunda: quòd illum ſequãtur: tertia: quòd in manibus eius firmæ ſint, in quibus ita fortiter eas cuſtodit vt non ſit qui eripiat. Quarta: quòd illis det vitam æternã per eminentem quandam gratiam, qua nunc potiuntur, & gloriæ poſſident principium: tandem, quòd non peribunt in æternum, & ſi in peccatũ ceciderint, in eo minimè perſeuerabunt. Nodoſa eſt hæc doctrina, quam licet heri verbo declarauimus, nobis conueniebat exemplum in quo huius theoriæ praxim attenderemus: hoc nobis hodie Dominus in ſuo proponit Euangelio, & ſuper hanc doctrinam auribus noſtris intimatam in conſpectum profert vermiculatam figuram cuiuſdam mulieris, ouis ſuæ, in qua nobis ad oculum exponit, qualiter vocem illius audiuerit, illum ſecuta fuerit, diuinis eius in manibus ſecura, quam nemo potuerit illis euellere, & qualiter illi gratiam infuderit, pacisque principium, qua in gloria ſancti perfruuntur, eamque ſaluam & incolumem in æternum reddiderit.

### §. 2. *Similiter in hac muliere nobis exponitur in praxi theorica materia* De pœnitentia, *patetq; illud de Pſalterio,* Nox nocti indicat ſcientiam.

NEdum nobis prædicta declaratur theoria 5
de ouibus Chriſti, ſed etiam illa in materia de pœnitentia quam crebro Dominus propoſuerat, cum videret diuina eius bonitas peccatores anxios, & criminum ſuorum oppreſſos oneribus, iis fatigatos atque in anima & conſcientia doloribus vexatos non tolerandis, de quibus heri; illis ait eorum in hoc conſiſtere remedium, ſi ad illum humili corde & contrito conueniant, proteſtatus, quòd in ſinum eos recepturus eſſet miſericordiæ, tota qua poſſet pietate clementiſſimus, eorũ onera alleuiaret, imo tolleret, & illius iugũ in ſe recipiẽtes quiete donaret perfectiſſima. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiã vos. Tollite iugũ meum* (Matth. 11. 28.)

*ſuper*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*ſuper vos &c. iugum meum ſuaue eſt & onus meũ leue.* O Domine quænam mihi circa hanc doctrinam offeruntur diſſicultates? An onera ſunt deliciæ quibus affatim abundo? An meæ me tribulant voluptates? Imo potius in his meum credo gaudium & meam latere voluptatem. An leue pondus eſt pœnitentiæ? An ſuauis peccatorum planctus? Hanc perpende doctrinam in muliere practicatam: *Ecce muli r* quæ demonſtrat quàm graue pondus ſit deliciarum quibus hactenus inſorduit: quam graui Satanas illam pondere premebat, & quàm quieta vixit Chriſti pedibus aduoluta, collumque ſuum iugo inſerens pœnitentiæ, quanta pace in anima ſruebatur? Docuerat hic primarius profeſſor & varias in materia de pœnitentia lectiones explicauerat, declarans nullum ſine illa peccatoribus eſſe remedium. *Pœnitentiam agite &c. niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis*, quodque illa facienda eſſet ex animo & ſeriò peccatum omnino deferendo, in toto corde ad Deum recurrendo, præterita deflendo flagitia, pro illis integrè ſatiſfaciendo, atque nouam in futurum vitam exordiendo. Domine mi hæc verbis prolata ſunt, exemplum deſidero, quo melius intelligam, quo videam illud mandatum executioni Igitur. *Ecce mulier.* Speculum hoc intuere labro ſuſpenſum Euangelico: etenim de omnibus te plenis inſtruet. Hic conſidera quàm ſeriò, qua mente, dolore, lachrymis, & perſeuerantia tibi ſit amplectenda pœnitentia: *Ecce mulier.*

Matt. 4. 17. Luc. 13. 5.

I. Magdalena ſpeculum eſt pœnitentiæ.

Interpretatus eſt D. Ambroſ. hiſtoriam Dauidis, eius adulterium cum Bethſabee, eiuſque proditorium Vriæ homicidium. Ait autem ſe cum gentilibus acriter de hoc diſputaſſe, nec non cum Iudæis Chriſtianis grauem habuiſſe quæſtionẽ. Illi perpendentes quanti faciamus Dauidẽ, quem Euangeliſtæ noſtri in Chriſti generatione ſtatuunt primicerium, nos exſibilant naſoque ſuſpendunt: ecce quales illi ſunt, quos in catalogo ſanctorum cæteris præferunt vtpote ſanctiores: hominem adulterum, homicidam, mundoque ſcandalum. Perpende pariter quis Chriſtus ſit, qui familiæ ſuæ caput hominem elegit multiplici crimine notiſſimum. Reſpondet D. Ambroſ. fatui eſtis multumque ſtolidi: etenim primò nobis cõuenit ſcire Dauidem fuiſſe hominem, & ad hoc illum in ſuis perpende miſeriis? ſunt enim hæ noſtræ naturæ corruptæ congenitæ. Quid miramur quod vir potentiſſimus & Rex illuſtriſſimus ex vna parte: atque ex alia in occaſione conſpectus feminæ formoſiſſimæ, labilem ſe prodat & infirmum? Quot iuuenias potentes qui peiora apud vos non committant & deteriora? Quæ crimina Romani Cæſares non commiſerunt? Poteſtas vbi adeſt & occaſio: quis eſt qui non corruat? Arduũ hoc & operoſum: *Nec mea tantum hoc ſententia, difficile iudicatur, ſed etiam ſanctis Salomonis prouerbiis impoſſibile iudicatum eſt, qui ſuo doctus exẽplo, ait, Ligabit quis ignem in ſinu, & veſtimenta eius non comburet? Vel ambulabit quis ſuper carbones ignis pedes autem non comburet?* Etenim vt miraculum hoc habetur vultque Deus omnes intelligant: quod ſi peccatum velis auferre, auferas occaſionem neceſſe ſit. Igitur ſic eſt quod hic Dauid ſe hominem aliis ſimilem eſſe patefecit: verumtamen ſe ſanctum exhibuit in eo quòd ad vnicum verbum quo Propheta Nathan illum admonuit, ſe correxerit. Tu dixeris vtrum Reges veſtri audiant & auſcultent eos à quibus placidè corripiuntur? An hic inualuit mos inter legis veſtræ potentiſſimos? Scrutamini Regem veſtrum Herodem quem Ioannes corripuit adulterum: numquid non illum capite mulctauit? Deinde Achab, in quas non compulit Eliam anguſtias?

II. Dauidis lapſus excuſatur.

Divus Ambr. Apolo. 1. de Dauid Ca. 3. diſp. contra Genti. Tom. 4.

Verba Diui Ambroſij conuenit attendere: *Peccauit David, quod ſolent Reges, ſed pœnitentiam geſſit: fleuit, ingemuit, quod non ſolent Reges. Confeſſus eſt culpam, obſecrauit indulgentiam humi ſtratus deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauit. Confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſecula vulgato dolore tranſmiſit: quod erubeſcunt facere priuati, Rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, ſuum audent negare peccatum dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis tenebatur humanis.* Iam in eadem apologia magnam illius appendit pœnitentiam: *Qui lauabat per ſingulas noctes lectum ſuum, lacrymis rigabat ſtratum.* Vos ipſi culpam attenditis, quam commiſit vt homo: pœnitentiam non attenditis, quam fecit vt ſanctus, nos ipſi illam attendentes, eum magnifacimus & laudibus extollimus, caputque ſtatuimus pænitentium: non illum vilipendimus aut habemus vt peccatorem, ſed veneramur vt pœnitẽtem & ſtatuimus pœnitentiæ præceptorem, in quo infinita Domini Dei noſtri laudatur pateṫque miſericordia. In ſecunda vero apologia capite ſexto ſic ait: *Talis auctor Dominici corporis fuit eligendus.* Etenim Chriſtus in ſalutem venit peccatorum vt illis gratiam impertiret, culpaſque remitteret. Idcirco nominantur Bethſabee, Thamar Rahab. *Vt omnes homines redempturus, beneficium ſuum à maioribus incohearet.* Aliam quoque ſuggerit rationem his verbis: *Vt omnes intelligerent maiorum probra non poſſe poſteris eſſe dedecori. Quodque vnuſquiſ-*

Divus Ambr. Apolo. 1. c. 4.

III. Dauidis pœnitentia ſequẽda proponitur.

*vnuſquiſque ſucceſſionis maculam propria merito poſſet abolere virtutis: vides quamos, & quam grauiter criminoſos Dominicæ generationis ſeries comprehendat, de quorum origine Chriſtus propter te naſci non erubuit.* Anteceſſorum morum peccatũ nullum adfert detrimentum, ſicut nec eorum te dignitas reddit nobiliorem, ſi tua minimè correſpondeat: fatuum enim ſonat oleo velle lucere alieno: propria tua te virtus reddere debet nobilem, non aliena.

IV.
Exempla Sanctorũ acriter mouent.
*In comment. Exodi.*

Non vacat myſterio quod Deus ſtatuit ſpecula, quæ circumcirca labrum aquarum æneum appenderentur, de mulieribus ſumerentur, quæ prius mundi ſeruierant impudicè vanitatibus: *De ſpeculis mulierum. Erant in Iſrael,* inquit R. Abraham inter Hebræos celebris, *quæ ſpreta mũdi vanitate, ſua ſpecula Domino offerebant, quia non erant illis opus.* Domine, numquid conuenientius fuiſſet, tui tabernaculi atque aquarum munditiæ, ſpecula quædam appendere noua quæ nec tetigiſſent, ſed nec vidiſſent quidem feminæ fœdis pollutæ luxurijs nec quibus ad vanum corporis ſui cultum vſæ fuiſſent? Nequaquam: ſed ab illis ſumi ratio ſuadebat: etenim ſunt illa efficaciora maioriſque ponderis ad eorum puritatem, qui ad illas aquas ſe loturi, conuenirent. Satis amplè perpendit D. Gregor. rationem amici Iob & viri ſapientis: hic exponit pluribus verbis media, quibus Deus peccatores ad vitæ frugem reuocat meliorem. Aliquando (ſic ille) Deus illum timore percellit, cor horrore concutit, animam vocibus inquietat, periculum cui ſubiacet proponit imminentiſſimum, pœnas inferni inextinguibiles, ad quas feſtinato properat: *Per ſomnium in viſione nocturna, &c. vt auertat hominem ab his quæ fecit, &c. eruens animam eius à corruptione, & vitam illius vt non tranſeat in gladium.* Aliàs corpus doloribus excruciat, quibus in lectulum æger deijcitur, & ad portas accelerat mortis, quibus in ſe reuerſus peccator cogitat ſpondetque ſaniora: *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit &c. Conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, &c.* Præclara ſunt hæc remedia, & quibus Deus frequentiùs vtitur. Nihilominùs non parum proficit oculis exempla proponere Sanctorũ, qui homines fuerunt eis ſimiles, eâdem debiles infirmitate carne eâdem & oſſibus conſtantes, quos nec deliciæ detinuerunt nec auſteritates exterruerunt, & ad Deum ex toto corde pœnitentes conuerſi ſunt mutati in Angelos, qui prius diaboli fuerant, & Spiritu in Dei obſequio currentes feruentiori quàm ante diabolo fuerant famulati. *Reſpiciet*

*L. 24. mor. c. 8. vſque ad 12.*
*Iob 33. 15.*
*Iob 33. 27*

*Hieron. Bapt. de Lanuza Tom. III.*

*homines, & dicet: Peccaui, & verè deliqui.* Quãdo Dauidem conſideras, quod oculos aperiens miſerumque perpendens ſtatum in quem per peccatum inciderat animæque periculum, pœnitentiam aggreſſus eſt auſteram adeò vt oculi fontes fierent ita copioſi, vt illis ſtratum ſuum rigaret, tantoſque ederet gemitus, vt cor illi diuelli poſſe videretur. Quando ad mentem reuocas Regem Manaſſen, cuius cum innumera eſſent peccata atque eorum demerito ſe manibus traditum luge et inimicorum carcere neruiſque conſtrictus, veram adeo cœperit agere pœnitentiam, vt ignis de cœlo viſibilis deſcenderet qui catenas & compedes liquefaceret, quo corpus illi liberum daretur, indicium ſanè libertatis qua anima illius gaudebat; & ſeipſum ad non parua diſponebat bona temporalia & cœleſtia multo præclariora. O qualem producit effectum ipſos homines intueri: ſi namque tu carne conſtes, non illi ære ſolidi: ſi tibi dolorem inferat diſciplina: non erant illi inſenſibiles.

6 V.
Elias proponitur in exemplum.

Iudicabat D. Iacobus, ſe nobis manus pedeſque colligaſſe quibus diuino nos dedicaremus obſequio, atque cõtinuis ad Deum recurreremus orationibus exemplo Vatis Eliæ: quia homo erat ſimilis nobis: *Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis.* Quid te labores exterrent: Deique percellit obſequium: Quod homo ſis elumbus, infirmus carne molli & robore languidus? Eliam tibi ſtatue ob oculos, tibi ſimilem, iiſdem tecum ſubiectum paſſionibus: de ſanctis tale ferunt homines iudicium, quale de populo alterius naturæ, & de viribus in ea non æqualibus: ſicut illi de terræ promiſſionis incolis: illos enim ſtatura indicabant inæquali compoſitos alijs progenitos parentibus ex gigante illo monſtruoſo Enac: quocirca confligere cum illis tutum non eſſe illuſque animum illis auferebat, dixeruntque Moyſi *Venimus in terram ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, ſed cultores habet fortiſſimos. Stirpem Enac vidimus ibi &c. Monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur.* Proſiliunt in medium animoſi duces Ioſue & Caleb aiuntque: vah, viri effeminati, vecordes animo imbecilles: an vobis ergo perſuadetis homines illos æreos eſſe nobiſque diſſimiles? Carne & oſſibus conſtant ſicut & nos. & noſtra natura eorum nequaquam eſt inferior. Hoc nobis D. Iacob inſinuat: *Elias homo erat.* nomen illud *Paſſibilis* nedum ſignificat, quod carnem haberet ita paſſibilem & miſerijs ſubditam ſed quòd *iiſdem paſſionibus eſſet obnoxius*, quòd affectus motuſque pateretur ho-

*Nu. 13, 18.*

Nnnnn minis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minis ira bileq́ue exardeſceret, illum affligeret melancholia, fames, ſitis, laborq́ue ſicut & nos cruciaret.; nihilominus animum eius roburq́ue conſidera quo tantum à Deo conſecutus eſt, vt lingua ſua clauis eſſet cæli, vt nūc aquas ignem aliàs pro voluntatis arbitrio educeret: nam illud tuam condemnat tepiditatem & carnis tuæ redarguit adulationes, commotiones & oppoſitiones. Hoc autem ita verum eſt, inquit D. Gregor. vt exempla hæc vitæ Sanctorum Deus producturus ſit in iudicium quibus peccatorum condemnet excuſationes, quibus os eorum opprimat & rationes euincat oppoſitas: quandoquidem illi naturam, quam nos, non habuerint robuſtiorem.

*Apoc. 20. 12.*

VI. Vita Sanctorum; liber eſt ex quo iudicabimur.

Hoc (inquit) Deus indicauit D. Ioann. quando imaginem quandam oſtendit illi futuri iudicij etenim dicit: *Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris.* Liber & libri & omnes aperti ſunt? Quid hoc rei? Ecce librum hic ſpeculis ſuis circumornatum. Liber lex Dei eſt eiuſque doctrina ſanctiſſima; libri circumcirca ſuſpenſi vitæ ſunt geſtaq́ue ſanctorum, qui ad amuſſim legis decreta cuſtodierunt? his probabitur apertè tibi quoque eius obſeruantiam fuiſſe poſſibilē: quandoquidem illi ex alio metallo, aliaque non ſint natura compoſiti. Homines fuerunt tui ſimiles ex carne & oſſibus, qualis & tu, à Deo compacti: *Libri aperti referuntur quia iuſtorum tunc vita conſpicitur, in quibus mandata cæleſtia opere impreſſa cernuntur, & iudicati ſunt mortui ex his quæ erant in libris quia in oſtenſa vita iuſtorum, quaſi in expanſione librorum legunt bonum quod ipſi agere noluerunt, atque ex eorū qua fecerunt, comparatione damnantur.* Igitur in tui beneficium & ſalutem illos intuere homines, in quibus oculi tui cernunt legem Dei exactiùs obſeruatam, tuiſq́ue auribus prædicatam: *Ne ergo vnuſquiſque tunc videns eos, quod non ſecit defleat: nunc in eis quod imitetur attendat.*

D. Greg.

Optimum remedium peccatoribus ad ſalutem quo ad pœnitentiæ lamenta conuertantur. Si ſanctos attendant, qui ex animo conuerſi ſunt: nam diligentia, qua ipſi ſeſe pœnitentiæ dederunt operibus, noſtram excitabit ſocordiam & arguet tepiditatem, qua pœnitentiæ lamenta ſuſcipimus. *Reſpiciet homines, & dicet: peccaui, & vere deliqui.* Porro Dominus hoc in Euangelio, clariùs expoſuit: non enim illi ſat erat ſuam nobis tradere doctrinam figuris vermiculatam virorum, ſed etiam feminarum: *De ſpeculis mulierum: ecce mulier*, inquit Euang. *Vides hanc mulierem?* Inquit Dominus, illam intuere: non enim eſt robuſtus, ſed mulier infirma, femina delicata: perpende, qualiter planctum incipiat pœnitentiæ ſuæ, qualiter agnoſcat peccata, ſe horum fateatur auctorem, qualiter fundat lachrymas, qua ratione ijs omnibus ſatisfaciat, quibus ante deliquerat, medium aſſumens in ſui remediū quod illi damno fuerat, qualiter Deo his ſeruiat quibus illum offenderat, quàm conſtans pedibus illius aſſiſtat, donec verbum illud audiat, quo nullum illi iucundius. *Remittuntur tibi peccata tua.* Quomodo ſe diſponat, & ita perfecta fiat pacis cæleſtis ciuitas, vt dici poſſit: *Vade in pace.* Illam tu intuere, qui peccator es, vt ex illa tu diſcipulus addiſcas.

VII. Magdalenæ pœnitentia ponderatur.

Rationem exhibent D. Ambroſ. a. D. Aug. b. qua intelligamus cæleſte myſterium quod Pſal. miſta verbis quibuſdam obſcurioribus expoſuit circa illa, quæ Deus in nominis ſui gloriam diſpoſuit, decernendo noctes & dies, dicit etenim: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Familiare eſt SS. litteris per diem ſanctos ſignificare propter gratiæ lucem, qua potiuntur: & per noctem peccatores, propter tenebras, in quibus ſemper ambulant. Ita D. Paul. *Vos autem fratres, non eſtis in tenebris &c. omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij Dei: non ſumus noctis, neque tenebrarum.* Sunt in Eccleſia iuſti, ſunt & peccatores, omnes oportet inſtrui. Iuſti qua ratione adeptam conſeruent ſanctitatem, in ea creſcant ſemperq́ue proficiant: peccatores qualiter per pœnitentiæ gemitus ſuæ debeant conſulere reparationi, vitiq́ue euadere ſanctiſſimi.

7

*a L. de exhortat. ad virg. & ep. 35. de Vitale & Agricola.*

*b In pſ. 18*

*Pſal. 18. 3*

*1. Theſſ. 5. 4.*

VIII. Quando dies diei eructet verbum & nox nocti indicet ſcientiā.

Eo fine in ea ponit dies & noctes: id eſt ſanctos, qui ſicut dies ſemper in luce ambularunt baptiſmi conſeruando innocentiam, & vitæ puritatis ſtatum eminentiorem, & peccatores, qui ſicut noctes, obſcuri fuerunt ex caligine peccatorum, ſed per pœnitentiam mutati ſunt in dies, vitiq́ue euaſerunt ſanctitate præcipui. Omnes docent, omneſq́ue euehit in præceptores. Sancti ſanctos inſtruunt: etenim illis proponunt qualiter eſſe debeant perfectiores, virtutum ſtudere augmento atque ad gratiæ dona ſe diſponere copioſiora; & qui peccatores fuerunt, peccatores redarguunt qualiter hunc viuendi morem, miſſum faciant, veram amplectendo pœnitentiam: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam, Dies diei eructat verbum.* Quantò verbum hoc: *Eructare*, videtur (ſic Diuus Bernard. idem exponens) eſſe indecentius, tantò myſteria complectitur eximiora; nam idcirco vtitur illo Spiritus

IX. Eructare quid ſignificet.

ritus S. vt nouetis quod ructus primùm habeat, quod ſæpe te reluctante proueniat, nec legibus ſubſit mundanæ vrbanitatis: *Quas tu tuo ructui leges impones, vel regulas? non recipit tuam moderationem, non à te compoſitionem expectat, non commoditatem non oportunitatem requirit, per ſe ex intimis nō modo cum non vis, ſed & cum neſcis, erumpit, euulſus potius quam emiſſus.*

D. BERN. Serm. 67. in Cant. ante med.

Secundò: de plenitudine proſilit ſtomachi, & illud redolet, quod in illo ſiue malum, ſiue bonum abſconditur: *Odorem portat ructus, quandoque bonum, quandoque malum, pro vaſorum ex quibus aſcendit, qualitatibus*: redundant electi miſericordiâ donis, gratijs, Deique conſolatione: vnde verba illis de ore profluunt, velut ructus ex hac plenitudine, qui refert, iſtaſque declarat gratias, miſericordias & gaudia quibus affatim replentur. Hoc enim, inquit, Dauid cecinit. *Magnificentiam ſanctitatis tuæ loquentur &c. memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.* Gaudijs boniſque Dei plenè cumulantur. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Gratijs implentur Spiritus ſancti vt vidimus in Apoſtolus illis etenim verba de pectore proſiliunt tanto impetu, vt Diuus Petrus dixerit: *Non poſſumus non loqui,* loquatur nunc Diuus Bernardus: *Bonus ructus ex Dauid qui ait, eructauit cor meum verbum bonum. (Venite, audite & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.) Repleti ſunt Apoſtoli Spiritu ſancto, & eructantes omnia impleuerunt bonitate.* Qualiter docebat Apoſtolus, vt dies quidam fulgidiſſimus eos, qui dies ſunt verba hæc eructando: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio!* Quibus perfectos docet diuina gaudia, quibus ſupra modum demulcetur, & qualiter illis ſit agendum, vt iiſdem perfruantur.

Pſ. 44. 5. 7

Act. 4. 10.

2. Cor. 7. 4

X. Qualis fuerit ructus ſanctorum.

Idem perpende in Apoſtolico Patre noſtro Sancto Dominico, & in humano Seraphin Sancto Franciſco alijſque quam plurimis; quænam verba de eorum ore procedebant, velut quidam ructus de plenitudine ſpiritus emiſſi, quo in anima replebantur, quibus Dei miſericordias illis eloquuntur qui Deo famulantur, ſanctos inſtruendo, qua ratione ad ſanctitatis valeant apicem peruenire. Porro noctes pariter ſtatuit, quæ noctes doceant: *Nox nocti indicat ſcientiam.* Pauca ſunt, ex iudicio Diui Ambroſij, quæ vt benefiant, magis diſcere oporteat, quàm vera pœnitentia. Hæc ſcientia quædam eſt, quam non omnes capiunt, non omnes norunt: vt enim dicemus, nec ipſe Iudas illam facere probè nouit, licet peccati ſui pænituerit eum, ſacerdotes conſuluerit & receptum traditionis ſuæ pretium congruè reſtituerit: nec Eſau illam facere ſciuit, lachrymas licet fuderit vberiores, nec Antiocho illa profuit, quam tanto licet dolore multiſque emendationē ſpoponderit iuramentis, & integram addixerit ſatisfactionem. Eo fine ſtatuit Dominus magiſtros ſcientia præclaros, qui hanc peccatoribus proponant ſcientiam: *Nox nocti indicat ſcientiam.* Ecce hic peccatores, inquit D. Ambroſius vobis Dominus magiſtram exhibet in hac materia ſapientiſſimam: *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix,* quam nobis in Eccleſia ſua primæ cathedræ magiſtram tribuit, quæ nos ſcientiam doceat & oculis velut lucidum ſpeculum exhibeat in praxim totius huius theoricæ de hac materia conſpiciamus. *Omnibus qui volunt veniam promereri, magiſterium præbet.* Illam igitur eiuſque ſpectemus actiones: idcirco namque Euangeliſta Lucas, ex mente D. Gregor. Nyſſen. vt pictor eminentiſſimus in huius peccatricis pœnitentia nobis eam deſcribit à nobis faciendam, & velut medicus expertiſſimus ex illis omnibus vnum præſcribit Recipe ſalutare: *Lucas animorum magis, quàm corporum medicus, præſentem hanc nobis, non tam narrationem quàm planè appoſitam ægrotantibus exhibuit medicinam.* verba ſunt Diu. Gregor. Imo ea de cauſa ſolus ipſe inter Euangeliſtas (vt notat Diuus Irenæus) hanc de pænitente ſcripſit hiſtoriam.

Lib. 2. de pœnit. c. 6 & ſeqq.

Lib. 2. de pœnit. c. 8.

Orat. ad eos qui acerbius iudicant.

L. 3. contr. her. c. 14.

## §. 3 Rogabat Ieſum quidam Phariſæus.

*Docet vos Phariſæus iuſtum eſſe, vt ex parte veſtra Dei miniſtris ſeruiatis, lauteque eos excipiatis, quibus cum Tobia, vos decet eſſe gratiſſimos.*

Siſtamus paululum in hoc verbo *Rogabat*, 8
ſicut Diuus Thom. in alio ſimili. Eſt præteriti imperfecti, quod actionem ſignat inceptam & productam, non tamen finitam, & duo ſignificat: vnum ex parte Phariſæi, alterum ex parte Saluatoris. Ex parte Phariſæi actionem indicat inuitandi Dominum repetitam: etenim ſemel & bis, iterum & ſæpius illum rogabat, vt cœnam ſumere in domo illius Chriſtus dignaretur: ex parte Chriſti declarat, quod non ad primam inuitationem conuiuium acceptauerit, vel ſecundam, ſed non niſi ad magnam inſtantiam & ſerò tandem aliquando.

Vterque laudandus eſt de bono opere, ille in multiplici prece Chriſto oblata, vt conuiua veniret ad menſam, & Dominus in non acceptando niſi ſemel idque precibus motus importunis.

Vos inſtruit Phariſæus, nos vero Saluator. Vrbana te docet comitas amoris & gratitudinis indicia debita prædicatori, Confeſſario, præſato & miniſtris qui ſalutis animæ tuæ gerunt negotium: nam ſuadet æquitas vt teipſum memorem exhibeas, deſiderans ipſis placere, demulcere gratulari, illos ſemel & bis ad menſam inuitans & hilare conuiuium. Nemo melius hoc expreſſit quàm D. Paulus ſcribens Theſſalonicenſibus: *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino & monent vos. vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum, pacem habet cum eis.*

I. Quantū homines debeant Prædicatoribus, Confeſſarijs, &c. 1. *Theſ.* 5. 12.

Expendamus illud aduerbium *Autem*, quod emphaſim habet ſingularem q. d. multa à vobis requiſiui, & ad multa ſum adhortatus: ſed hoc ſtatuo in frontiſpicio, affectum bonamque correſpondentiam qua prædicatores, Confeſſarios, & ſuperiores excipiatis: *Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos, qui laborant inter vos.* Non vult dicere, vt cognoſcatis eos ſimplici mentis cognitione ſed cordis affectuoſâ. In Sacra Scriptura hoc diceris noſſe, quod magnifacis & carò habes: vnde dicitur Deus amicos ſuos noſſe, & non noſſe peccatores: *Nouit Dominus qui ſunt eius.* Malis autem dicturus eſt in die iudicij: *Diſcedite à me, non noui vos*: & virginibus fatuis: *Amen dico vobis, neſcio vos.* Quocirca dicere, cognoui illum, idem eſt ac ſi diceres illum honoro & veneror: *Sicut vobis maximo in pretio.* Præceptor Angelicus ait illo verbo *Noueritis* ſignificari, quod dicebamus, cum grati animi affectu cognoſcere Domine, iuſtum iudico vt illud agnoſcas quod tali debes: vnde tibi dicit Apoſtolus: *Recognoſcatis beneficia eorum.* Amoris & mutuæ beneuolentiæ ac gratitudinis excitatores eſſe dixeris beneficia iuſte & ritè conſiderata. Animo perpende ſtudioſo quænam ab illis recipias; hæc enim te in eorum accendent amorem, pluſquam cetera omnia. Hoc inſinuat: *Vt habeatis illos abundantius in charitate.* Id eſt cum D. Thom. *Debetis eis charitatem abundantius præ alijs*, propter beneficia & commoda quæ vobis præſtant atque in vobis operantur. *Propter opus eorum.* Formula loquendi hæc eſt: Dominus talem agnoſcet & pluris æſtimat: multum eteII. Quid ſignificet noſſe aliquem.

In c. 5. 1. *Theſſ lect.* 1 *in fine.*

III. Quid ſit eorum opus.

nim illi debet, & tui gratia præſtitit non exiguam. Agnoſce & ama Prædicatores, Confeſſarios, Deique miniſtros præ ceteris feruentius, inquit D. Paul. quia multum illis obſtringimini propter bona opera, quibus vos affatim affecerunt & afficiunt *Propter opus eorum.*

Iam te audio quærentem cum D. Chryſoſtom. quænam opera? Quæ beneficia? Quæ bona? maxima & ſuprema: tuis te debitis abſoluunt, de inferno te liberant, tibi cœlos aperiunt. animæ tibi largiuntur diuitias, coram cœleſti Rege tui intercedunt aduocati, cœcum tuum illuminant intellectum, animæ tuæ mortuæ vitam infundūt de ſeruitute diaboli te vendicant; ea namque de cauſa illos Deus ſuo ſtatuit loco vicarios: hoc eſt *Præſunt vobis in Domino.* Si medico, qui te de exanthemate mortali curauit, vel de lectulo ſuſtulit, in quo mortem tibi formidabas gratus ſis ac beneuolus parua cenſes ea omnia quæ habes licet illi dederis: ſimiliter chirurgo, qui tibi venam aperuit, quando tibi caput confregiſti vel qui tibi corruptum & luxatum reparauit brachium, te tantum iudices obſtrictum vt præter pretium debitè ſolutum, illi perpetuo deuinctus eſſe videaris. Si aduocato coram iudice, inquit præfatus doctor, cuius opera tibi lis eſt adiudicata, vel dignitatem aſſecutus es tranſitoriam & ſtramineam, tibi videaris ſic obligari, vt tamen quantus es, minor ſis ad æqualem iuſtamque compenſationem, quanto meliori iure idem eſt tibi de confeſſario ſtatuendum, qui tuam curauit animam, mortuam reſuſcitauit, debita tua etiam grauiſſima remiſit, à tam enormibus te delictis abſoluit, Deoque reconciliauit: Quàm gratus eſſe debes prædicatori, qui te illuminauit, & de mortali excitauit lethargo, tibi cœlos aperuit? Quid Prælato qui tui geris ſollicitudinem regitque animam, te Deo reconciliat, vigilat aſſiduè pro te apud diuinā intercedens clementiam, in ſalutis tuæ emolumentum: *Propter opus eorum.* Si beneficio conformiter & operi quod aliquis tui gratia præſtat debet eſſe gratitudo, perpende quod opus tibi faciant & in tuum commodum, non vile, non terrenum, ſed ſupremum & cæleſte, vt tibi in gloriam tuam cedat æternamque beatitudinem: *Propter opus eorum.*

IV. Similitudo.

Quid iudicas, parui laboris eſſe ſtudere, & prædicare toto corpore, totaque anima laborando? Quid tibi perſuades iucundum eſſe valde tuas audire nefandas iniquitates fraudes & immunditias in confeſſione plurimas? An modicum facit in tui gratiam, qui ſe vadem offert pro debitis

tuis

tuis & animæ tuæ nauiculam reddit certiorem, cui Deus ſi, illa perierit, eius ab illo pretium, exiget eo rigore quo ſupra retulimus? Hoc enim aliquo modo confeſſarius exequitur, quando peracta tua confeſſione tibi dicit: amodo eſto ſecurus & pacatus: illo etenim, quaſi fideiuſſor pro anima tua ſpondet Deo rationem redditurus eius, quod tibi remiſit, prout tunc expoſuimus.

V. Similitudo.
D. Chr. Ho. 10. in 1. ad Theſ. Tom. 4.

Afferamus hic teſtem D. Chryſoſtom. *Si homo aliquis patrocinium ſuſcepiat & te defendat apud hominem, omnia agis, & omnem ei habes gratiam, Hic autem apud Deum tuum patrocinium ſuſcepit, & te defendit, & ei non habes gratiam &c. Dic mihi, ſi velles videre Regiam multo auro ſplendentem & gemmarum fulgore coruſcantem, inueneris autem eum qui habet claues ille autem rogatus ſtatim aperuerit, & intromiſerit, an non ipſum omnibus præponeres, non æque atque oculos amares? hic tibi cælum aperuit, & non amplecteris.* Quantum illi debere te iudicares, qui te carcere conclusum, mortiſque ſententia damnatum, ſaluum educeret, & loco ſtatueret tutiori, ſicut Angelus D. Petrum? Quantum illi qui te manibus præuentum inimicorum, qui te & vinculis conſtringerent plagaſque imponerent mortales, ex illis eriperet, illaſque omnes ſedulò curaret? Obſecro vos fratres (ſic D. Paul.) vt hæc opera noſcatis ab illis vobis præſtita, & hæc quibus vos cumulant, non parua beneficia. *Rogamus vos, vt noueritis eos.*

VI. Vtriuſq; Tobiæ gratitudo.

Ni fallor hiſtoriæ meminit vtriuſque Tobiæ patris & filij. Viri erant dignitate primarij & per conſequens gratitudine ſpectabiles, accedit illos Angelus Dei Raphael ſub figura iunioris adoleſcentis, qui in longinquam peregrinationem viæ comes & dux ſanctum Tobiam direxit iuniorem, quem à deuoratione ſæuiſſimi piſcis eripuit, qui ad oram fluminis egreſſus Tygridis eũ deuorare ſa agebat. Inſtruit autem eum qua ratione ex eo poſſit ſibi non paruam conquirere vtilitatem: eundem contra dæmonis aſtus defendit & potentiam in domo Raguel, ne præfocaret eum, & interimeret, vxorem illi tradidit filiam Raguelis & immenſas cum illa facultates: hæc ruminat Tobias beneficia ab adoleſcente illo recepta ſanctiſſimo, atque in ſe reuerſus, ad Angeli ſe pedes proſtrauit, ſe ſeruum ſtigmaticũ illi ſubijciens, atque *Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea: ſi meipſum tradam tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ.* Deinde ſaluus, in domo patris ſui reuerſus, videnſque quod præterquam illum ita tuto duxiſſet, liberaſſet, protexiſſet & incolumem reduxiſſet, patris inſuper ſui

Tob. 12. 9.

cæcos illuminaſſet oculos, ab illis ſquammas felle piſcis auferens, conqueri cœpit cum patre ſuo, pondus perpendens, quo grauabantur ex tantis beneficijs & obligationem, quam illis impoſuerat gratitudinis, inter ſe conſilia conferunt qualiter ipſi valeant ſatisfacere, tantiſque dignè reſpondere beneficijs: ait autem Pater ſenior: me premunt fili mi, anguſtiæ nec parum excrucior, recogitans, quid viro huic ſancto rependere valeamus in tantorum bonorum & operum adeo vtilium, quibus nos plus æquo cumulauit dignã iuſtamque compenſationem. *Quid poſſumus dare viro illi ſancto qui venit tecum?* Iiſdem anima mea, pater, mi curis anxiatur, quandoquidem obſequia noſtra illius non poſſint æquari beneficijs. *Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit eſſe beneficijs eius: Me duxit & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonem ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli & bonis omnibus per eum repleti ſumus.* Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Tob. 12. 1.

Perpende qualiter illi viri nobiliores procedant ſuoque ſint grati benefactori. Proponunt illi dimidium ſuarum offerre facultatum: quocirca ſeorſum tota animi ſubmiſſione eum deprecantur. *Tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.* Hoc illi decreuerunt memores tantique grati beneficijs. Nunc igitur attentiùs perpende, quid tibi fecerit faciatque paſtor confeſſarius, prædicator, & ſuperior, omneſque ſigillatim reuolue quid tibi fecerint, nec inuenies illa præfatis eſſe inferiora. Illa perpende, illa conſidera: *Rogamus vos, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino.* Hinc colliges ex admonitione Apoſtoli, pium erga illos affectum, imo, quàm erga ceteros, feruentiorem, & deſiderium illos honorandi, ſeruiendi & gratificandi vehementius. *Abundantius in charitate, vt honorificentia Sacerdotis* (ita D. Ambroſ.) *non de timore magis ſit ſed de amore:* Optimè Phariſæus facit, meritoque laudandus, dum Redemptorem noſtrum non ſemel & importunus obſecrat, vt domus ſuæ dignetur acceptare conuiuium, illamque ſua honorare præſentia: donaque cumulare: eſt etenim Chriſtus cœleſtis prædicator, magiſter & hominum reparator, cuius omnes eo tendunt occupationes, vt hominibus benefaciat: cæcos etenim illuminat, mundat leproſos, curat corpora, ſanat animas, eaſque in cœlum dirigit, Deo reconciliat, & à

D. Ambr. In ca. 5. 1. ad Theſſa. Tom. 4.

debitis ſuis abſoluit liberalis. Suæ erga Chriſtum debitæ ſatis facit obligationi, quod tu non faceres in gratiam Patrum tuorum ſpiritualium. Sacerdotum & miniſtrorum Euangelij: quid enim illis non debes, & quibus non ſentis te obſtrictũ, ſi perpendens, quid in te tam grauiter operentur. *Propter opus eorum?* Inſuper hic appoſite profertur, quod in iſto quod Phariſæus intendebat, magis proprio commodo ſeruiret, quàm Chriſti: quia dum ſuſcipis & lautiùs excipis pauperes, hoc in tuum magis quàm illius cedit emolumentum: vt aliàs ſæpe propoſuimus.

## §.4. Rogabat Ieſum. *Nos inſtruit Saluator, ne facilè veſtras acceptemus epulas, & delicias, & Eliſeum ac Danielem imitemur.*

10 IN hoc facto Phariſæus extollitur vos ipſos vtiliter erudiens, ſed multò meliùs Redẽptor noſter, conuiuia non acceptando, nec oblatas ab illo delicias, niſi frequenter & importunè ſollicitatus: & illa quidem vice, qua illorum condeſcendit precibus, hoc eò factum eſt animo, vt ſpectet vtilitatem quandam non paruam ſpiritualẽ inde ſecuturam, vt poſtmodum dicemus, nos inſtruens prædicatores, ſacerdotes & Euangelij miniſtros, nobis minimè conuenire conuiuia, diuerticula, epulas & delicias admittere temporales, niſi rogati ſimus inſtanter & ſæpe ſæpius, & hoc quidem tandem aliquando & rariſſimè: præſertim quando ſperatur inde lucrum aliquod ſpirituale. Docet hoc D. Hier. aduertens nihil eſſe, quod ſic contemptui prædicatores exponat. Cõfeſſarios, Sacerdotes & Eccleſiaſticos, quam ſi frequenter interſint conuiuijs, & recreationes ambiant populi, quantumlibet primarij ſint: etenim ibi notant illos ſibi ſimiles, & multa nimis in actionibus admittitur ſocordia, & quamuis aliquis ſit ſibi mirum in modum proſpiciens, alteri tamen videtur aut comedere aut bibere ſuperabundanter. Sicut è contrariò, nihil ſic illis honorem conciliat, & reuerentiam, quàm dum multis precibus vrgentur ad epulas & munerum receptionem, illa tamen maiori animi conſtantia, & propoſita negant firmiori.

*Epi. 2. ad Nepoti.*

I. Religioſi frequentantes conuiuia & munuſcula acceptantes minoris æſtimantur.

Obijcies mihi ô Nepotiane (ſic D. Hier.) quod ſi te Dominus aliquis vel præpotens quiſquam dignitate ſpectabilis inuitet ad prandiũ, illudq; non acceptet, te ruſticum iudicabit & inurbanũ; aſpernabitur te floccique pendet. Reſpondeo, falleris amice falleris: quantò namque oſtenderit amplius quod ſibi diſpliceas, teque inſimulet inurbanum; tantò te intus in corde ſuo pluris æſtimabit, honorabit, & venerabitur, te iudicans tãtò magis hominem eſſe cæleſtem, quantò minoris terrenas facis delicias. Loquatur ipſe D. Hier. *Facile contemnitur Clericus qui ſæpe vocatus ad prandium, non recuſat. Numquam petentes, raro accipiamus rogati. Neſcio enim quomodo etiam ipſe qui deprecatur, vt tribuat, cum acceperis, viliorem te iudicat, & mirum in modum, ſi eum contempſeris, plus te poſterius veneratur.*

*D. Hier. Epiſt. 2. ad Nepotiat. Tom. 4.*

Conſideremus hoc in notiſſima illa hiſtoria, quam ſuis omnibus circumſtantijs de Eliſeo enarrat Spiritus S. Ad illum accedit princeps maximus ex Syria Naaman magno comitatu ſtipatus curruum & camelorum, ſupplex expoſtulans ab illo lepræ ſuæ mundationem. Poſtulatis annuit Propheta præſcribens illi vt ſepties in Iordane lauaretur. Lotus ſepties priſtinæ munditiæ reſtituitur, tantique beneficij memor regreditur ad Prophetam acturus illi gratias, aitque, nunc ſcio vere, vir Dei, non eſſe alium verum Deum, niſi in Iſrael, quandoquidem tu ſeruus ſis illius, cuius conſilio tantum me fateor percepiſſe beneficium, toto corde deprecor hæc digneris munuſcula ſuſcipere. Dicto citius, infinitos propemodum effundit aureos, plures tunicas veſtes varias & monilia pretioſa. Confeſtim reſpondet illi Propheta, animo adeo conſtanti, ſe nihil omnino ex oblatis acceptorũ, vt ſolemni ſe obſtrinxerit iuramẽto. *Viuit Dominus, ante quem ſto quia non accipiam.* Vrget, inſtat princeps & ſummopere deprecatur, vt quaſi vim illi inferre videretur. Quantò fortiùs inſtabat ille, vt Propheta munera donaque acceptaret, tantò Propheta illa negabat ſe velle conſtantiùs. Hoc verba illa textus inſinuant. *Cumque vim faceret, penitus non acquieuit:* quibus ſignificatur quòd variè multiſque modis Prophetæ eſſet importunus. Cum igitur tibi pecuniam non exoptes, ſaltem illam accepta pro pauperibus. Nec hoc quidem. Si nec illud ſaltem veſtes accipias. Abſit hoc omnino. Si nec illas tibi concupiſcas, ſaltem tuis proſint diſcipulis comitibus tibique ſeruientibus. Apage, nec mihi nec illis. Hoc ſaltem indulgeas vt de manu tua pauperibus erogentur. Dico igitur, ô Princeps, ne tempus fruſtra teras oblationibus: nihil enim eorum, teſtor Deum ſum accepturus, *penitus non acquieuit.*

*4. Reg 5.*

II. Probatur exemplo Eliſei.

Meo quidem iudicio, moleſtè hoc ferre debuerat Princeps adeo pronus & effuſus, grauiterque conqueri quaſi de accepta iniũria & illata contumelia, quod de manu ſua munuſcula accipere

recuſaſſet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recuſaſſet, eumque vt ruſticũ inſimulare & inurbanum. Veruntamen non ſic ſe res habuit:ſed eo viſo, pedibus eius humilis aduoluitur & ait: Domine mi fiat vt tuæ placitum eſt voluntati: etenim cognoſco me tali non dignum honore, vt de manu mea vel quidpiam accipias, tuos ſaltem mihi exporrige pedes, quos cernuus exoſculer: imo plura dico nec illud quidem mereor: vnde hoc mihi concedatur vt terram illam, quam calcas exoſculer, & onus duorum burdonum tollam mecum delaturus ad curiam Reges Syriæ in qua domicilium habeo vt pretioſiſſimas reliquias. *Vt vis: obſecro concedo mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra, &c.* quod illi permittitur quod ſi primò, cernens id quod poterat in lepræ ſuæ mundatione, illum magni fecerit, multumque honorauerit ſtans coram eò detecto capite: poſtmodum tamen aduertens in eo liberum adeo animum, & ab omnibus terrenis, etiam pretioſiſſimis prorſus alienum, opinionem imbuit de eo, quòd vir eſſet cæleſtibus totus intentus tantaque colendus reuerentia, vt ipſa terra eius calcata pedibus reliquiæ cenſerentur.

☞ 11 III. Similiter & in Daniele. *In cap. 5. Danie.* Hanc in miniſtro Dei diſpoſitionem notat idẽ D. Hier. in ipſo Daniele Propheta. Rex Baltaſar nullũ modum iniquis ſuis ſtatuens proceſſibus, Dei iuſtum incurrit ſupplicium: vnde manum mittit illi toties repetitam, dum epulis indulget lautiìs & aſſidentibus ſibi Principibus ac mulieribus fronte lætatur exporrecta, in pariete litteras nonnullas effingentem. Toto corpore, totoque corde turbatur: non enim ſciebat quid ſcriptura illa denotaret Cõuocari iubet aruſpices, diuinos, ſapientes, propoſitis muneribus opulentis & regalibus, illi qui ſcripturam hanc legeret eiuſque myſterium explicaret. purpuram ſpondet regiã, torquem auream, ſedem locumque in regno ſuo primarium. Nullus in tota regione reperitur, qui noſſet hanc legere ſcripturam, multò minus interpretari. Tandem adducitur coram Rege Daniel, cui ſic Rex: non parum me torquet hæc ſcriptura incognita: non eſt, qui eam interpretetur, refertur dete donum tibi à Deo collatum ſimilibus enodandis difficultatibus aptiſſimum.

*Dan. 5. 13* *Purpura veſtieris & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.* Cui Daniel notum ſit tibi Rex, tuam me nolle purpurã, catenas aureas, dignitates primarias & quæcumque mihi offerre potueris. *Munera tua tibi ſint, & dona domus tuæ alteri dat ſcripturam autem legam tibi Rex, interpretationem eius, oſtendã tibi, &c.* Deinde noueris ſcripturam hanc, tuam complecti ſententiam: etenim in tuarum pœnam iniquitatum quibus Deum vltra modum offendiſti, moriendum tibi eſt, & hodie finem accipiet tua cum regno vita, tuumque cum vita regnum quod Medis Perſiſque diuidetur. O animam vero Dei miniſtro digniſſimum.

Eximia Deus huic Prophetæ dona communicauit (ex ſententia D. Hier.) ſapientiam non vulgarem, viſiones non communes, prophetiæ ſpiritum nõ exiguum ad exponendum etiam ſomnia dormientium. Horum cuilibet tu inuideas (inquit ille,) ego verò hoc quàm primùm æmulor, terrenorum nempe contemptum, & quidem talem, vt nihil eorum velit acceptare, quæ ſibi à Rege tam liberaliter offerũtur, ſed omnibus in vnum comprehenſis (a) reſpondet. Rex ipſe illa ſibi retineat, ſe vero his nequaquam indigere, quo liberior euaſit, vt quicquid ſeſe offerret, intrepidus explicaret, reiecto omni reſpectu, quem cõplectitur in ſe muneris donique acceptio: linguam etenim ligat, ne tanta loquatur libertate quanta rei poſtulat iſta neceſſitas; ſicut è contrario munerum abnegatio perfectam tribuit libertatem ea proferendi quæ dicenda conueniunt. Contemptum hunc nos Dei miniſtros conueniret æmulari *Æmulemur Danielem Regis dignitatem, & munera contemnentem*: dum enim Dominus aliquis, aut vir dignitate primarius offert prædicatori vel confeſſario munuſculum aliquod aut cupedias, illi liberè reſpondeat: *Munera tua tibi ſint*: & deinde defectus illi ſuos aperiat intrepidus (tantò namque maiori vigebit libertate quantò pauciora acceperit munuſcula) & peccata redarguat, ac ſupplicia proponat à Deo illi, niſi ſe corrigat, inferenda. Quando accedit mercator fœnerator ſeu vſurarius applaudens confeſſario donaque deferens, quibus eius conetur linguam reddere dulciorem, quam prudens foret illud reſponſum. *Munera tua tibi ſint &c.* Hoc autem tibi dico, animam tuam portis adſtare damnationis, ignisque infernalis, &c. Saluatorem noſtrum intuere: rogatus enim & crebro à Phariſæis inuitatus epulas non admiſit, niſi ſemel, idque ea occaſione, qua Magdalenam ſaluaret peccatricem. Id ad quod perpetuò nobis eſt accurrendum ex conſilio D. Hier. & toties quoties nos importunè vocauerint, calamitates ſunt morborum & afflictionum, miſeriarum, mortiſque occaſiones. *Conſolatores potius nos in mœroribus ſuis, quam conuiuas in proſperis nouerint.*

(a) *A red barrendero.*

*Epi. 2. &c.*

§. 5. In-

§. 5. Ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit: *Licita ſunt aliquando conuiuia; quotieſcumque illa Dominus admiſit, ſalutem intendit animarum, & hodiernum conuerſioni impendit Magdalenæ.*

12. IMportunus fatigatus precibus acceptauit Dominus conuiuium: vnde *ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit.* Tempore D. Hieronymi

I. Iouiania-ni error de conui-uiis.

floruit hæreticus quidam Iouinianus nomine, ſui ventris idololatra, cibi potuſq; maximus helluo, qui vitam ſuam dieſque ſic ingluuiei dedicauit, vt de morte eius tale ferat D. Hieron. iudicium. *Inter phaſidas aues, & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum quam eructauit.* Et per conſequens capitalis ieiunij & pœnitentiæ inimicus. Arbitratus eſt hac noſtri Saluatoris actione, qua domum ingreſſus Phariſæi comeſturus ad menſam reſedit, gulam ſuam omnino iuſtificatam. Ecce (ſic hæreticus ille) Christum præceptorem noſtrum cuius actiones vitæ noſtræ regulam præfigunt, continuò ferculis cœniſque inhærentem. Statim à principio ſuæ prædicationis intereſt conuiuiis iiſque nuptialibus, quæ tanta voluit affluere abundantia, vt deficiente vino, ſuppleuerit illud miraculo eatenus inaudito quod ceteris præmiſit primicerium, quo aquam in vinum nouo mutauit ordine. *Hoc fuit initium ſignorum, quæ fecit Ieſus, &c.* Domum acceſſit Matthæi pranſurus, vbi ipſos Euangeliſta teſte feſtiuum paratum erat & geniale conuiuium: *Conuiuium magnum. Et erat turba multa Publicanorum & aliorum qui cum illis erant diſcumbentes.* In ipſa ciuitate Iericho ſeipſum non inuitatus inuitat, & domum ingreditur Zacchæi. Sextiduo ante paſſionē ſuam videmus eum in Bethania cœnæ aſſidentē ſplendidiori, cui Martha ſedula ſeruiebat, quem ſoror Maria demulcebat, capiti illius pedibuſque vnguentum ſuperinfundens pretioſum. A morte rediuiuus; fauum mellis & piſcem comedit aſſatum, diſcipulis ſuis proponens reliquias. Inſuper videre licet, quod illis, quos ab inferis reuocabat ilico iuſſerit cibum proponi manducandum, vt præceptum legimus puellæ filiæ Principis Synagogæ: *Iuſſit illi dare manducare.* Sui ſequacibus conuiuium inſtruxit adeo opiparum, vt de reliquijs, ſaturatis omnibus, duodecim ſupereſſent cophini fragmentorum. Quid plura? ecce *Ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit*: ea intentione, vt prandio reficeretur.

D. Hier. *Li. 1. cont. Vigilant. in princ. Tom. 2.*

*Ioa. 2. 11.*

*Luc. 5. 29.*

*Luc. 8. 55.*

Huic aliquo modo conſentit opinio Epiſcopi Salonitani Natalis cui litteras dedit de hac materia D. Gregor. elegantiſſimas. Intendebat hic Epiſcopus adſtruere conuiuia valde congrua eſſe SS. litteris & Euangelio: quod confirmabat ex eo quod Abraham Angelos receperit velut peregrinos, iiſque magnificum præpararit conuiuium, cui ſimile inſtruxit in ablactatione filij ſui Iſaac: & Iſaac pariter vt filio ſuo paternam impertiret benedictionem, ſibi præparari voluit epulas, quibus libenter veſcebatur, & peracto conuiuio altiſſimas protulit ſpiritu fatidico prophetias. Addo & D. Paul. cuius hoc eſt præceptum. *Qui non manducat, manducantem non ſpernat.* Ipſumque Christum inuenies ſæpenumero conuiuia frequentantem ſibique in illis complacentem.

II. Quē ſequitur Epiſcopus Salonitanus.

*Li. 1. epiſt. 37. ad Natalem. Epiſ. Salo.*

*Rom. 14. 3*

Stomachum mouit hic hæreticus D. Hieronymo, quocirca eum vt ſtultum exſibilat. Rationi conueniret (inquit) vt ſicut Christum ſpectas in conuiuiis, folium verteres, atque ex alia facie illum attenderes continuis longiſque ieiuniis intentum. Seipſum mundo manifeſtaturus, ecce in deſerto vacat ieiuniis, quibus quadraginta dies noctesque conſecrat indefeſſus. Verbum Dei diſſeminans occurret tibi egreſſus diluculo de Iudæa, & ieiunus perſeuerans vſque in meridiem cui cum diſcipuli prandium offerrent, non admiſit. Ipſo die, quo quinque millia pauit hominum nullibi mihi probaueris eum toto die illo ſumpſiſſe ientaculū. Sic omnibus cupediis inops ambulabat vt diſcipulos comites ſuos coegerit neceſſitas in campos excurrere & vellere ſpicas manibus ſuis, eos confricare, vt quædam grana quæ ſumerent, educerent. Illud quod dixit Rex Saul de lapide illo prægrandi, vt quem iam ex vna parte vidiſſent, voluerent, & ex altero quoque conſiderarent. *Voluite ſaxum magnum.* Nobis licet ex iudicio D. Greg. de Christo pronuntiare. Si ex hac parte conſideres eum conuiuantem, ex altera illum conſidera ieiunantem: ſi vel vno die comedat, quadraginta ieiunat: ſi vel ſemel conuiuium admittat, vigeſies illud recuſauit. His rationibus, mixi D. Hier. & D. Greg. eximia nobis proponunt documenta.

*Li. 2. cont. Iouinian.*

III. Refutatur exemplo Christi.

Primum ſit igitur, abſolutè loquendo conuiuia non eſſe mala nec vniuerſaliter eſſe cōdemnanda: quinimo aliquando bona ſunt, & Christo Domino accepta, quando nimirum in bonum finem diriguntur, & debitis ſunt ornata circumſtantijs. Hanc materiam tetigimus agentes de diuite epulone, quem Dominus non accuſauit vt malum, quòd vno die ſplendidè comediſſet, ſed hoc illi impoſuit: *Epulabatur quotidie ſplendide.* *Hom. 16. n. 11.*

IV. Conuiuia honeſtis de cauſis approbantur.

Eccli. 22.

randa feſta parare conuiuium, vel honeſtæ recreationis cauſa ferculis lautiùs indulgere: item amicitiæ ſociandæ gratia, atque in Dei obſequio conſeruandæ: ſi namque hoc verum non eſſet, nobis hoc ipſa veritas non indicaret; ſic enim audio Spiritum S. *Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit tibigloriatio*, q. d. vt bona approbo iuſtorum conuiuia qui ſuis fræna non laxent appetitibus, non ſeruiunt gulæ deſideriis, ſed timoris Dei fræno illa coercent, exemplum Tobiæ imitati, de quo teſtatur Spiritus Sanctus ab ipſo in feſtis ſolemnioribus inſtructa conuiuia, conuocatis ad hæc Deum timentibus, ſuiſque contribulibus. *Aliquos de turba noſtra timentes Deum.* Sed qua ratione epulis indulgebat? *Manducauit panem cum luctu, & tremore, memorans illum ſermonem, quem dixerat Dominus per Amos Prophetam: dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem, & luctum.* Dauid iuſtos inuitat vt alacri fronte epulentur, ſed coram Domino. *Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.*

Tob. 2. 3.

Pſal. 67. 4.

13

V. Quid ſit comedere panẽ coram Domino.

Exod. 12.

Si quid intelligo, ſpectat illud quod S. Pagina notat de Moyſe & Aaron: dum enim populum de ſeruitute eduxerant Ægyptiaca; venit illos viſitaturus Ietro ſocer Moyſi, cui cum Moyſes magnalia narraſſet, quæ Deus populo præſtiterat inſignia, vt omnes in Domino ſe recrearent, opiparum inſtruxit conuiuium, ad quod omnes populi primarios inuitauit. *Veneruntque Aaron, & omnes ſeniores domus Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Domino.* Quærit Diuus Auguſt. Quid ſit comedere panem coram Domino? Quandoquidem tunc temporis necdum eſſet arca, nec templum, nec erectum tabernaculum. *Quæritur vbi ante Deum, quando nec tabernaculum fuit, nec arca teſtamenti, quæ poſtea ſunt inſtituta?* Significare intendit quod comederint in honorem Dei exultantes in omnibus mirabilibus quæ fecerat Dominus illa magnificantes ſignis quibuſdam feſtorum & conuiuiorum: ſenſum hunc ante dederat Origines hæc verba interpretatus. *Manducant panem in conſpectu Dei, qui obſeruant illud quod Apoſt. dicit Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis omnia ad gloriam Dei facite.* Hinc noueris licitum eſſe prædicatori, religioſo, & viro ſolitario exemplo Chriſti quandoque admittere conuiuia ad gloriam Dei, proximi ædificationem, & virium recuperationem: etenim aliquando ita vix carnibus & oſſibus hæret, vt neceſſaria ſit eis vel parua recreatio, vt poſtmodum laborem tantò ſuſcipiant animoſiores.

D. AVGV. Lib. qq. in L. 67. q. 66. Tom. 3.

*Apud Lipom. in c. 18. Exod. p. 826.*

Tractatum edidit elegantem Diuus Gregor. Nazianz. quem inſcripſit in Monachos hypocritas, quem ea compoſuit occaſione quod *quidem ſtultus diliriſſque perditus: diueſque atque inſolens* offenderetur quod Epiſcopus hortum haberet & fontem ad quem aliquando capturus aerem & recreationis ergo ſecederet. Exceſſum hunc arguebat enormem, & religioni contrarium, quam Prælatus hic ſanctiſſimus profitebatur: eius namque iudicio decebat monachum perpetuæ orationi & pœnitentiæ vacare ſolitarium. O te mẽte captum, inquit Diuus Gregor. ſicut religioſum ex vna parte conſideras, cur eum ex altera ſimiliter non attendis? Qua de cauſa ſi religioſum obſerues vel modico tempore obambulantem oculoſque recreantem, non eius in oratione lacrymas obſeruas, in choro frequentiam, vigilias continuas, ſtricta ieiunia quibus corpus ſuum carnemque mortificat? *Quid ô miſer lacrymas taces, & ventris frænum, & genuum vulnera, noctesque inſomnes, quibus monachi corpora ſua conficiunt? &c.* An non attendis quod ſimiles tui carne conſtent & oſſibus? Anne decens eſt vt te deliciis expleas, & quia nunc tibi hoc ferculum nauſeat, quæris alterum & quia te tædio afficit hæc recreatio, ſectaris alteram, & quia hic lectus eſt tibi moleſtus, ad alterum tranſis: & quia vinum hoc palato tuo non placet promi iubes aliud: ita vt continuatæ deliciæ te fatigent atque idcirco toties illas mutes aliaſque concupiſcas: & monachum non grauabunt, aut pœnitentem, aſpera diſciplina, ieiunium, vigiliæ, genuflexiones? Eſt prorſus dandum aliquod carni leuamentum, ſi illam delitiæ frangant & voluptates, ſi frequentes ſint, & idcirco ſæpe permutantur: quantò magis illam labores fatigabunt & opera pœnitentiæ; deijcient mortificationes & ieiunia, ſi non aliquando manus ab illis aliquanto tempore ſubtrahatur: neceſſe eſt prædicatori & pœnitenti aliquando ſubleuamen, ſicut & Chriſto poſt finem dierum, opiparum admittere conuiuium.

VI. Religioſis licitæ ſunt recreationes.

Vt verum ita facetum eſt dictum S. Hieronymus qua formam præſcribit Romanæ cuidam Dominæ illuſtriſſimæ Letæ nurui filiæ ſuæ ſpirituali Diu. Paulæ, qua ratione ſuam debeat educare filiam, eam nimio nequaquam opprimens ieiunio, ſed aliquantulam concedens ei recreationem. *Experimento didici aſellum in via cum laſſus fuerit, quærere diuerticula* Ex hoc diſcurſu ſancti duo colligunt documenta: licitum eſſe acceptare delicias & conuiuia, quando hinc

VII. D. Hier. ſuadet aliqualem recreationem.

D. HIER. *Epi. 7. ad Letam poſt med. Tom. 1.*

*l4. 1. cont. Iouin. cit.*

aliquid elicitur ad Dei gloriam eiuſque famulatum. Et hoc Dominus intendit (ait Diuus Hieronymus) quotieſcumque illa acceptabat. Non illa admiſit ſuis ſtudens delicijs, ſed noſtro proſpiciens commodo, potiſſimum autem inuitantium.

VIII. Chriſtus non ſuſcepit cõuiuia niſi ad ſalutem aliorum.

☞ 14 Circa hoc D. Auguſtinus argumentum producit, quod omnes admiramur. Reuolue, inquit totam S. ſcripturam, & inuenies, quòd Dominus permittens voleńſque vt ſerui ſui conuiuia frequentarent, noluerit vt in illis propriam ſectarentur voluptatem ſed ſalutem bonumque inuitantium. In memoriam tibi veniat Elias: quem vult inuitari & paſci à vidua in domo ſua & vrbe Sarepta Sydoniorum. An Deus in hoc Prophetæ ſtudebat appetitui? num fortſitan vnde eum aleret non habebat? Nemo Catholicus hoc dixerit: etenim vt hoc manifeſtaret, illum prius in deſerto coruorum pauit miniſterio qui quotidie carnes illi panemque deferebant. Quid ergo Dominus intendebat? Reſpondeat pro me D. Auguſtin.

D. AVGVS. *Tract 4. in Canon. 1. Ioan. To. 9*

*Elias eius ſeruus neceſſarium hoc non habebat aliquando cui panem & carnem per coruum mittebat & tamen vt vidua religioſa benediceretur, mittitur ſeruus Dei, paſcitur à vidua, &c.* Hoc quod in ſeruo conſideras, multò clarius licet in ipſo Domino contemplari. Non ei opus erat nec ad corporis ſui alimentum neceſſarium, nec guſtui ſapidum frequentare conuiuia; quandoquidem ſciamus quòd vna quidem vice, qua quadraginta diebus ſolemne celebrauit ieiunium, acceſſerint Angeli cibum afferentes, illique miniſtraturi. Tamen acceptauit illa vt hoſpitibus conſuleret, & ex occaſione prandij corporalis de ſalute ſerio tractaret animarum. *Obſequium hoc obſequentibus proderat, non illi: cur enim, cui miniſtrabant Angeli, hominum obſequium requireret.*

*Locis cit.* IX. Confirmatur exemplis.

His conſequenter conſiderat ſanctiſſimus Doctor quoties Chriſtus acceptauerit conuiuia ſemperque notat illa hominibus non ſibi profuiſſe. Argumentum hoc comprehendit D. Hieronym. præfatum confutans hæreticum Iouinia. Ne crediderις (inquit) Chriſtum acceſſiſſe ad conuiuia quaſi amicum epularum: minimè gentium *Qui quadraginta diebus ieiunium Chriſtianorum ſanctificauit, qui beatos appellat eſurientes, ſitientes, qui eſcam habere ſe dicit, non quam diſcipuli ſuſpicabantur, ſed quæ in æternum non periret, qui de die craſtino cogitare prohibet, qui cum eſuriſſe & ſitiſſe dicatur, &c. Qui diuitem purpuratum propter epulas narrat in tartaro, & Lazarum pauperem propter inediam dicit eſſe in ſinu Abrahæ, qui quando ieiunamus, vngi caput & lauari faciem præcipit, &c.* Eum traxit ad conuiuia animarum emolumentum. Quod ſi nuptias inuitatus accedat, acceſſit eas ſanctificaturus, ſuoque exemplo hæreticorũ ora obſtructurus, qui in Eccleſia ſualeſſent orituri, eoſque condemnaturus. Si Matthæi conuiuium admiſit, in illius hoc ceſſit commodum: illum etenim Apoſtolum & Euangeliſtam creauit, & cum eo multos conuertit Publicanorum. Si ſeipſum inuitauit in domo Zacchæi hoc eo animo fecit vt illius curaret auaritiam & iniuſtum Publicanum mutaret in filium Abrahæ illuſtriorem. Si rediuiui Lazari cœnam acceptauit, hoc ideo fecit vt reſurrectionis illius tanto clarius miraculum panderetur omnibus: cum illum loquentem cernerent & comedentem: ſicut eundem in finem, inquit Diuus Hieronymus à mortuis reſuſcitatus fauum comedit mellis; illum enim ad manum ibidem paratum inuenit; non vt te doceret fauos tu mellis quæreres dulciores. Loquatur nobis Diu. Hieronymus. *Quare fauum mellis comedit Dominus? Vt reſurrectionem probaret, non vt tuis faucibus mella permitteret. Piſcem in prunis aſſum petit, vt dubitantes confirmaret Apoſtolos, qui ad illum accedere non audebant, quod putarent ſe ſpiritum videre, non corpus Archiſynagogi filia ſuſcitatur, & cibum accipit, Lazarus quatriduanus mortuus reſurgit, & prandens inducitur, non quia apud inferos eſuriebat, ſed quia difficultas operis ſcrupuloſitatem fidei requirebat.*

D. HIER. *Epi. 61. ad Pammach. cont. errores Ioan. Hieroſolym. p. 117 Tom. 2. Serm. 93.*

Habes hic rationem ex Diuo Petro Chryſologo, cur hodie conuiuium admittat à Phariſæo ſibi præparatum. Sæpe ſæpius illum inuitauerat, & importunis precibus ſupplex eum rogauerat, nec admiſit niſi hac motus occaſione qua peccatricis animam ſibi conciliaret: præſcius enim quod illa eum eſſet indagatura, illo ſe loco ſtatuit, vbi ipſum in ſui ſalutem aptiùs inueniret, nec non vbi tantò clariùs eius actiones nobis ad exemplum elucerent, quantò grauiores eſſet paſſura calumnias, & diuinæ miſericordiæ cunctis paterent euidentiùs ad nominis ſui gloriam & ſolamen non leue peccatorum. Ea de cauſa conuiuium acceptauit, *& ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit.*

§. 6. Diſcu-

§.6. Diſcubuit *Diſcubuit Dominus, qui ſumit illud expreſſè, quod nobis eſt proficuum: non ſic nos, illud quod ipſius cedit obſequio.*

15 BArdus ille hæreticus Iouinianus, vt totus effuſus in fercula & delicias, opinatus eſt quòd illud ita data opera diſcumbere, quod ait Euangeliſta, ſignificet Dominum ad menſam recubuiſſe vt guloſè, delectabiliter, & ſenſualiter veſceretur, quaſi gulæ tantùm & palato deſeruiens, illis comparandus quibus ait Ieremias *Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam.* Et Apoſt. Iudas Thadæus. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore ſemetipſos paſcentes.* Tantam hæreticus ille præſumpſit credere blaſphemiam ingluuie ductus & propriæ guſtu ſenſualitatis: etenim ad ſimile quid ſæpe ducitur, qui ſenſualitatis ſæpius indulget ingluuiei. Quod autem Euangeliſta verbo illo *diſcubuit* ſignificauit, hoc eſſe credimus quod Chriſtus menſæ aſſederit & ex profeſſo diſcubuerit, atque ea forma quæ magis congrua erat, & apta beneficio peccatricis. *Diſcubuit*, oſtendens quòd ex induſtria expectaret illam, quàm admiſſurus eſſet, eiuſque obſequia quibus eum deliniret, in ſuorum indulgentiam peccatorum.

I. Quid hic diſcubitus ſignificet. *Ierem.* 50. *Iud.* v. 12.

*Hom.* 2. *in Ezech.* Notauit D. Gregor. quoties in SS. litteris alicuius ſitus ſeu corporis figura deſignatur, non credendum hoc vacare myſterio, & multo minus quando loquendo de Deo deſcribit illum ſedentem: quia illa forma loquendi vult indicare, quòd ex profeſſo atque data opera reſideat, aliquod opus effecturus. Idcirco dicitur quòd legem promulgaturus Euangelicam ſederit: *cum ſediſſet*: in antiquo tabernaculo, in quo lex vetus erat, ſe poſuit ſuper alas Cherubim: quia inde aliquando auolaret, lex vero Euangelica ſemper eſſet duratura *Sedet Chriſtus in monte dans legem, quæ in æternum erat duratura.* Hinc declarat D. Chryſoſt. illud Euangeliſtæ Lucæ quod Apoſtoli in cœnaculo ſederent: aduentum Spiritus S. expectantes. *Vbi erant ſedentes.* q. d. ita ex profeſſo & firmiter ibi ſederant eo animo, vt inde non recederent, donec accepiſſent Spiritum ſanctum nec enim aliud animo voluebant nec curabant aliud. Idcirco ſimiliter dicitur quod Spiritus S. *Sedit ſupra ſingulos eorum*: quia ſe illis ita firmiter infundebat & permanenter operando in eis & per eos, ita ex induſtria & propoſito, ac ſi nihil aliud haberet agendum, nulliqueꝫ alteri rei proſpiciendum.

II. Sedere quid ſignificet in SS. litteris. *Hom.* 1. *in Symbol. Apoſt. Tom.* 5. *Act.* 2. 3.

Moram facit Diuus Simplicianus Epiſcop. in eo quod S. pagina teſtatur de Dauid: cum enim illi Propheta Nathan ex Dei nomine magnifica, præcelſa, & eximia iuraſſet promiſſa, gratias illi pro eis acturus, ſic de eo ſcribitur: *Sedit Dauid coram Domino*: nam coram arca reſedit in qua diuina latebat maieſtas. Quis fortè dixerit mores hoc ſapere inurbanos ſedere coram Deo, in cuius præſentia nobiliſſimi Cherubini & ſublimiſſimi Seraphini adſtant erecti timore perculſi: & quis non dicat iuſtè poſſe Deum de parua hac conqueri reuerentia, ſicut quoſdam accuſauit immorigeros qui Deum accedentes cum eo locuturi, reſederunt. *Venerunt ſeniores, &c. & ſederunt coram me.* Dubium hoc propoſuit hic ſanctiſſimus Epiſcopus Diuo Auguſtino cui ille reſpondet. Ne crediderıs omnino, ſic irreuerentiam, paruumque reſpectum in regio Propheta damnandum; etenim probè nouerat quo cultu, & corporis compoſitione ſe diuinæ deberet offerre maieſtati: ſed quod ea formula loquendi, quod ſederit coram Domino non tam ſitum denotet corporis, quàm animæ illius diſpoſitionem: etenim ex induſtria & animo conſtanti non leuiter, neque pertranſeunter reſedit Deo gratias ſoluturus: tanta namque beneficia tamque firma, gratias requirunt & magnas & conſtantes. Ob eandem rationem Deus vt ſupremus medicus, daturus animæ ſalutare *Recipe*, hoc illi præſcribit: *Deſcende, ſede in puluere*: nam conſideratio quod terra ſis & puluis, ſi hanc ſeriò receperis, remedium erit tibi ſaluberrimum & efficaciſſimum.

2. *Reg.* 7. 18. — *L.* 2. *qq. ad Simplicia. qq.* 4. — *Iſa.* 61. 7.

Hoc ſuppoſito dum dicitur quod Chriſtus ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit, indicatur tibi quòd ex animo & data opera reſederit, non vt comederet, ſed ad opus principale quod ibidem erat operaturus, remedium nempe paraturus vnius peccatricis illuc aduenturæ: non enim leuiter & per tranſennam, ea quæ ſalutis noſtræ erant curabat, ſed conſtanter, & ſeriò velut opus cui principaliter animum mẽtemque intendebat. Quàm diuerſo modo Deus noſtram curat ſalutẽ, noſtræ proſpicit vtilitati, & ſuam nobis miſericordiam cõmunicat, quam nos ea quæ illius ſpectant obſequiũ, & noſtræ requirunt obligationes. Sedet ipſe nobis beneficia collaturus, ſedet ipſe noſtrũ operaturus remedium. Sic per Prophetam Michæam nobis promittitur. *Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui.* Nõ tali animo aut induſtria reſidet aurifaber vt argentũ à ſcoria purificet, & vas conflet formoſum,

16 III. Chriſtus data opera quæ ſalutis noſtræ ſunt operatur. — *Mich.* 3. 3.

gratum & elaboratum, ſicut Deus eo reſidet animo, vt animam tuam emundet, & gratiis ſui donisque expoliat formoſiſſimam. Hoc indicauit

*Ierem.* 18. quando declaraturus vati ſuo Ieremiæ, qualiter

IV. Probatur ex ſimilitudine figuli.

nobiſcum ageret ei præcepit, vt in domum deſcenderet figuli, & attento oculo menteque ſedula quid ageret, ipſe perpenderet. Deſcendit Propheta & figulum reperit rotæ inſidentem lutum manibus arripientem, cui totum ſuum impendebat ſtudium, & in illud oculos ſuos dirigebat pedes, manus, digitos laborando, formando, & reparando, attendit illum Propheta, & ecce ad eum ſic Dominus. Viden' ô Propheta, quo ſtudio ego in efformando homine laboro? quidquid enim habeo, curo & cogito, ad eum videtur ſolummodo tendere, eumque complecti: nec à vero aberramus: ſi namque cælos creauit, & motu mouet continuò, vt nec puncto quidem à motu deſiſtant: ſi ſtellis & ſideribus expoliuit: ſi cæleſtia illis inſeruit luminaria maiora & minora: ſi terram fundauit, & plantas, herbas, fonteſque in ea produxit: ſi diſpoſuit illis quid agerent, & ſuis angelis miniſteria: ſi Apoſtolos elegit, deſignauit diſcipulos, inſtituit Sacramenta, ſi deſcendit de cœlis, ſi carnem aſſumpſit humanam, ſi vixit in mundo; ſi paſſus, ſi mortuus eſt in illo, hæc omnia in noſtrum tendunt beneficium, noſtræque intendit ipſe ſaluationi.

*Ho.* 1. *cit. ac ſymbo.* Perpendit D. Chryſoſt. quòd D. Marcus declaraturus quàm firmiter Chriſtus Dominus noſter ad dexteram ſit Patris in cœlo, quo aſcendit, ſic

*Marc.* 16. 19. ait: *Sedet à dextris Dei.* Et hoc ipſum confitemur, quando in ſymbolo idem dicimus: eſt enim perpetua continua & ſublimiſſima eius gloria vt nec punctum admittat contemptus, dedecoris; aut intermiſſionis. Illo ergo eodem verbo voluit Dominus à Propheta declarari quam ſincerè & feruenter noſtram intendat ſalutem, nobiſque ſuæ communicet dona miſericordiæ, *Sedebit conflans & emundans argentum*: vt non videatur ea diligentiùs curare, quæ propriam ſpectant gloriam, quàm id, quod in noſtrum commodum bonumque ſedulus operatur. Porro nos quàm

V. Nos noſtra negotia ſedulo, Dei vero negligenter agimus.

leuiter & perfunctoriè ea quæ eius ſpectant obſequium exequimur! Quàm illa poſtremo curamus loco poſtquam mundo noſtriſque lucris perfectè ſatisfecimus? Miſſam audimus ita celeriter, vt ſi Sacerdos vel parum hæreat, nobis ſit moleſtum. Confeſſionem inſtituis ita feſtinatam vt prius peccata dixeris, quàm ea deploraueris. Sacræ Sinaxis ſumptio adeo propera, vt adhuc retinens ſpecies ſacramentales in ore, ad fabulas te conuertas vanaque diuerticula: & numquam Dei negocia peragis, niſi prius tua perfeceris. Hæc igitur ratio dicitur, ob quam Saluator noſter ingreſſus domum Phariſæi reſederit & diſcubuerit: quia data opera ſe collocat: vt in rota potentiæ ſuæ & miſericordiæ, lutum aſſumat mulieris peccatricis, vt illam elaboret & effingat vas adeo pretioſum, vt de ea canat Eccleſia.

*In vas tranſlata gloria*

*De vaſe contumeliæ*, vt poſtea videbimus.

### §. 7. Ecce mulier. *Non vult Euangeliſta, vt oculos in fercula conjiciamus, quibus Phariſæus Domino ſeruit, ſed in illa, quæ peccatrix adfert Chriſto placitura.*

EX prædictis infertur magna Euangeliſtæ 17
ſapientia quàm primum enim nobis retulit Chriſtum acceptaſſe conuiuium, ingreſſum in domum Phariſæi & reſediſſe ad prandiũ: nos rogat vt oculos reflectamus in aduenientem mulierem peccatricem. *Et ecce mulier.* Nec apicem hic prætereamus: etenim minimus eorum maxima comprehendit myſteria. Enucleemus duas illas litteras coniunctionis. *Et* diſcubuit Dominus, *Et* tu verò oculos conuerte ad mulierem. Quid hoc eſt Euangeliſta ſanctiſſime? Dixiſti nobis à Phariſæo ſæpius Chriſtum importunè fuiſſe ad cœnam inuitatum, quodque tandem Chriſtus conuiuium acceptauerit, eoque animo ædes illius acceſſerit & ad menſam cõuiua reſederit. Numquid ratio ſuaderet, nobis ipſe proponeres quænam fuerint fercula, qui nam miſſus ad menſam illam expoſiti? Nam procul dubio cum homo potens & opulentus tanto deſiderio optaſſet & procuraſſet vt Dominus in illa recumberet, exquiſita eſſe debuerunt fercula & opipara. Nobis an ergo locum non tribues vt oculis noſtris totam hanc percurramus menſam, ornatum eius attendentes & diſpoſitionem? An nobis non inſinuabis quinam fuerint conuiuæ: nam nobis indicaſti plures adfuiſſe (*qui ſimul diſcumbebant*) quodque perſonæ fuerint ceteris honoratiores? Quàm primum Saluator noſter recubuit ilico nos admones vt illo reflectamus oculos, quo venit mulier peccatrix: *Et ecce mulier.*

I. Cur nos roget Euangeliſta vt prius mulierem attendamus.

Nouerat Euangeliſta (ſic credit Diuus Petrus Chryſolog.) intentionem Saluatoris acceptantis conuiuium: eam ſcilicet non fuiſſe vt dapibus ſe farcinaret delicatioribus quibus menſa Phariſæi redundabat, ſed illis ſe recrearet quas mulier peccatrix illi eſſet in cordis ſui diſco prolatura.

II. Qua intentione Chriſtus ad menſam venerit.

Hoc igitur principale eſt epulum, quod ipſe prætendit, & cibus maximè delicatus cordis palato ſatisfaciens, & vt hoc veſcatur, ad menſam reſidet: huic tu ſeſſioni coniunge huius mulieris inſpectionem: iam enim venit adferens ferculum Chriſto placidum, ſapidum & exſpectatum: *Ad prandium & ad Phariſæi prandium,*

D.Petr. Chryſ. Serm. 93.

(Audiamus Diu. Petrum Chryſologum) *veniſſe Chriſtum, ſollicitus forſitan miceretur auditor: Phariſæi domum Chriſtus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, ſed diuinam miſericordiam largiturus, neque accubuit pocula ſaporata melle, floribus adorne ſumpturus, ſed pœnitentis lacrymas ex ipſis oculorum fontibus potaturus. Ad Phariſæi menſam venit Chriſtus, non vt carnalibus repleretur eſcu, ſed vt in carne negotium cœleſte monſtraret: non vt probaret poſita humanitus ante ſe, ſed poſt ſe geſta diuinitus approbaret.*

Omnibus in propatulo eſt, quod legimus de Samaritana. Proficiſcebatur Redemptor noſter ieiunus feſtino gradu die quodam calidiſſimo à mane vſque ad meridiem, ex quo tantam contraxit laſſitudinem vt coactus ſupra fontem reſederit, laſſumque corpus inclinarit: Expediens iudicarunt Apoſtoli, vt illi de cibo proſpicerent, quocirca ad ciuitatem cibos empturi diuerterunt. Interim aduenit mulier Samaritana, cuius cor & anima Chriſto futurum erat ferculum longè ſapidiſſimum. Loquitur cum illa & ſermonem inſtituit, docet eam & illuminat, & eam quæ prius erat peccatrix infamis, ſanctam efficit celeberrimam, & famelicus cibi animarum cor illi mouet, vt facta iam ſua Apoſtola in ciuitatem tenderet Samariæ, ibique infidelium corda præpararet, & ſedula prædicaret. Interim cibum

Ioan. 4. 31.

adferunt Apoſtoli & inuitant: *Rabbi manduca:* fatigatus es ex itinere, comede, ſic precamur ad noſtrum ſolamen. Hinc iſta auferte (reſpondet

III. Conuerſio animarum Chriſto cibus eſt gratiſſimus.

Dominus) *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis,* mihique iam ſumpſi gratiſſimum. Turbantur Apoſtoli, & inter ſe colloquuntur: quid eſt quod loquitur nobis? an forſitan quis illi cibum attulit? Valete, reſpondet Chriſtus: non enim me capitis loquentem: cibus enim mihi pergratus & quem prætendo, non eſt ille quem mihi offertis, ſed ille qui Patris mei gratus eſt voluntati: nempe, ſalus animarum: hæc ſunt mihi fercula gratiſſima: *Meus cibus eſt vt faciam voluntatem Patris mei, qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Hic ille eſt, quo veſcor, anima ſcilicet conuerſæ peccatricis, & quem exopto, opus eſt quod peragit in Samaria illam diſponens, vt palato meo ſapiat.

Cœleſtis olim ſponſa ſponſum ſuum inuitauit vt deſcenderet in hortum ſuum, in quo fructus colligat ſapidiſſimos, poma pira, ceraſa, &c. aliosque guſtu ſuauiſſimos: *Veniat dilectus meus in hortum ſuum & comedat fructum pomorum ſuorum.* Cant. 5. 1.

IV. Sponſus primoque myrrham metit id eſt pœnitentiam peccatoris.

Acceptauit ſponſus ille conuiuium, hortum ingreditur ſponſæque loquitur, eia chariſſima, columba mea: ecce iam hortum ingreſſus ſum. Videamus Domine, ad quem cibum manum adijcias? Ad myrrham: *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam.* An ergo quid magis amarum & ingratum palato? Dei te latet conditio: ſic D. Petrus Chryſol. nulla re ſic delectatus, ac myrrha pœnitentiæ amariſſima, mœſti ſingultus, cordis contriti, & lachrymarum

D. P. Chr. Serm. 93.

abundantium: *Deus delinquentium gemitus eſurit, ſitit lachrymas peccatorum.* Idcirco eam ſuam dicit: *Myrrham meam.* Quare hoc? Quia primò vera pœnitentia, illius opus eſt & diuinæ donum miſericordiæ. Secundo: quia hic illi cibus tantopere placet vt illi ſatisfaciat: eo modo quo tu poma eſuriens quando hortum ingrederis varijs fœcundum fructibus: ais, meum pomum eſt.

An chariſſime Deo ſtudes epulum parare gratiſſimum? Tua ſententia felix fuit ille Phariſæus 18

in eo quòd Chriſtus illius acceptauerit epulas, domumque ſit ingreſſus ad menſam reſedit, & exclamas. Vtinam tam fauſta mihi ſors obueniret vt illum inuitare poſſem, quàm gratanter hoc facerem & illi deſeruirem! Noueris in manu tua eſſe, illique te poſſe præparare miſſum multo ſuauiorem, quàm quemcumque Phariſæus obtulit. Quis ille Domine? Perfectus de tuis peccatis dolor, lachrymæ feruentes, contritionis & animæ tuæ cruciatus indices, cor humiliatum: hic enim eius placet faucibus quem numquam non recipit libentiſſimè, *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Formula eſt loquendi: Domine hic tantopere pomis afficitur, vt quomodocumque illi dederis, illa comedat, & numquam illis ſatietur. Attende, quam Deo bene ſapiat cor contritum & vera pœnitentiâ confractum, vt quomodolibet hoc illi offeras, comedat illeque veſcatur, & numquam faſtidiat. Hic eſt ille miſſus, quem illi Magdalena deferebat, & ex quo ferculum illi præparat ſuaue, ſapidum, oculos offerens illi lachrymis madidos, vultum rubore & verecundia confuſum, os pacis oſcula pedibus illius infigens, capillos ad mappulam, cor contritum, ſpiritum contribulatum. Ecce profecto D. Gregor. *Ad Phariſæi prandium Dominus diſcumbebat, ſed apud pœnitentem*

V. Quænam fercula Deo maxime grata ſint. Pſ. 50. 19.

D. Greg. Ho. 33. in Euang.

 pœ-

*mulierem mentis epulis delectabatur.* Apud Phariſæum paſcebatur foris, apud mulierem paſcebatur intus; plus mulier pœnitens paſcebat intus quam Phariſæus foris.*

D. Petr. Chrys. Serm. 93.

O quam eſt hoc admirabile cõuiuium (exclamat D. P. Chryſolog.) quod illi præparat illa peccatrix? Menſa pœnitentia eſt: panis dolor: condimenta cor illius contritum: potus ſuauiſſimus, lachrymæ ſunt amariſſimæ: *Pœnitentiæ ponis menſam, fercula compunctionis apponis, panem doloris infers; potum lacrymis temperat in menſura.* Nec crediderim, inquit, muſicam hic defuiſſe Dei auribus acceptiſſimam, nulla etenim quantumuis bene ordinata, ita tuis placet auribus ſicut ſuſpiria planctus & gemitus Deo placebant: nam ſolum vt eorum ſonitu delectetur ad feneſtram cœli ſe ſtatuit, ſicut tu domus tuæ feneſtris inſides, vt harmonia recreeris modulatiſſima.

Pſ. 101. 2.

*Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum.* Cum igitur hæc illi fercula, quæ prætendit, ita ſapiant, non eſt quod illa curioſiùs inſpicias, quibus abundat menſa Phariſæi: oculos tuos ad illa conuerte, quæ mulier promit conuerſa peccatrix. *Ecce mulier.*

VI. Iudæi carnalia tantum Deo, non cor ſuum immolabant

Iudæi, ſupra modum carnis ſectabantur delicias & terrenis delectabantur, quæ oculis placent corporis & huic palato ſatisfaciebant. In rebus diuinis parum profeciſtis. Extruitur templum illud magnificum tantâ diuitiarum, auri, & argenti copiâ vt totum mundum raperet in admirationem. Multa in eo erecta ſunt altaria affabrè elaborata, vt hic offerentur panes, ibi vituli, agni, & columbæ in ſacrificium, alibi in holocauſtum, alio in loco odores gratiſſimi & aromata ſuaue fragrantia: his ſibi quàm maximè complacebant & mutuo colloquebantur: ô quanta voluptate domum hanc veniet Deus inhabitaturus, quâ nemo vidit eminentiorem! O quàm illi grata fore ſperamus ſacrificia & oblationes in altaribus illis menſiſque illi dedicata! O quàm accepta erunt illi thymiamata & aromata pretioſa! Illos auſcultat Deus, iiſque per Prophetam Iſaiam reſpondit. O capita cerebro vacua vos omnes, iudicio laboratis omnes. Quanti putatis me totam hanc facere machinam quam vos tanti æſtimatis? Quo loco arbitrarimi, reponam ego hæc altaria veſtra & menſas, eaque omnia in illis mihi conſecrata? An ignoratis cœlum eſſe mihi ſedem, & terram auguſtum pedum meorum ſcabellum? Quæ comparatio huius templi cum cœlo? Quæ collatio eorum quæ agitis ad eius pulchritudinem, terræque magnitudinem? *Cælum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ?* An ego hæc omnia non feci, & qua facilitate hæc produxi, alia poſſum mille millia creare meliora, perfectiora & pretioſiora? *Omnia hæc manus mea fecit, &c. Et facta ſunt vniuerſa iſta dicit Dominus.* Iſa. 66. 1.

Hoc dato ſcias hoc non eſſe, quod per ſe 119 mihi ſatisfacit, nec hic locus eſt in quo requieſco, nec arrident oculis, nec placent carnes taurorum aut quæcunque in his mihi immolatis altaribus. Scire cupis quid magni faciam, & quo mihi ſoluatur, in quid oculos meos collimem, quid exoptem, quid mihi ſapiat, & vbi requieſcam? Pauperculum aſpicio, cui cor dolore contritum eſt, qui ſua deflet peccata, eademque lacrymis emundat, meoque qui timore refrænatur. *Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Hoc mihi ſapit dulcius, atque ex his cibis fercula condiuntur quibus veſcor, quemque prætendo, non paſcor ijs quæ mihi Phariſæus in menſa ſua proponit: ſed oculos meos reflecto; (tuque tuos conuerte ſimiliter) ad ea quæ mihi propinat mulier de corde contrito & humiliato.

VII. Talia Deus ſacrificia deteſtatur

Ex his argumentum ſumpſit quo reprehendat illos, qui toti intenti erant in cibos illi offerendo carnales ſacrificiorum vaccarum, arietum, ouium, auium & aromatum ſuauiſſimorum eius naribus: & tam longè aberant vt illi fercula cordis ſui propinarent: vt potius illud terrenis implerent affectibus, deſiderijs & ſenſus appetitibus, honorum cupiditate temporalium, proprij lucri auaritiâ, rancore & odio erga illos qui ſibi minimè placebant. Auferte iſta hinc inquit Dominus, hæc à conſpectu meo ſeponite fercula: quia nedum mihi non ſapiunt quinimo potius cordis intima ad vomitum prouocant & faſtidium. *Qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo.* In c. 66. Iſai.

q. d. ex mente D. Cyrill. quem ſequitur D. Thom. tantum abeſt vt mihi veſtra placeant conuiuia: etenim illa quam mihi offertis vacca trima, idem eſt ac ſi mihi aſſatam canem offerretis: & ſimilam, quam mihi donatis, ſanguinem æſtimo porcorum, à quibus ita lex abhorret.

Ad quid ô Domine hæc effaris? *Hæc omnia elegerunt in vijs ſuis, & in abominationibus ſuis ani-*

*anima eorum delectata eſt.* Hæc ita interpretatur Doctor Angelicus Satis illis erat iſta litare ſacrificia, dæmoni corda ſua & animas offerrebant, illi tot condimenta ex illis parantes & fercula, quanta ſunt peccata quibus inhærent & corde delectantur.

2.2.q. 85. *per totam*
VIII. Inferior debet ſuperiorem donis agnoſcere.

Manifeſta paſſim eſt doctrina Principis Theologiæ D. Thom. mortales omnes teneri offerre Deo ſacrificia, id eſt illi propinare, ]& cōdire fercula guſtui ſuo placentia: quia præciſa ſerui & inferioris hoc infert obligatio, vt Dominum ſuū & ſuperiorem agnoſcat, à quo dependet, & cui ſubditus eſt, quibuſdam tributis, donis & actibus quibus & eiuſdem ſuperioritatem & proteſtetur illi ſubiectionem. Omnes Dei ſumus ſubditi à quo dependemus igitur muneris noſtri eſt illum muneribus quibuſdam doniſque recognoſcere. Quid illi offeremus? ſuperior eſt, & ab illo in anima & corpore dependemus: tributa ergo illi debemus corporis & animæ conſecratæ: verum cum anima principale ſit & corpus ab anima dependeat, quod principaliter intendit actus ſunt eiuſdem animæ, his ſibi complacet: ſatis euidenter hoc nobis Salomon indicauit: *Deus creauit de terra hominem, & ſecundū imaginem ſuam fecit illum &c.* Virtutibus illū & gratia decorauit: *Veſtiuit illum virtute, &c.* Dedit illi mulierem in ſociam, vt ambo principium darent humanæ propagini: & continuò poſuit oculum ſuper corda eorum, q.d. me recognoſcere debent vt Dominum, atque vt tali offerre donaria, & vt Deo litare ſacrificia. Quæ vero prætendit, dicimus cordis eſſe ſacrificia.

Eccli.17.1

D.Avgvs. *Lib.10. de ciuit.c.5. & ſeqq. Tom.5. 2.2.q.85. cit. & 3.p.q.82. ar.4.*

Ex præfatis colligit D.Auguſt. illam doctrinam toties repetitam, quam perpetuus illius interpres confirmauit D. Tho. quod in tantum has Deus exteriores æſtimet manuum oblationes, in quantum ſymbolum ſunt, & cordis ſignum præferunt interiorum, *Sacrificium viſibile inuiſibilis ſacrificij Sacramentum id eſt, ſacrum ſignum eſt;* ita D.Auguſt. Exinde inquit intelligitur illud pſalterij. Primo dicit, Deum nolle ſacrificia, quæ ſi vellet, Domine mi, ſic Dauid, animo libentiſſimo conſecrarem infinita: *Si voluiſſes, ſacrificium dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis.* Holocauſtum inter alia ſacrificia primum obtinebat locum: vnde ſignificat: tantum abeſt vt ſacrificijs illis delecteris vt nec etiam tibi grata ſint holocauſta.

IX. Deus ſacrificium poſcit internum.
*Pſ.50.18.*

20 Hoc prælibato, continuò ſubiungit *Sacrificiū Deo* (ſcilicet gratum ferculum) *ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum &c.* Iam vix dixiſti Deo accepta non eſſe ſacrificia & holocauſta, & ecce ſubiungis illi placere cordis contriti ſacrificium. Vtique, ſed notandum (inquit ille) quòd ibidem vbi dicit Deo minimè placere ſacrificia, dicat, illi cordis contriti eſſe gratiſſimū: *Intueamur quemadmodum vbi Deum dixit, nolle ſacrificium ibi oſtendit velle ſacrificium.* Quia ſic ſe res habet illi minimè placuiſſe ſacrificium, aut ferculum oblatum à Phariſæo de cibis conditum exterioribus vaccarum & auium: gratiſſimum autem eſſe ſibi à muliere dedicatum cordis cōtriti, dolore criminum ſuorum ardentiſſimo: *Non vult ergo ſacrificium trucidati pecoris, ſed vult ſacrificium contriti cordis. Sic itaque illa nolle dixit, quomodo à ſtultis ea velle credatur, velut ſuæ gratiâ voluptatis.* Erat hæc illa Phariſæorum amentia, quâ credebant Deum eſſe tibi ſimilem, cui tantò magis fercula placent in conuiuio propoſita quantò magis palato placent corporis exteriori. Non hoc ille delectatur, niſi ſecundum quod in exterioribus illi ſacrificijs, interiora cōſecres animæ; ſunt autem illa horum indicia: nam exteriora Deo vouere, & interiora diabolo res eſt ita prorſus ab eius aliena voluptate, vt potius illi hoc ſummopere diſpliceat.

D.Greg. *In paſtor. p.3.c.1. admon.21. Matth.6.*

Notatu dignum eſt illud D. Greg. argumentum: nam ſupponens principium illud à Chriſto conſtitutum: *Melior eſt anima quam eſca, & corpus pluſquam indumentum.* Concluſionem infert ſuo dignam ingenio: *Qui ergo eſcam aut veſtimentum pauperibus elargitur, ſed tamen animæ vel corporis iniquitate polluitur, quod minus eſt iuſtitiæ obtulit, & quod maius eſt culpæ cōmiſit, ſua enim Deo dedit, & ſe diabolo.* Non quærit Deus, ex iudicio præfati Doctoris bona noſtra exteriora: hæc etenim quantumq; parua, Deo ſufficiunt cum nullo horum indigeat: *Exteriora noſtra quantumcumque parua Deo ſufficiūt.* Quod ſibi quærit, hoc eſt, quòd de corde & anima procedit, hæc autem illa fuit ratio, cur Deus ſibi tantopere nauſeam parere oſtendit Caini ſacrificium: quia Deo tantùm exteriores vouebat manuum ſuarum oblationes: cor autem diabolo conſecrauerat cum odio & liuore in fratrem arderet infernali. Hoc verbis illis quibus illum affatus eſt, indicauit: *Nonne ſi rectè offeras, malè autem diuidas, peccaſti:* Ita legunt Septuaginta, quorum lectionem ſequuntur & exponunt multi Græci & Latini Patres, nominatim D. Auguſtinus.

D.Greg. *Hom.5. in Euang.*
X. Cur Deus Caini ſacrificium reiecerit.
*Gen.4.7.*
*Lib.15.de ciu.c.7.*

Quid mea refert (inquit Deus) & quanti faciendа ſunt hæc ſacrificia, ſi malam tu illa vouendo facias diuiſionem? Quænam eſt hæc diuiſio? Oblatio vt bona ſit fieri debet offerendo ſimul manus & cor, & quando das eleemoſy-

nam

nam pauperi, cor tuum Deo conſignes: quando
lingua vacat oratione,vacet & ſimul ipſa anima:
porro ſi diuidas vt dando mihi exteriora , cor &
animam diabolo dedices, mihique carnis fercula
propinando miſſuſque corporales , condimenta
vero diabolo, mundo , & carni offeras tuiſque
voluptatibus,cupiditatibus, lucris & odijs, nulla-
tenus mihi grata ſunt. Sicut nec mihi ſatisfa-
ciunt fercula dapeſque Phariſæi, illæ verò pluri-
mum quas illa mulier mihi adducit: etenim eas
componit ex animo contrito , & anima doloro-
ſiſſima. Has epulas Deus magni facit, & cum vt
illis veſcatur,quando ſibi mulier illa eſt propoſi-
tura,ad menſam recumbat Phariſæi : Phariſæi
dapes omitte , & oculos in illam tuos conijce
peccatricem: *Ecce mulier.*

*Lib.10.de ciu.cit.c.6* Hinc cum D.Auguſt. diſcas, vt per hanc do-
ctrinam exanimes , vtrum accepta futura ſint
XI. quæ Deo conuiuia propinas , tuas illi per elee-
Quænam moſynam immolando facultates , carnem tuam
hoſtia ieiunijs,& linguam tuam orationibus,&c. Vnde
Deo pla- his congruenter exponit illud Apoſtoli: *Obſecro*
ceat. *itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhi-*
*Rom.12.1.* *beatis corpora veſtra , hoſtiam viuentem , ſanctam,*
*Deo placentem: rationabile obſequium veſtrum,&c.*
*Vt probetis quæ ſit voluntas Dei,&c.* Multa lice-
ret hic proponere ſed in particulari notandum,
quod meo quidem iudicio ſpectet Apoſtolus
reprobatum illud Saulis à Deo ſacrificium
quia viuum non fuit: etenim corde caruit,quod
*Prou.4.23* eſt vitæ principium *Ex ipſo vita procedit* : nec
ſpiritum habuit nec animam: hæc eſt quæ viui-
ficat: *Spiritus eſt qui viuificat* : nec ſanctum fuit:
quia de corde auri cupido & auaro conſecra-
tum fuit , nec Deo gratum: non enim illi mera
placent exteriora , niſi iungatur illis & anima.
Circa quæ multa eaque præclara ſcribit Diuus
Auguſtinus & nos alijs locis multa retuli-
mus.

**§.8. Eccemulier , quæ erat in ciuitate peccatrix.** ***Hæc peccatrix fuit Maria Magdalena, ſoror Lazari & Marthæ: & quantum nonnulli eius crimina diminuunt , tantum gloriæ gratia Dei detrahunt.***

21 NOn eſt quod hæreamus in aſſerendo,quæ-
nam fuerit hæc mulier, quia licet quæſtio
ventiletur, in qua diuerſæ proponuntur o-
piniones, & ipſi Doctores diuerſi mode ſentiant:
communis tamen eorum in hoc conuenit,quod
fuerit illuſtris illa Domina Maria Magdalene
ſoror Lazari & Marthæ,& S.Eccleſia in tantum
huic fauet opinioni , vt oppoſita non ſit ſecura:
quandoquidem in eius officio multis modis hoc
fateatur, in hymnis, antiphonis, & lectionibus.
Nec ſimiliter nobis moram inijcere debet ſcire,
quænam fuerit illa ciuitas in qua mulier hæc
ita liberè ſuæ vacabat libidini & publicè pecca-
trix audiebat.Ex eo quod D. Chryſoſtom.& D. *Ho.81.in*
Ambroſ.credunt hunc fuiſſe eundem Simonem *Matth.*
illum de quo loquitur Euangelium cum eo qui *L.6.in c.*
in Bethania morabatur circa Hieruſalem, in cu- *7.Luca.*
ius ædibus Dominus noſter ſexti duo ante mor- I.
tem ſuam cœnam ſumpſiſſe perhibetur: vbi ſimi- Quis fue-
liter denotat habitaſſe Lazarum eiuſque ſorores; rit hic
multorum opinio eſt ciuitatem fuiſſe Hieruſa- Phari-
lem & ſatis probabiliter: quia Euangeliſta illam ſæus.
nominat cum articulo *In ciuitate illa* , vt patet II.
in textu originali: & manifeſtum eſt quòd ciui- Quænam
tas quæ abſolutè hoc nomine vocatur, erat Hie- hæc ciui-
ruſalem. Ita Chriſtus diſcipulis ſuis : *Ite in ciui-* tas.
*tatem ad quandam. Videns Ieſus ciuitatem,&c.* D. *Vide Tolz*
Auguſtin.arbitratur fuiſſe Naim ciuitatem Gali- *in Luc.*
lææ in qua Chriſtus de pheretro reſuſcitauit *c.7.,an-*
adoleſcentem viduæ filium , quo peracto mira- *not.61.*
culo & alijs à Saluatore narrat hanc Euangeli- *Lib.2.de*
ſta hiſtoriam. *conſenſ.*
Quantum intelligo D. Marc. teſtatur Mag- *Euang.*
dalenam oriundam ex prouincia Galilææ: nam *cap.69.*
deſcribens mulieres quæ Chriſtum ad crucem III.
vſque ſequebantur, ſic ait : *Erant autem & mu-* Origo
*lieres de longè aſpicientes, inter quas erat Maria* Magda-
*Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph ma-* lenæ.
*ter, & Salome & cum eſſet in Galilæa ſequebantur* *Marc. l.5.*
*eum, & miniſtrabant ei.* Hoc idem dicit Euange- *40.*
liſta Lucas huius auctor hiſtoriæ : *Subſecutæ au-* *Luc.23.55*
*tem mulieres , quæ cum eo venerant de Galilæa.*
Hoc dato videtur,quòd illæ domicellæ & frater
Lazarus erant Galilæi ex ciuitate Naim , & in
Chriſti ſequela comites deſcenderint in Betha-
niam circa Hieruſalem , vbi Chriſtus cõmuniter
reſidebat & prædicabat , atque ea occaſione ali-
quando ad domum illam diuertebat , vbi mora-
bantur in Bethania nec ibidem propriam habe-
bant: quandoquidem cœna,quam in illa Domino
præpararunt,teſtibus Euangeliſtis, in domo fue-
rit inſtructa Simonis leproſi,quo nomine illum
vocando,quia ex quorumdam opinione leproſus
fuerat,& illum Saluator à lepra mundauerat, a-
lius videtur ab hoc , de quo hodiernum Euan-
gelium , qui dicitur fuiſſe Phariſæus dignitate
præcellens: ſi namque leproſus fuiſſet ; non hoc
ſilentio texiſſent Euangeliſtæ. Itaque Lazarus
eiuſque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eiuſque ſorores vt Chriſti doctrina fruerentur, deſcenderunt de Iudæa in Galilæam, & in Bethaniam ſe receperunt, vbi Lazarus mortuus eſt & reſuſcitatus.

Cæterum ſit ne hæc aut illa ciuitas, non eſt quod immoremur, ſed tantùm, vt mulierem hāc intueamur; ad quod nos inuitat Euāgeliſta. Multa ſunt in illa conſideranda: quandoquidem illa ſola ea omnia contineat, quæ in cæteris ſunt cōſideranda mortalibus, imo etiam Angelis. Inter homines, in illis multa ponderanda ſunt quia mali ſunt & peccatores, in alijs quia virtutum meritis excelluerunt; verum in hac muliere notanda ſunt omnia, quia peccatrix fuit & ſanctiſſima, & in vtroque genere præeminenter. Peccatrix fuit ita omni genere vitiorum polluta, vt hoc nomine publicè notaretur; ſancta verò atque in tantum ſanctitatis gradum elata; vt multos Seraphinos anteuerterit & excellentioribus meritò queat æquiparari. Vnde inuitamur ab Euangeliſta vt oculos in eam conijciamus, imo & ab ipſo Chriſto ſupremo præceptore, Euangeliſta monet nos, vt eam attendamus peccatricem: *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix,* Chriſtus autem vt eam attendamus ſanctam & in eius a-

IV. Magdalena duplici modo conſideranda.

more Seraphinam ardentiſſimam: *Vides hanc mulierem?* Conſideremus eam ad vtramque manum & in vtroque ſtatu, vt dicere nobis liceat cum D. Baſilio in quadam homilia, quam declamat de pœnitentia vbi eam attentè perpendit, hunc fore ſermonem maximi emolumenti: ſi namque ille, in quo agitur de peccatoribus, tangat peccatores; omnes ſumus; & omnibus nobis prodeſt videre peccatricem culmen aſcendiſſe ſanctitatis, in qua Dei bonitatem admiremur, quæ ſuſtinet, expectat, & recipit peccatores: nec non illius miſericordiam laudemus, qua momento temporis multorum annorū peccatrici tribuit indulgentiam: virtutem obſtupeſcamus pœnitentiæ efficacem qua puncto temporis anima de inferno transfertur in cælum: mancipium diaboli flāmis addictum ſempiternis, Dei filia adoptatur, pleno gaudens iure, quo cuncta eius regna poſſideat: greſſus inſpiciamus, quibus hæc mulier progreditur, vt ex magna peccatrice ſancta fiat eminentior: gradus notemus quibus de profundis culparum aſcendit abyſſis ad eminentem diuinæ gratiæ celſitudinem, & quæ prius titio barathro deſtinabatur, iam in cœlo Seraphinis col-

D. Baſil. Hom. 29. quæ eſt de pœnit.

locetur, *Sermo hic* (ita D. Baſil. in principio homiliæ) *omnibus vtiliſſimus eſt, nemo enim hominum ſine peccato eſt,* &c. Primò igitur attendamus illam peccatricem, qualem nobis deſcribit & ofſert cœleſtis ille pictor D. Lucas: *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.*

12 Nonnulli huic ſanctæ plurimum addicti ſuſtinent minimè credendum de muliere & domina dignitate & opibus primaria, cui fratres tā illuſtres atque Domina (ex quorumdam opinione) cuiuſdam loci, qui dicebatur Magdalum, ex quo nomen ſumpſit vt Magdalena diceretur, quod tanta luxuriarum proluuie fœdaretur atque in omnem eſſet meretrix effuſa venerem, vt iam tradi mereretur ignibus, nec corporis ſui alijs vſuram fecerit, quodque peccatrix non diceretur in ciuitate, quaſi talis ipſo opere eſſet, quia vt domina aliqua primaria famam contrahat in ciuitate ignominioſam, ſufficit vt in actionibus ſuis paulo liberior & nulla prouida prudentiâ procedat, paulo hilarior, huic arrideat alteri iocosè applaudat, hunc amplectatur, alteri faciem oſtendat liberam, litteras recipiat, conuerſationem admittat libertinorum, gaudeat ex conſortio & ſocietate diſſolutorum, ſibi in merendis complaceat, frequentet choreas videri velit & videre: etenim illud, quod non patet oculis in muliere communi, denigrat & infamat principalem in oculis omnium: quantò clarior lucet ſolis radius, tantò lucent in illo minimi atomi ſplendidiùs: at tantò patet manifeſtiùs fuligo ſiue macula etiam minima, quantò veſtis eſt candidior & pretioſior.

V. Primo conſideratur vt peccatrix.

Vt verò te vocent peregrinā non requiritur, ô Domina, vt Compoſtellam proficiſcaris vel Romam: ſume tibi ſcipionem & veſtem peregrinam ſeu coreaceam penulam & illo habitu induta vel paruo itinere proficiſcaris, iam in ore omnium celebraberis Romipeta & peregrina, & hoc nomine in ciuitate cognoſceris: imo etiā meretrix audies licet ad vltimum non attingas, ſi mulier cum ſis principalis notaque publicè (nam hoc te conſtringit vt viuas cautiùs) interim viuas liberior, diſſolutior, vaga, recreationum amica ſecteris alloquia, recreationes, ſigna, nuntia, ſcedulas, merendas &c. Quomodo tibi perſuades quo nomine vocetur illa domina, quæ diſcurſibus ſuis liberioribus, & colloquijs mutat habitum & pallium induit carbaſinum, ſola pergit nullo comite nullo cuſtode, hunc intuetur, arridet alteri, oculis nunc huic nunc illi nictat, nunc alteri iocos obijcit, nunc illi ſe monſtrat liberiorem? An hoc tu cenſes mulierem primariā? Cum ipſe Spiritus S. nos moneat iam à tribus millibus annorum, quando nec tanta quanta hodie, vigebat iniquitas, nec hominum iudicia

adeo libera & temeraria, quod pleno gutture illæ dicebantur meretrices & tales in ciuitate paſſim habebantur.

VI. Explicatur Thamar viduæ veſtitus.

Refertur ſingularibus ſcripta circumſtantijs hiſtoria de Thamar: erat hæc mulier opibus & dignitate nulli inferior, & nurus Patriarchæ Iudæ ex marito defuncto vidua, habitumque gerens vidualem. Die quodam impium aggreditur callidè ſtratagema: ad hoc veſtem exuit viduitatis, alteram induit & pallio circumcingitur carbaſino, aſſumpto ſibi theriſtro & omnium oculis in biuio expoſita. Sic eam deſcribit ſacer textus: *Depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum, & mutato habitu ſedit in biuio &c. & operuit vultum ſuum, ne agnoſceretur.* Primum expendamus cum D. Aug. quàm antiquum ſit à viduis veſtes aſſumi lugubres: per hoc enim declaratur, tã longè abeſſe debere ab illarũ diuerticulis, quàm habitus earum ab aliarum differt indumento. Notemus ſecundum, quòd tunc temporis vterentur feminæ pallijs adeo tenuibus, qualia ſunt illa quæ vocantur carbaſina: ſic enim Græcus & latinus textus indicant vocãtque *Theriſtrum*: in Hebræo legitur *Zaiph*, quod ex mente D. Hier. a. & D. Baſil. b. ſignificat leue pallium Rupertus vocat illud *Subtile pallıolum*: noſter autem Cardinalis Caietanus aſſerit, quod totum corpus velaret *Creditur totius corporis velamen fuiſſe.* Habitus erat valde familiaris, vt credit D. Hier. mulieribus Arabiæ & Meſopotamiæ primarijs & admodũ frequens feminis Hieruſalẽ: nam Deus earum pertæſus vanitatum, minatus eſt eis, quòd hæc & reliqua ab eis eſſet ablaturus ornamenta leuitatis, eaſq; veſte coriacea & cilicina veſtiturus: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum &c. & mutatoria, & palliola & theriſtra.*

Gen 38.

Lib. qq. in Gen.

a In c. 3. Iſa.

b In c. 38. Gen.

Iſa. 3. 18. 23.

☞ 23

Induit igitur Thamar palliolum ſuum carbaſinum, illo ſe cooperiens & theriſtrum ne forſan ab alijs agnoſceretur. Illac tranſijt caſu Patriarcha Iudas, inſpexit illam & ait Spiritus S. quòd iudicaret eam eſſe meretricem: *Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* Acceſſit illam & demulcere cœpit, liberius cum ea collocutus (a) Quid hoc rei Patriarcha illuſtriſſime, quem vt talem ſuſpicimus, cuius familiæ & nepotibus, pater tuus ſceptrum addixit, coronam & regnum in populo Dei: tu inquam ille huius Reipublicæ iudex cum ſis: qui fieri poteſt, vt talis te rapiat cogitatio, talemque feras cenſuram, nomenque imponas mulieri, quæ dignitate cæteras antecurrit, eique audeas proponere talia, quæ caſtæ non conueniunt honeſtati? Etenim longè oportet vt abſint ab his liberis colloquijs mulieres, cum ea ſufficiant illis cognomen affricare indecorum, & nominari inde ſoleant meretrices: & hoc competit vobis, ô mulieres honeſtiores, vt ornatu prodeatis in publicum bene compoſito & talibus pudicitiæ ſignis, vt quicumque vos aſpexerit, honorare vos cogatur: vnde nullus audaculus, aut diſcolus vobis audeat iocoſum aliquid aut ſcurrile proponere.

(a) Dezirle quatro libertades

VII. Decet virgines velatas incedere.

Non nego quin multum adiuuet honeſtatem, ſi mulier velato incedat vultu: quinimo hoc plurimum eius ſeruit cõſeruationi, prout admodum fusè demonſtrat Tertull. in lib. quem inſcripſit: *De velandis virginibus:* in quo declarat quàm prudens ſit hæc conſuetudo, quã Eccleſia ſecuta eſt ab antiquis Apoſt. temporibus, quâ velum imponit, quô capita & facies operiuntur puellarũ quæ ſe diuino voueant obſequio, quas monachas dicimus: per hoc etenim periculo non exponunt illos à quibus videntur, nec ſuâ prouocant vultus elegantiâ vt eas ſollicitet & excitet, qui hoc faceret, ſi illas intueretur. Relatis igitur, & appoſitè perpenſis multis rebus, concludit expendendo conſuetudinem mulierum Arabicarum: Illæ namque (ſic ait) pro more habent vt faciem velo contegant, vnum tantummodo non velatum habentes oculum: credebant etenim quòd quantò minus faciem detegerent, tantò damnum euitarent ſecuriũ in ijs, qui illas intueretur: *Arabæ feminæ Ethnicæ quæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ ſint dimidia frui luce, quam totam faciem proſtituere.*

Tertul. L. de velãdis virg. c. 17. quod eſt vltimũ.

Optimè foret ſi totum negotium conſiſteret in vultus velatione, ne viderentur, ne quærerentur, ne prouocarentur. Porrò hæc noſtræ fuit deploranda Hiſpaniæ calamitas, vt relicta ab Arabibus hac conſuetudine, & alijs quoque multis ab eo tempore, quô fuit Arabia occupata, vt aduertit M. F. Ioann. de Ponte: illud quod erat honeſtati medium, mutatum eſt in diſſolutionis & vanitatis argumentum. Quandoquidem illa quæ hoc cultu prodit in publicum, eo ipſo quo faciem velo cooperit ſibi videtur quod libera poſſit diuagari, exire, intrare quolibet accedere, iocari, ridere, colludere, prouocare eum à quo videtur, vt idem quod diximus Patriarchæ Iudæ proferat iudicium. Hôc ſuppoſitô, arbitror opportunum magis honeſtati mulieris & feminæ principalioris vt non velata procedat grauitate modeſta Hiſpanicâ, quam eius requirit dignitas: Hæc etenim efficacior eſt, vt quantumlibet liberum comprimat & refrœnet audaculum: vnde hoc notamus in domicellis Hiſpaniæ nobilioribus, & matronis Italiæ Romæque illuſtrioribus: nullam enim efficacio-

VIII. Hiſpanis tamen magis cõuenit non velatas incedere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficaciorem circumferunt honeſtatis cuſtodiam, quàm propriam, eamque grauem corporis honeſtatem. Quid plura? Quantò mulier eſt dignitate nobilior, tantò decet vt ſit cautior: nam vel motus leuiores ſufficiunt vt earum derogent auctoritati, & famæ maculam aſpergant ineluibilem. Nullus ita cito flos marceſcit, perditq; pulchritudinem, quàm fama nomenque mulieris illuſtrioris: nam ſolo contactu, ſiue olfactu gratam perdit venuſtatem: *Tenera res eſt in feminis fama, pudicitia eſt quaſi flos pulcherrimus; cito ad leuem marceſcit auram, leuiq; flatu corrumpitur maximè vbi ætas conſentit ad vitium, & maritalis deeſt auctoritas, cuius vmbra tutamen vxoris eſt.*

D. Hier. Epiſt. 9. ad Saluin. Tom. 1.

Ita nonnulli ſentiunt de Magdalena: porrò contrarium opinantur cōmuniter SS. Patres: etenim ſe monſtrant oratores, in exaggerandis eius criminibus, quæ nullus euidentiùs in publicum profert, ex ſententia D. Petri Chryſol quàm ipſe Euangeliſta. Diſputans D. Chryſoſt. de peccato Dauid, integram ſcribit homiliam contra quoſdam quibuſdam ſanctis addictos, qui prius fuerant peccatores: etenim arbitrantur illos maculâ notari, ſi in forum eorum crimina producantur, enarrentur, & exaggerentur; non ſapit hoc prudentiam: etenim nemo maiori ſanctos quam Deus honore afficit: qui hoc taliter facit, vt videatur terminos excedere diſcretionis, iuxta illud Dauidici: *Nimis honorati ſunt amici tui Deus*, & nihilominus nullum magis ad notitiam omnium eorum ſcelera producit, nec verbis explicat clarioribus, magiſque exaggeratiuis, omnique larua ſepoſita: nec eſt aliquis qui ita grauiter inimici ſui culpam effert quem optat caſtigari, ſicut Deus electorum ſuorum, qui prius peccatores extiterunt culpam aggrauat & extollit. Quoties, & detractâ larua dixit, dicit & ſcribit Dauidis adulterium homicidio contectum? Omnes etenim adfert circumſtantias adulterium eius aggrauantes, omneſque quæ poſſent proditoriam illius maculare actionem, quâ fidelem ſibi ſtuduit occidere Vriam, eius quoque exaggerat ignominiam dicendo quod etiam ipſi Gentiles eam exec rati ſint, refertq; qualiter Propheta Nathan hoc illi peccatum in faciem exprobrarit, nec omittit quod ſupplicium tanti ſceleris ſecum duxerit in ſepulchrum.

Serm. 93. Ho. 27. in Matt. poſt med.

IX. Sanctorū peccata nunc reuelar, nō illis eſt ignominioſum.

Pſ. 138. 17.

Si Spiritus S. eo modo (inquit ille) culpam aggrauat & extollit Dauidis: quare ego non illam publicabo: cum certum ſit quod Deus per hoc intendens eius honorem, ego illius honori non derogabo: *Non vereor magna hac voce publicare: cum Spirit. S. non in dedecus, ſed in laudē vniuerſā hanc hiſtoriam per ſcripturam expoſuerit.* Idem ſit iudicium de negatione Petri: quis enim eam viuis magis coloribus depictam noſtris obiecit oculis, quàm ipſe Deus in Euangelio? Ibidem eius expendit promiſſa & præcedentem iactantiam, quæ grauiùs accuſabant eius puſillanimitatem, ibi profert occaſiones, verba, iuramenta, anathemata. Et cum ita ſit quod ſæpe ab vno ſcibitur Euangeliſta, ab alio omittitur: peccatum tamen Simonis Petri voluit à quatuor illis conſcribi Euangeliſtis ita diſtinctè, quaſi ſinguli tantùm illud exponerent, vt dicemus die Martis proximo. Extra controuerſiam eſt, quod Deus Apoſtoli ſui non intendat ignominiam ſed honorem, ad cuius incrementum cedit (inquit D. Chryſ.) eiuſdem culpas non diminuere. Quare?

Primò: quia ſic diuino honori, & gloriæ ſuæ cōuenit gratiæ, hæc etenim illa eſt, quam in peccatorum quærit iuſtificatione: *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ*: dixit Apoſt. Quantò namque amplius detrahis debito debitoris, cui alter liberè omne dimiſit debitum: & quantò magis ægroti deprimis infirmitatem, quam curauit medicus: & quantò magis petræ tollis duritiam quam lapicida eleborauit: tantò magis detrahis liberalitati eius, qui debitum dimiſit, & obfuſcas medici ſapientiam, qui curauit infirmum, & induſtriam deprimis lapicidæ, qui ſculpſit imaginem; ita quoque tanto amplius diuinæ detrahis liberalitati, quantò magis delicta remiſſa in peccatore facis leuiora, & virtutem medicinæ illius eneruas, quātò magis tollis infirmitatem culpæ, & tanto magis diuini illius ſculptoris ſupremam deprimis poteſtatem, quantò leuiorem ſtatuis in anima mollitiem. Quantò clariùs debiti cognoſcitur grauitas, tantò probatur eius, qui remiſit maior eſſe liberalitas: & quantò grauior corporis infirmitas, tantò medici experientia & medicamentorum pateſcit efficacia: & quanto durior apparet petra, vt ſolo contactu ſcintillas emittat, tanto euidentius patet eius induſtria, qui in illa Seraphim ſculpſit admirandam imaginem. Idcirco præclarior non extitit duritiæ Pauli prædicator, quam idem ipſe: videbat enim quòd per hoc diuinæ miſericordiæ declararet amplitudinem, eiuſque diuini brachij loqueretur potentiam, ipſomet atteſtante: Euangelicam perlege hiſtoriam, & liquidò conſtabit, quanto conatu Euangeliſtæ eorum expoſuerint infirmitates, quos Chriſtus ſanitati reſtituit, earum enarrando qualitates, ac mali grauitatem, quaſque ipſa non poterat natura reſtituere. Sic mortuorum appendunt circumſtantias quos ad

24

Epheſ. 1. 6 12. 14.

X. Et cedit in Dei miſericordiæ laudē & commendationem.

XI. Similitudines.

XII. Idcirco minutim Chriſti miracula ſcripſerūt

vitam reuocauit, omnes ſigillatim exponendo, aduertendo particulari conſilio, quod Lazarus iam ita computreſceret vt propriæ ſorori horrorem incurreret fœtor cadaueris: vt enim Chriſti gloriam prætendebant, & mundo manifeſtare, ac confirmare virtutem illius diuinam, ſibi perſuadebant, quòd tantò hoc facerent diligentiùs, quantò declarabant illud, & ponderabant attentiùs. Idcirco conabatur Apoſtolus tanto ſtudio manifeſtare Apoſtolorum in ſe & humilem progeniem cordiſque duritiem, nec non eorum ad quælibet præclara perficienda incapacitatem: vt quantò patentiùs hæc omnibus conſtarent, tantò virtus Dei extolleretur excellentiùs, quæ per illos & in illis operabatur, qui in eum finem tales ipſos elegit. *Ideo non in ſapientia verbi vt non*
1. Cor. 1. 17 *euacuetur crux Chriſti*: tantò etenim virtus illius amplius deprimitur, quantò eorum hebetudo, ſtupiditas & ignorantia non extollitur: vnde elapſis diebus retulimus merito Chriſtianum à D.
Hom. 30. nu. 45. Chryſoſt. reprehenſum, eo quòd ingenium, acumen & ſcientiam prædicaret, quâ D. Paulus ex ſe commendabatur.

Idem Apoſtolus vt diuinæ gratiæ magnitudinem laudaret & excellentiā quoad miſeriarum & criminum mundi remedium, crebro datâ operâ illa ad trutinam appendit: quia probè nouerat quòd tantò clariùs gratia Dei, eiuſque miſericordia magnifica laudaretur, quantò ſtudioſiùs culparum extolleret enormitatem: & tantò pateret euidentiùs abyſſus Dei miſericordiæ, quantò magis noſtrarum abyſſus pateret miſeriarum: *Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia &c. vt oſtenderet abundantes diuitias gratiæ ſuæ.*

XIII. Obiectio Apoſtoli.

Non pateret abundans gratiæ miſericordia in parua remittendo debita, nec abundans requiretur miſericordia qua modica & leuis ſanaretur infirmitas. Diſcurſum hunc Apoſtolus liquidis ita rationibus proſequitur, vt ipſe ſibimet obijciat argumentum. Iam audio te proponentem: ſi ad oſtenſionem diuinæ gratiæ neceſſe ſit culparum aperire deformitatem, & quantò fuerit hæc maior, tantò & illa præclarior eſſe probaretur: conueniens eſſet grauia multaque committere peccata, multoque in illis tempore perſeuerare, nec non veteribus noua quotidie ſuperaddere: quatenus ea Deo poſtmodum remittente, tantò clarius illius pateret magnitudo clementiæ:
Rom. 6. 1. *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet?* Abſit omnino, reſpondet Apoſt. quia quantò patentiùs tuorum criminum enormitas, quàm Deus ſuâ gratiâ dimittit, eiuſdem aperit magnitudinem; tantò huius gratiæ magnitudo, tuam clariùs confirmat culpam & declarat quantò minùs veniam imo magis pœnas æternas ignemque merebaris. Itaque ad Dei laudem expedit crimina ſanctorum explicare, morbos eorum & vulnera manifeſtare.

### §. 9. *Similiter ad maiorem Magdalenæ gloriam peccatorum illius grauitas manifeſtatur.*

NEdum ad hoc ſed ſecundò conuenit ex mente D. Chryſoſtom. magnique refert Ho. 27. in Matt. cit.
ad gloriam & honorem ſanctorum, quæ tantò creſcit altiùs quantò eorum peccata magis cognoſcuntur. In mentem tibi veniat ea cura, quâ Spiritus Sanct. declarauit, imo & expendit gigantis Goliath molem corporis eximiam: ait enim: *Egreſſus eſt vir ſpurius altitudinis ſex cubitorum & palmi.* Attende non ſatis illi fuiſſe declarare ſex cubitos (nam ad minus efficiunt quatuor vlnas menſuræ maioris) ſed inſuper & palmum voluiſſe vlteriorem explicare: *Sex cubitorum & palmi.* Ne quid omitteretur ad illius magnitudinis expreſſionem. Deinde ſubiungit: *Caſſis ærea ſuper caput eius.* Vlterius, *Lorica ſquamata induebatur.* Non ex ſquamis illis communibus fabricata & compacta annulorum, ſed ex paruis ſcutis & conchis, opus omnino ſingulare. Pondus huius loricæ quingentos ſiclos æris appendebat. Singuli ſicli quartam partem vnciæ appendunt, ita vt mille prope quingentas appenderet vncias. Ecce quàm diſtinctè vires armorum illius deſcribat Gigantis, non per pondera grauiora ſed per vncias & quadrantes. Deſcribit in hunc modum ocreas illas, *Ocreas æreas habebat in cruribus.* Scutū totum æreum adeo vaſtum erat, vt humeros illius contegeret: tu iudica quale fuerit: *Clypeus æreus tegebat humeros eius. Haſtile haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium,* cui telam obuoluunt: *Ipſum ferrum haſtæ eius ſexcentos ſiclos habebat.* Pariter huic annectit figurā huius monſtri & horrorem, quô cunctos percellebat, qui tantus erat, vt legiones Iſraeliticæ ſolo illius aſpectu terga verterent: *Omnes Iſraelitæ, cum vidiſſent virum fugerunt à facie eius timentes eum valdè.* Ad eius conſpectum, non ſe ſubducebant, ſed ſibi fugâ conſulebant: *Fugerunt.* Non timore quodam communi, ſed grauiſſimo: *Timentes valde.* Quid plura? Nec eius inceſſum omittit Spiritus S. eum etenim deſcribit pompatico & arroganti paſſu incedentem, Dauidem naſo ſuſpendentem: *Ibat autem Philiſthæus incedens.*

25 I. Vires Goliath gigantis expenduntur. 1. Reg. 17. 4.

Domi-

II. Vt inde Dauidis accreſcat gloria.

Domine, cui ſeruit hæc ita ſingularis illius monſtri carnei deſcriptio? Vt per hanc clarius probentur & exaltentur Dauidis vires, qui contra illũ deſcendit in arenam & eum ſuperauit: creſcit etenim gloria victoris tanto, quantò clarius patet hoſtis deuicti fortitudo, & quicumque huius voluerit Gigantis armorumque robur deprimere, quantò hoc agit ſtudioſius, tantò decreſcet gloria Dauidis & pectoris eius robur: tantò namque minor eſt gloria victoris, quantò in hoſte minor probatur eſſe fortitudo; igitur quod in hoc facinore iudicas ad laudis Dauidis facere incrementum, idem in peccati eius iudica grauitate ad maius laudis illius augmentum: ſi namque voluptas & appetitus, dum Dauidem aggreditur eũ ex infirmitate deiecit, poſtmodum illum ſumpſit ſibi magis quàm Goliath aduerſarium: *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Bellum indixit illi per pœnitentiam ſanguinolentum: & ſicut ratio ſuadebat ad Dauidis gloriam vires ſigillatim gigantis extollere, ita pariter conueniens fuit, vt per ſingula eius peccatum enarraretur & extolleretur: etenim tantò probatur pœnitentiæ illius robur eſſe præclarius, quantò patuit culpæ illius grauitas enormior. Vnde dicit D. Chryſoſt. *Qui occultat eius peccatum, mihi videtur obſcuriorem illius victoriam reddere, ac velut qui certamen quo Goliath illum obtruncauit, tranſeunt, non parum de laudibus ipſius detrahunt.*

Pſ. 50. 4.

D. Chrys. Hom. 27. in Matt. Tom. 2.

III. Similitudo.

Accidit aliquando, inquit D. Chryſoſt. vt irruant Barbari & dolo ac fraudibus apprehendant virum nobilem, quem ligant, vulnerant durius excipiunt & in terram proſternunt vulneratum. In illos nobilis hic exſurgit & animo percitus feruẽtiori hunc gladio trãſuerberat: alteri caput diffindit, alios in fugam compellit ignominioſam, vt nuſquam compareant. An non glorioſum foret & decorum viro huic generoſo numerare ſigillatim Barbarorum multitudinem, fraudes quibus eum irretierunt, plagas quibus vulnerarunt, infamiam quâ illum proſtratum affecerunt & illuſerunt? Nemo dubitat: quamuis enim hoc in ſeipſo videatur indecorum, verum illi adiunctum, quod in eos animoſus inſurrexerit, tantò robur illius & gloriam extollit eminentiùs, quantò illud declaratur ſingulariùs. Hoc ipſum viris cõtigit ſanctiſſimis, qui prius peccatores fuerunt: ſi namque Diabolus, mundus & caro, imo tota tartari potentia illos decrepit, proſtrauit, ſibique ſubiecit, per pœnitentiam in ipſos ſurrexerunt & diuinâ confortati gratia generoſè cunctos ſuperarunt, euicerunt, & triumphum retulerunt illuſtriſſimũ. Nefas eſt verba præterire D. Chryſoſt. *Ita non aliter factum eſt, quam cum à Barbaro quidam in acie fortis vir, dimiſſo telo periculosè percuſſus, neque id ſemel, ſed iterum atque grauius perpeſſus, non ceſſerit, ſed vndique ſanguine perfuſus, magno in hoſtem impetu ruerit confeſtimque trucidauerit: ſic etiam Dauid, quanto magis ſaucium dixeris, tanto maioris illum animi oſtendes, qui poſtquam ita miſerè depreſſus fuit, atque deiectus, velociter ſurgere ac ante primam aciem ſtare, percuſſoremque ipſum humi ſternere potuit &c.*

Hinc illud declaratur quod præteritis diebus diximus numquam ſcilicet viſa fuiſſe, nec videnda magis apertè crimina ſanctorum, qui quondã flagitioſi fuerunt, quàm in die iudicij in conſpectu totius mundi ſint manifeſtanda. An ergo nullâ confundentur verecundia? Nullâ imo tantum ab hac aberunt, vt tantò celebrior eorum futura ſit gloria, quantò eorum crimina patebunt euidentiora. Primò: quia id quod ſancti præ ceteris intendunt ducuntque ſibi glorioſum, hoc eſſe dicimus, vt clarius pateat Dei bonitas & miſericordia ad maius gloriæ illius incrementum: & quantò magis enormia ſanctorum peccata declarantur, tantò cunctis patebit & glorificabitur miſericordia Deique clementia manifeſtiùs. Ita Deo dixit ſanctiſſima Mater Thereſia de Ieſu. Verò verius eſt, quòd ſæpè in me ſedat grauium criminum meorum moleſtiam, gaudiũ, quò perfundor quod ex illis tuæ miſericordiæ multitudo cunctis innoteſcat. Verba ſunt hæc conſideratu digniſſima. Secundò: quia non illa eis manifeſtabit, vt omnibus pateat à peccatis ſanctos eſſe ſuperatos, aut malum quod fecerunt illa committendo: ſed vt oſtendantur victores eorum & triumphatores: etenim nulla alia occaſione clarius & apertius declarabantur vires & robur inimicorum, quibus in ſummum periculum & extremas anguſtias impulerant ducem aliquem Romanorum, quàm ipſo die, quò dux de illis triumphum agens Romam intrabat, adducẽs illos ante rhedam deuictos & catenatos: quantò namque horum vires pandebantur maiores, tantò laudabatur triumphus victoris illuſtrior. Hoc conceſſo, deuotioni non repugnabit, & pio affectui erga Magdalenam ſanctiſſimam, criminum illius propagatio, quinimo cedet in non vulgarem Dei eiuſque honorem: idcirco namque illa detegit Euangeliſta ita congruenter, vt ex ſententia D. Petri Chryſologi, ea videatur exaggerare: *Exaggerat Euangeliſta mulieris, vt accumulet indulgentiam largioris.*

Ho. 6. §. 12.

Lib. vitæ ſuæ. c. 4.

D. Petr. Chrys. Serm. 93.

§. 10. Erat in ciuitate peccatrix. *Hiſ verbis tria declarat Euangeliſta : illius peccata fuiſſe multa, grauia, & firma.*

26 SEcundum hæc, primò videamus Magdalenam peccatricem, vt eam poſtmodum ſanctam conſideremus: tantò namque ſanctitas eius dignius eminebit, quantò peccata illius apertiùs exponentur. Si illa velis cognoſcere, audi Euangeliſtam: nullus enim, ne, quidem omnes ſimul quotquot de illis tractarunt, eadem magis liquidò millenis & millenis argumẽtis propoſuerunt, quàm ipſe Euang. ſolis tribus verbis, quibus nobis ea ſpectanda obijcit: *Erat in ciuitate peccatrix.* Vno penicilli tractu quẽ pictor hic celebris efformauit, calami ſui penicillo, illa multò depinxit elegantiùs quàm vel mille poſſent Appelles efformare: Etenim dicendo *Peccatrix*, criminum illius depingit multitudinem: dicendo *In ciuitate*, grauitatem eorundem exponit, dicendo *Erat*, denotat quòd illis inhæreret ex induſtria. Primũ expendamus verbum: *Peccatrix*, per quod, interprete D. Greg. eam arguit fuiſſe criminum ominium & vitiorum carnis receptaculum: *Parũ dicere vana, ſuperba, immunda: vnũ nomen eſt quod exprimit omnia peccata.* Docuit D. Hie. quod ſicut pudicitia virtus eſt ſacra mulieri: ita peccatum, ex quo denominatur peccatrix, eſt impudicitia: quod pluribus probat argumentis: neminem ſc. vocari peccatorem, eo quod vnum cõmiſerit peccatum, ſed quòd ea commiſerit ita continuè, vt quaſi ſedem in illis fixerit ſibi firmiſſimam. Manifeſtè notum eſt (inquit ille) nullum eſſe à peccato liberum: nam nec ipſi Apoſt. omne peccatũ euitarunt: quandoquidem veriſſimè dixerit ſuo eorumq; nomine D. Ioan. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Idcirco tamen nullus eos ſigillat peccatores. His conuenienter multa S. Scripturæ loca percurrit. Audito inquit Euangeliſtã: etenim Euangelium ſuum ordiur à præconio laudis Zachariæ & Elizabeth viri & vxoris, quos apertè iuſtos denuntiat & rectam incedentes viam mandatorũ Dei ſine vllo offendiculo. *Erant autem iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela.* Vix illa dixerat quando refert Zachariam lapſum in vitium infidelitatis: etenim credere debuerat verbis Angeli ex parte Dei ſibi denuntiantis; in cuius pœnam eodem in loco punitur vt nouem menſibus obmuteſcat: nam ob peccatum leue iacturam homo non patitur cognominis iuſti vel ſancti, nec eum accuſas tu peccatorem.

D. Greg. Ho. 33. in Euangelia Lib. 1. cõtra Iouin. ad finem.

I. Nullus à peccato liber.

Luc. 1. 6.

Satis apertè nos docet hoc Spiritus S. illâ ſententiâ difficili & ſæpe repetitâ: *Septies in die cadit iuſtus & reſurget: impij autem corruent in malum.* Verba ſunt hæc obſcura, inquit D. Hier. ſi namq; iuſtus eſt, quomodo cadit, & quidem ſepties? Si ſepties cadit quomodo iuſtus eſt? Euidenter aſſerit Deus apud Ezech. quòd eò ipſo, quo quis cadit à iuſtitia & ſanctitate, iuſtus non eſt, non eſt ſanctus: *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia &c.* Et per Apoſt. ſuum D. Ioan. *Qui fecerit iuſtitiam iuſtus eſt &c.* Quomodo iuſtus eſt, qui cadit, & non ſemel ſed ſepties? Diſcrimen oſtendit inter eos qui peccant. *Non eſt homo qui non peccet*, veriſſime dixit Salomon. Quidam ita celeriter peccant, vt ſi cadant ex infirmitate, continuò ex diuina gratia reſurgunt; porrò alij peccant ex induſtria, nam in peccatum lapſi, in eo iacent proſtrati, & nedum ex illo non aſſurgunt, pœnitentes ſed in eo perſeuerãt atq; ex vno tranſeũt ad aliud nequitiores. Illos ne dixeris perfectè peccatores quia communi idiomate nomen iuſti non amittunt: *Iuſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit* Ita ſentit D. Hier. nomen viri robuſti non perdit, quia ſui parum incutius vulnus accepit quò in terram corruit, ſi ſtatim à caſu reſurgens, animum induens Cæſareum, in eos irruat à quibus vulnus accepit, eoſque victor interficiat. Nomen non amittit pulchræ puellæ cuius vultui neſcio quæ fuligo incidit, quã modico tempore deturpatur ſi ſtatim faciem lauet & eius augeatur vultus elegantia.

Prou. 24. 16.

II. Iuſtus ob leuia peccata nomen iuſti non perdit.

Ezech. 18.

1. Ioan. 3. 8.

3. Reg. 8. 46.

D. Hier. Epi. 46. ad Ruſti. Tom. 1.

Hinc perſpicuum eſt cur Spiritus S. ordinario loquendi modo Dauidem appellet ſanctum: atq; cuncta eius opera ab eo facta ad diuini nominis gloriam. *In omni opere dedit confeſſionem ſancto & excelſo, in verbo gloriæ. De omni corde ſuo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illũ &c.* Ratio eſt: quia licet ceciderit, non tamen datâ operâ neque perſeueranter. Ita notant D. Baſil & D. Chryſ. quòd ſingulari prudentia, quando Proph. Nathan acceſſit ex Dei nomine illum de peccato ſuo reprehẽſurus, illud deſcripſerit ſymbolo peregrini. Venit, inquit, peregrinus ad diuitem, quem vt hic exciperet non ouem ſuam iugulauit cum multas haberet, multaſq; vaccas & trimas, ſed vi rapuit fur viri pauperis ouiculam & hanc vnicam quam habebat ſibi chariſſimam: *Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere de ouibus & bobus ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi &c.* Ecce quoties repetit nomen peregrini: *Peregrinus quidam, peregrinus*

III. Cur Dauid toties dicatur ſanctus.

Eccl. 47. 9.

Hom. 29. quæ eſt de pœnitent.

2. Reg. 12. 4.

IV. Peccatũ illius licet graue, peregrinum fuit.

*grinus ille.* Quò ſymbolò figurâ Proph. appetitum indicauit inhoneſtum cui Dauid conſenſit, & cui ſatisfacturus, ad nullam recurrit vxorum ſuarum legitimus maritus, ſed adulter violauit alienam. Cur vocat peregrinum? Quia tranſeunter tantum fuit, nec erat animæ Dauidis hoſpes ordinarius: acceſſit & tranſijt: nam lapſus eſt Dauid, & ita celeriter ſurrexit à lapſu, vt peccatum fuerit quaſi peregrinum.

☞ 27 Idcirco non illi communi phraſi nomen detrahas iuſti, nec de illo locutus eum pleno gurg te arguas peccatorum: quia *Septies in die cadit iuſtus, & reſurget: Impij autem corruent in malum.* Hoc nomen dictum abſolutè quadrat optimè illi qui talis eſt ex induſtria, quem peccatum deiecit & in cuius anima ſedem fixit, vt Dominus, & de malo in malum corruit: *Impij autem corruent in malum.*

V. Nomen peccatrix explicatur.

Hoc nomine Lucas Euangeliſta hanc mulierem paſſim appellat, & omnes ſimiliter in ciuitate dicebant eam peccatricem: *Mulier in ciuitate peccatrix.* *Peccatrix* datâ operâ & peruerſa voluntate contumax: etenim non in vnum crimẽ ſed in peccatorum corruerat abyſſum: eodem illam epitheto cognominat, quo Vates Iſaias Synagogam, vt vnico verbo culparum illius multitudinem comprehendat & grauitatem: *Væ genti peccatrici.* Quia verò fortè quis illum interroget, quid verbis illis innuat declarans adiungit: *Populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis* Notat autem Diu. Hieronymus à Septuaginta legi: *Populo pleno peccatis* q. d. in hoc populo omnia peccatorum genera fixum habent domicilium: *Oſtendit nullam ſpeciem peccatorum in populo non fuiſſe.* Plenum peccatis illum arguit (ita Diuus Baſilius) quia hæc eo vſque increuerunt vt vlterius non poſſe videantur exſurgere; illis profectò erant hi ſimiles quos Apoſtoli calamus deſcripſit: *Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia &c.* Deinde *Semini nequam* id eſt filijs Satanæ, generationi adulteræ, vel ſignificat eos fuiſſe campum omnigenis, & peruerſis ſeminatum ſeminibus, ſpinis, tribulis zizanijs, rubis &c.

*Iſa. 1. 4.* — *D. Hier. In c. 1. Iſai. To. 4* — *Rom. 1. 29*

De his omnibus Vates arguit ſynagogam, dum ab ea dicitur *Peccatrix*, & hoc ita ſtrictè ſumendo ſignificat Euangeliſta nomen idem affricans Magdalenæ, nedum ore ſuo, ſed totius ciuitatis: ita namque vulgariter ab omnibus notabatur: *Ecce mulier in ciuitate peccatrix.* Nam ſecundum hoc ſecundum hoc ſignificat mulierem plenam peccatis, ſpinetum & campum zizanijs tantis oppletum quanta quis poſſet in muliere cogitare luxurioſa, *Semini nequam &c.* nec opineris ex men-D. Gregor. illam explicationem omiſſam à Spiritu S. qui ſuorum calamum dirigebat Euangeliſtarum: quandoquidem mulier illa à Luca nominata Peccatrix, illa ſit, quam teſtatur D. Marcus à ſeptem oppreſſam dæmonibus, quò ſignificat eam omnia & quæcumque in ſe recepiſſe peccata: *Hanc quam Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat, illam eſſe Mariam credimus, de qua Marcus ſeptem dæmonia eiecta fuiſſe teſtatur.* Phraſis eſt Sacræ Scripturæ familiaris numero ſeptenariò omnia comprehendere: Chriſtus ſimiliter vt abyſſum explicaret nequitiarum in quam ſynagogam corruerat ſic ait: *Aſſumit Diabolus ſecum ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi.* Audiamus ergo Diu. Gregor. *Quid per ſeptem dæmonia niſi vniuerſa vitia deſignantur? Quia enim ſeptem diebus omne tempus comprehenditur, rectè ſeptenario numero vniuerſitas figuratur. Septem ergo dæmonia habuit quæ vniuerſis vitijs plena fuit.* Septem habebat dæmonia id eſt ſufficientia & ſuperflua peccata, vt in ſeptem diuiſa mulieres, earum ſingulæ meritò poſſent dici peccatrices. Ipſa ſola tot peccatis inſorduerat vt ſufficeret pluribus ijſque nequioribus faciendis peccatricibus. De illa dici poteſt quod de alia non minus impudica quam intuẽti D. Ioanni reſpondit Angelus: *Facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ & odibilis.* Peccatrix antonomaſticè, peccatricum primiceria, peccatorum habitaculum, peccatrix infamis, notoria, ſcandaloſa. Quid plura? cui vulgari ſuffragio imponi impoteſt hoc epithetum: *Peccatrix.*

*D. Greg. Ho 33. in Euang.* — *Matt 12. 4.* — *Apoc. 18. 2.*

VI. Quid per hoc indicetur: *In ciuitate.*

Nec his contentus Euangeliſta, vt multitudinem criminum illius exponeret, aliud ſuperaddit verbum: *In ciuitate.* Quo ſignificat eius peccata multa non fuiſſe talia qualia, ſed gratia quæ grauioribus etiam palmam eripiebant. Domeſticè notum eſt, quod prærogatiuæ quibus ciuitas pagum præcedit in multitudine populi negotijs, opibus, regimine, ſitu, & rerum abundantia: reperiantur in peccatis ciuitatis reſpectu pagorum: vt enim illis populus ſimplex eſt ſincerus & non ita diues, eorum ſunt etiam peccata magis ordinaria: porrò ſicut in vrbibus populus habitat iudicio perſpicax, ingenio viuax, etiam ibidem habitant litteris optimè inſtructi Iudices & aduocati: hic erecta viſuntur tribunalia in quibus cauſæ plurimorum excutiuntur: hic titulares & nobiles & primæ notæ optimates; hic opulenti mercatores, & opibus affatim diuites: poteſtas magis abſoluta, incentiua peccatorum.

VII. Similitudo.

torum & illecebræ, nec non occaſiones efficaciores: idcirco plura & grauiora committuntur hic ſcelera, quæ ad ſummum vſque pertingunt culmen iniquitatis, vt die Lunæ diximus explican-

*Hom 35. nu. 35.*

do illud quod Dominus dixit ad Iob de dæmonio ſub figura elephantis, de quo teſtatur, quòd in montibus epulas habeat ſibi & herbas ſapidiſſimas, quodque in illis feſtum agant illi & ludos velut Domino cuncta animalia, vt coram illo torneamenta exercere videantur. *Huic montes herbas ferunt, omnes beſtiæ agri ludunt ibi.* Quid per hoc inſinuas Domine? Numquid paulo ante

*Iob 40. 15.*

de illo teſtatus es: *Requieſcit in locis humentibus &c. ſub vmbra dormit calami & iunci &c.* Her-

☞ 28

VIII. Locus Iob difficilis explicatur.

bæ abundantiores in vallibus non inueniuntur, in quibus aquæ conglomerantur & lacunas efficiunt. Ad litteram de diabolo loquitur & per montes ciuitates intelligit populoſas & opulentas, quæ pagis ita ſupereminent vt terrâ montes planiori. Hic inquit, herbæ germinant abundantes & diabolo perg[r]atæ: quia hic peccata vigent ſuis integra perfectionibus, ſi perfectionibus: in illis pollet ingenium ad fraudes, vires ad executionem, opes ad facinoris alicuius peruerſi conſeruationem, auctoritas ad euertendos aduerſarios: hic vigent monilia, mundus muliebris, cerusſæ, recreationes, epulæ, voluptates, feſta, & vtia incentiua peccatorum. Hic, inquit, feſta celebrant huic animalia, & coram eo choreas inſtituunt ſolemniſſimas: *Omnes beſtiæ agri ludunt ibi:* Hic namque florent doli, machinæ, decipulæ: liberè vagantur nemine contradicente facinoroſi, vt verè dixerim, coram Satana tripudiare ſuperbiam, violentiam, impudicitiam, adulterium &c.

*Serm. 95. Pſ. 55. 11.*

Nec hoc David ignorauit, vt notat Diu. Petr. Chriſolog. dum ait: *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate die ac nocte circumdabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia: & non defecit de plateis eius vſura & dolus.* Dicito nobis Rex ſanctiſſime, quid in hac ciuitate notandum? Quidnam in illa conſpexiſti?

IX. Ciuitatis ſcelera notantur.

*Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.* Græcus textus habet: *Vidi peccatum.* Hic peccata conſpiciuntur: etenim ſunt hic ſatis viſibilia, magna, & enormia. Die ac nocte circumambulat & diſcurrit per eam iniquitas vt Dominus in domo ſua, tantâ abundantiâ, vt turres ſupergrediatur, *Super muros eius.* Plenoque fluit impetu vt ſedum fora & plateas, ſed ipſas etiam turres operiat altiſſimas. Heu bone Deus, & quis non videt, quid in ciuitatibus peragatur? Quàm vere dicere potuit Vates Ozeas: *Maledictum & mendacium, &*

*Oſea 4. 2.*

*homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: ſanguis ſanguinem tetigit.* Heu quæ fraudes, quæ rapinæ, quæ luxuriæ, opprobria quæ, adulteria, & proditiones? Tot diuerſa ſceleribus vt eorum impetus ipſas turres ſupergrediatur, *Super muros eius iniquitas. In medio eius iniquitas.* In Sacra Scriptura aliquid eſſe in medio ciuitatis, eſt in illa illuſtre eſſe, vt aliàs diximus. Quod ſupereminet, & principalem in vrbe locum occupat, eſt iniuſtitia, violentia pauperi illata, vis iuſtitiæ muneribus, vanitas, impudicitia & plenæ nequitiæ. Videat, cui placuerit, diſcurſum noſtri Cardinalis Hugonis, vbi declarat diſcurſus iniquitatis per ciuitatem, eius plateas, loca publica, tribunalia, baſilicas, foraque vendentium &c.

*Lib. 2. contra Pelagia. p. 121. Tom. 2. Oz. 11. 9.*

Ex præfatis elicit D. Hieron. quod in S. eloquio quandoque idem eſt ciuitas, quod locus & fornax criminum cæteris turpiorum. Eo ſenſu declarat verba Domini ab Ozea Vate intellecta: *Non ingrediar ciuitatem.* Quid ais ô Domine? Numquid non vrbem Hieruſalem elegiſti, in qua ab omnibus honore, gloria, cultuque magnificareris? An non te ibi potentem oſtendiſti & maieſtate præfulgidum? Quis non videat tuum hic templum erectum & altaria? Optimè tuus cecinit muſicus ille cœleſtis David: *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.* Litteralis ſenſus eſt de Hieruſalem à Deo electa ſibi in locum habitationis, vbi templum ei ædificaretur & ipſe coleretur ac cognoſ-

*Pſ. 47. 1. D. Hier. Loc. cit.*

ceretur: *Deus in domibus eius cognoſcetur.* Hanc voluit in Sion monte celebri conſtructam, & templum in monte Moria, mons erat hic alijs circumcinctus montibus, vt dicere David potuerit: *Montes in circuitu eius.* Sic eſt, veruntamen in quantum in ciuitatibus peccata plura fiunt & grauiora, aliquando vt locus declaretur enormium fornax eſſe flagitiorum, ciuitas dicitur, & de illa proteſtatur: *Non ingrediar ciuitatem.* Quid eſt ciuitatem? Vitiorum ſcilicet conciliabulum, inquit D. Hieron.

Hoc præmiſſo quid ſignificat *Mulier in ciuitate peccatrix?* Mulier cuius ſcelera inter alia grauiora & non toleranda caput attollebant: ita vt illa metam præfigerent illis quæ metam faciebant altiorem: erat illa inter inhoneſtas inhoneſta, inter carnales carnalis, ambitioſa, loquax inuida,

X. Efficacia Verbi Erat declaratur.

libera, gyrogaua, præſumptuoſa, quæ cæteras in hoc vitiorum genere primas antecellebat, *In ciuitate peccatrix.* Tandem vtitur verbo illo *Erat* Euangeliſta, quo declarat quòd tanta committeret ſcelera, ſi quantitatem ſpectes, innumera, ſi

qualita-

qualitatem grauiſſima, firmiter, animo deliberato & inceſſanter: ſicut idem Euangeliſta, vt declararet quàm diligenter Chriſtus diabolum impugnaret, & illud quaſi proprium exequeretur officium, (erat etenim hoc illi proprium, quod nũquam intermittebat;) & quidquid agebat in eum finem dirigeret; eodem vtitur verbo dicens *Erat Ieſus eijciens dæmonium.* Forma eſt hæc loquendi quâ D. Ioan. Euangeliſta vtitur, ad declarandum eſſe perpetuum verbi æterni: *In principio erat verbum*: prout ex ſanctorum doctrina Dominicâ tertiâ declarauimus. Tribus itaque his verbis: *Erat in ciuitate peccatrix.* Nobis exponit Euangeliſta, & aſſerit eius crimina in quantitate fuiſſe ſine numero quodque in qualitate illis quæ inter grauiora & turpiora cenſebantur eminebât, quodque illis ita firmiter ſerioque intenderet, velut operibus officio ſuo proprijs, quod agendum ſuſceperat.

*Ho. 19. n. 37.*

§. 11. Peccatrix in ciuitate. ***His duobus verbis manifeſtat Euangeliſta quod ad ſummum eius aſcenderit malum; elatum vt vas Zachariæ.***

☞ 29 HOc verba hæc ſuperficialiter indicant: ſed altius quoddam myſterium illis Euangeliſta comprehendit, nam vt pictor egregius, nobis intendit proponere mulierem hanc vitiis exaratam pictamque coloribus: quod & agit dicendo: *Erat in ciuitate peccatrix*; quibus duo nobis innoteſcunt. Dum illam peccatricem nominat contumacem, nobis declarat quod viueret omnis timoris Dei expers: etenim in propatulo eſt, quod *Qui timet Deum, nihil negligit.* Ita teſtatur Salomon rationem allegans cur quis labatur in adulterium, eam eſſe dicit: *Quoniam expellit à ſe timorem Dei.* Conformiter ei quod Dauid beatum illum dixerat, qui timore Dei percelleretur, quia magna nimis (ſi in eo dari poteſt nimietas) ſollicitudine diuinis ſtudet obedire mandatis: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* Illam vocans in ciuitate peccatricem, declarat quod omnem exuiſſet pudorem & effrons eſſet, ſic vt illam iam minimè turbaret, dum audiret publicè ſe nominari peccatricem. Vnico verbo mulier erat, quæ nec Deũ timebat, nec homines impudica reuerebatur. Spiritus S. mulierem bonam laudaturus & ſuper ſidera ſublaturus duobus illam honorat epithetis: ſanctam eam appellans & verecundam: *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata.* Gemma

*Eccle. 7. 19.* *Eccli. 22. 27.* *Pſ. 111. 1.* Magdalena peccatrix erat inuerecunda. *Eccli. 26. 19.*



ſuper gemmas, opes ſuper opes mulier eſt ſancta & pudorata. Quando mulier reſpectu Dei ſanctitate præeminet in qua diuinus ille timor ſedem ſibi fixit: & pudorata eſt reſpectu mundi, nulla poteſt ei gemma comparari, *Gratia ſuper gratiam.* Vt video nihil inuenit Spiritus S. pretioſum illi comparabile: cuncta etenim ſuperexcedit cunctiſque eſt eminentior.

Iudith mulier pijſſima tantum in Dei profecit obſequio in ciuitatis ſuæ commodum: vt *Ioachim ſummus Pontifex de Hieruſalem venerit in Bethuliam cum vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret eam:* quam cum vidiſſet omneſque viæ ſuæ comites, tali cæperũt ſpiritu laudes eius decantare, vt illis verba viderentur deficere, quibus illam extollere conabantur: vnde conclamant omnes vnanimes: *Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri &c.* Adeſt pijſſima Eſther cuius Deus operâ populum ſuum ad mortem damnatum liberauit. Offertur Abigail, quæ corporis ſui & verborum elegantiâ ita rapuit Dauid, vt eam ipſe ex induſtria laudare decreuerit. Quid matrem referam Machabæorum religioſam, ſanctam, fortem, & in Dei obſequio feruentiſſimam, cuius encomia pari ſancti omnes celebrant encomio? nec mirum cum & ipſæ Spiritui Sancto verba deficere viderentur, quibus eam exornaret, vnde his verbis concludit: *Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna.* Admirabilis dicitur etiam oculis ipſius Dei, de quibus Salomon aſſerit: *Nihil mirabile in conſpectu eius.* Non prætereamus S. Felicitatem mulierem adeo magnanimam, vt ſpectatrix adſtare non vereatur cruento ſeptem filiorum martyrio: etenim opinatur Diu. Greg. nullam celebrandis eius laudibus linguam inueniri poſſe ſatis elegantem. Conſpice ſanctam Agnetem tredecim annorum puellam, tanta honeſtate ſpectabilem, vt ſtupendum toti ſit Romæ ſpectaculum. Conſidera Diu. Catharinam tanto caſtitatis flore vernantem, vt non niſi Angelicis manibus Deus corporis illius contactum permiſerit & ſepulturam. Sanctiſſima Anna gloria coniugatarum, præclariſſima Eliſabeth Hungariæ Regina &c. Sufficit vna talis mulier cuius ſtudio, meritis, & operâ ſaluetur, protegatur, & diuitijs augeatur familia, imo & integrum regnum, vt vidimus in Iudith & Eſther.

*Iudith. 15. 9. 11.* Multæ præclaræ feminæ laudãtur. *2. Mach. 7. 20.* *Eccli. 39. 25.*

Quando talem concedit tibi Deus mulierem, hoc tibi perſuade, te gratiam ſuper gratiam accepiſſe: & quando tibi filiam tribuit ſanctam, Deum timentem & coram populo verecundam: fatere hanc eſſe *Gratiam ſuper gratiam.* Quid 30 ☞



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

amplius? Sicut *Sol* (inquit ſapiens) *oriens in mūdo in altiſſimis Dei. Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, ſic mulieris bonæ ſpecies &c.* Quam bellè domus tua ornaretur ſi tales ad oſtium erectæ viderentur columnæ? ſicut gratia eſt ſuper omnem gratiam mulier ſancta & pudorata, ſic perditio eſt ſuper omnem perditionem, malum ſuper omne malum, damnum ſuper omne damnum, mulier nequam & inuerecunda: mulier quæ timorem Dei exuit & coram hominibus noluit erubeſcere.

III. Duo nos à peccato cohibēt: timor & pudor. Pſ.118.

Duo velut frænum animam cohibent: timor Dei, & erubeſcentia coram hominibus. Nonnulli à peccato deſiſtunt & carnis ſuæ refrænant appetitus timore Dei cohiti, & illi ſunt ſancti: hoc quoque fræno Dauid optabat ſuas à Deo frænari cupiditates, *Confige timore tuo carnes meas.* Alios autem timor cohibet & pudor hominum; & ſatis multos tales inuenias: & contingit vt eum qui priorem timorem perdiderit, detineat alius: porrò ſi vtriuſque patiatur iacturam, per viam currit flagitiorum, vt effrænis equus qui à nemine detinetur.

Chriſtus Dominus vt perditum declararet

Luc.18.2. IV. Similitudo.

peccatorem, hoc tantum de illo protulit: *Nec Deum timebat nec hominem reuerebatur.* Non videtur quid amplius poſſe proferri. Si parieti ad caſum inclinato duo affigas fulcra fortiora, & vnū tollatur, illum aliud ſuſtinebit, ſaltē aliquo tempore, ne vnico cadat impetu: ſi verò vtrumque abſtuleris, quo non caſu corruit euertendus? Flumini rapido curſu decurrenti vt intra alueum contineatur opponuntur loricæ terræ & propugnacula ex vtraque parte firmiora. Si forte confluxus aquarum irruat adeo vehemens, vt ex vna parte dirumpatur repagulum, alterum manet indemne: verum vtraque ſi diffringantur, cuncta diruit & per omnia ſe diffundit & extendit, arua demergendo, arbores eruendo magnoque fluxu cuncta deuaſtando. Viden' hic ad quem ſtatum peruenire poſſit mulier peccatrix, quæ procul à ſe abiecit timorem Dei, pudoremque mortalium? Quàm præceps per viam curret peccatorum, cum nihil currentem eam remoretur? Si maximus ignis culcitram ſtramineam inuaderet quem non minor ventus excitaret & fortius animaret, nec eſſet quod impetum eius retardaret, quid de culcitra iſta boni ſperandum?

Luxuria ignis eſt ardētiſſimus, & omni fornace vehementior: ita definit illam Propheta Iob:

Iob 31.12.

*Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genima.* Eſt autem mulier palea: ſi namque viro ob ſuam infirmitatem hoc illi nomen adſcribit Spiritus S. & communi vocabulo fœnum dicitur, & locutus cum Iob illi declarans, quod Diabolus ſub nomine elephantis comedat & paſcatur ſcortatoribus impudicis; illos vocet paleam: *fœnum quaſi vos comedet.* Meliori multo iure conuenict hoc epithetum mulieri, cuius eſt infirmitas multò maior: ſi eam arripiat luxuria vento ſuperflante impetuoſo cœcæ paſſionis ſuæ quâ violentiâ mulierem impellit, nec eſt quod illi oppoſitum eam à ſcelere cohibeat, qualis euadet? Quanto ſuccendetur igne? quo non incendio conſumetur?

V. Status Magdalenæ peccatricis exponitur.

Habes hic ſtatum ad quem hæc mulier delapſa eſt, quam ignis ille ſuccendit, & cum nihil eam retardaret tanto cucurrit impetu vt facta ſit ſcelerum omnium cloaca fœtidiſſima: quæ tantopere in illa eminebant, vt dum de illis in vrbe mentio fieret, ilico omnium oculi in illa dirigerentur. Per hoc ita velox viam percurrit damnationis, vt grauiores poſtpoſuerit longè peccatores, qui nihilominus eam liberrimè percurrerant. Tandem velut illa, quam ſeptem dæmones intrauerant, teſte Euangeliſta, quo numero omnes deſignat ſpiritus infernales nos bello laceſſentes: quia vt alias diximus ſicut ſeptem ſunt peccata capitalia, quæ dicuntur mortalia, in quibus quælibet peccata comprehenduntur: ita ſeptem ſunt ſpecies dæmonum qui nos ad illas prouocant & inſtigant: quidam enim dæmones inſtigant ad ſuperbiam, & dicuntur *Spiritus compunctionis.* Alij ad fraudes & inſidias, & vocantur *Spiritus mendaces* Alij turpitudinem & impudicitiam & ſcribuntur *Spiritus fornicationis vel ſpiritus immundi.* Alij ad gulam mouent & nominantur *Spiritus gaſtrimargiæ*: vt autem ſit aliquis grauis peccator, ſufficit, vt vnum ex his animam illius poſſideat, ſicut Sauli contigit, quem diabolus inuaſerat à quo facibus inuidiæ ſtimulabatur, ob quam rationem illi ſic famuli loquebantur: *Spiritus Dei malus exagitat te.* Quid

1.Reg.16.15.

miſera aget anima, quam omnes ſeptem occuparunt? Iacta eſt alea, ad ſummum perditionis malique faſtigium peruenit, quo non datur vlterius: vt Dominicâ tertia declarauimus.

Huic annecte quod in S. Scriptura dæmones vocentur venti flantes, & homines naues mare ſulcantes. Illis potiùs quàm his quæ mare hoc mediterraneum pernauigant, loquebatur Vates Iſaia. dum dicebat: *Vlulate naues maris.* Notauit Diu.Gregor. inter alia ſymbola, quibus Spiritus S. declarat id quod diaboli operantur in reprobis

Iſa.23.1. D.Greg. Lib. 18. mor.c.11.

hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI. Diabolus flatu ſuo conatur homines demergere.

hoc vnum eſſe quod conuocent turbines magno flantes impetu vt homines in hoc mundo velut naues nauigantes in profunda deijciant. Ita interpretatus de reprobo, quod Iob prædixit: *Tollet eũ ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo.* Quid ventum appellas vrentem? *Quis hoc loco ventus vrens, niſi malignus ſpiritus vocatur qui deſideriorum flammas in corde excitat, & ad æternitatem ſuppliciorum trahit?* In memoriam reuoca quod heri perpendimus à Chriſto dictum de ouibus ſuis: *Nemo rapiet eas de manu mea.* etenim hic locus eſt, in qua fixam ſibi ſedem figunt ad animæ ſuæ beneficium. Hoc omne diaboli eſt ſtudium, illos de loco eo deturbare, & hoc conſequitur perflando velut turbine naues, tentationum turbine vehementi carnis noſtræ ardentis præ concupiſcentia. Quomodo deiecit Iudam eumque rapuit de ſacroſancto illo loco deturbans, de ſchola, & ſocietate Chriſti, atque de cœnaculo? Flauit hic ventus ardentiori cupiditatis flatu, eumque rapuit ad horrendam illam magiſtrum ſuum vendendi proditionem: *Velut turbo rapuit eum de loco ſuo.*

Iob 27.21 ☞ 31

Ex prædictis intelligemus cum D. Hilario quod Chriſtus dixit in laudem Præcurſoris ſui Baptiſtæ. Quid exiſtis videre? *Arundinem vento agitatam?* Arundines vocat vanos ſolis exterioribus contentos apparentijs, quibus oculi ſufficiunt hominum, omni autem ſunt virtute & ſanctitate vacui, & ornatus animæ expertes interioris: *In arundine homo talis oſtenditur de gloria ſaeculi vita ſua inanitate ſpecioſus: Ipſe autem fructu virtutis carens, exterior placens, & nullus interior.* Qui talis eſt in omnẽ partem velut inanis arundo nunc huc nũc illuc agitatur. Hoc eſt à Dæmonibus flatu tẽtationum variorumque motuum commouentur: *Ad omnem ventorum motum, id eſt, immundorum ſpirituum flatum vagantes.* Igitur oſtende mihi arundinem viridem folijs grauidam & erectam, quam omnes ſimul venti percutiant, qualis arbitraris, erit illa nunc in hanc nunc in illam, & ad omnes ſe partes inclinans? Statue nauim maximam, leuiſſimam, & vacuam in medio huius maris extenſis vndequaque velis, velut alis fortiſſimis, & quam omnes plenis buccis inflent venti flamine impetuoſo, quas non percurret illa regiones? Quam celer euolabit? Quæ non percurret itinera, quo non accedet, licet in teſſulas media diffringatur. Ecce mulier hæc arundo in exteriori pretioſa, ſed vacua omni bono in interiori, nauis magna fortioribus inſtructa carbaſis nobilitatis, diuitiarum, pulchritudinis, ornamentorum, quam omnes pari conatu turbines impugnant & efficaciter inſtigant ad omne flagitiorum genus; quo in hoc itinere erit acceſſura? Quantam percurret regionem? Quas terras? Quo te non perducit ex his ventis vel vnicus? Quam non cito raptus ad impudicitiam, vt nec palea tam cito à turbine rapiatur? *Tanquam puluis quẽ proijcit ventus à facie terræ.* Dixit Dauid in noſtra vulgata quod alij ex hebræo transferunt: *Tanquam gluma.* Gluma ſunt illi folliculi ſeu inuolucra quibus continetur triticum: dum hoc enim ventilatur ab agricola, vt minoris ſunt ſubſtantiæ, citius à vento diſperguntur. Quam celeriter tu rapieris ad domum illius puellæ, & tu ad domum luſoriam, vt ſentias nullas tibi vires ſupereſſe quibus reſiſtas? Quam velox vindictæ flagrans ad ſuas properat vltiones nunc hac nunc illac pro libitu propulſus? Quo impetu agitatur ille, quem ſpiritus impugnat auaritiæ, ita obcœcatus, vt eum non moretur, quod pauperi faciat iniuriam, quodque pecunia illa pondus erit, quo in tartara miſer deprimetur? Si venti vnius turbo ſic vnicam agitat nauiculam quid futurum, ſi pari flamine vnâ omnes impugnarent? Quâ vehementiâ illam per hoc mare culparum ſcelerumque propellerent? Quò non accederet? certum eſt quod omnia itinera longa lataque percurrens, non à curſu ſiſteret, donec ad talem ruinam & perditionem aduenisset, adquam vas illud Zachariæ veniſſe perhibetur.

Matt. 11. 7.

VII. D. Ioannes Baptiſtea non fuit arundo vento agitata.

D. Hila. Can. 11. in Matth.

Pſ. 1. 4.

VIII. Nos arũdo ſumus

Hinc Prophetæ quidpiam oſtendit Angelus, aitque *Leua oculos tuos, & vide quid ſit quod egreditur.* Domine mi reſpondet Propheta, dicito mihi quid ſit. Eſt inquit amphora de mundo egrediens: *Hæc amphora egrediens.* Et ecce inexpectatò duæ conuolant feminæ & ex vtraque parte vas comprehendunt: erant autem leuiſſimæ & vlterius alis miluorum inſtructæ: milui namque alis volant celerrimis: *Habebant alas quaſi alas milui,* quas vehementi turbine venti perflabant: *Spiritus in alis earum.* Naturalem mulierum agilitatem augebant miluorum alæ, has autem ventorum impetus impellebat vehemẽtior. Vas capiunt, illudque volatu deferunt adeo celeri vt non parum Vates admiretur. Domine: *Quo iſtæ deferunt amphoram?* Quonam deferenda eſt, & vbinam ſiſtenda per tales tracta mulieres quarum alæ vẽtis inflantur fortioribus, niſi in campum Sennaar, id eſt terram peſſimam Babyloniæ, terram inquam confuſionis? *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſim ſuam.*

Zacha. 5. 5.

IX. Allegoria de amphora Magdalenæ & peccatoribus applicatur.

Quod eſt illud vas niſi cor tuũ, quod duæ feminæ tollũt, quas diximus carnis tuæ duas partes iraſcibilem & concupiſcibilẽ, quæ tantis pollent alis,

quantis vigent paſſionibus? Si his accedat ventorum tempeſtas quibus agitentur & excitentur, quid de te futurum autumamus? Quinam ſunt illi venti niſi poteſtas roburque diaboli? Profero vobis D. Hier. *In alis earum erat Spiritus id eſt poteſtas diaboli. de quo in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: ſi Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, & in Euangelio Spiritum immundum legimus, qui cum de domo ſua fuerit eiectus, circumiens deſerta & arida, cum alijs ſeptem Spiritibus nequioribus ſe, reuertitur in priſtinam domum.* Impulſæ mulieres illæ alatæ ſpiritu ventorum iſtorum, quam non percurrent terræ regionem? *Ab hoc ſpiritu iſtæ mulieres, quaſi vento ſtatuque captæ, volatu celeri ferebantur.* Vbinam tandem miſerum hoc vas hærebit, niſi in maxima culparum Babyloniæ confuſione? Tu teipſum conſidera quo delatus ſis, quando à feminis illis tua voluntate comprehenſus, à carnis inquam tuæ potentijs, calcari excitatis tuarum paſſionum, & graui Satanæ tentationum impulſu concitatis tuas ſectatus es delitias, vitam egeſti profanam, deſiderijs defluxiſti illicitis, quibus te ſentis inuolutum tempore agendæ confeſſionis vel infirmitatis, quâ in teipſū reuerti cogeris, & ſapere ſaniora? Quàm velociter viam percurriſti nequitiæ? Quonam impetu viam illam peruolaſti? Quàm poſtpoſita omni prudentia & timore tuis prauè nimis appetitibus indulſiſti? Vbi teipſum inueniſti, niſi in Babylonia confuſionis? Tibi namque loquitur Apoſtolus: *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?* O quantæ ſunt in hoc Eccleſiæ viridario arundines, & quot naues in huius pelago ciuitatis, quas venti in omnem propellunt ventum: nunc in luxuriam, nunc in murmurationem, nunc in inuidiam.

*D. Hier. In Zach. Tom. 5.*

*Rom. 6. 21.*

Quid ergo huic eueniet mulieri, amphoræ egreſſæ de mundo; erat etenim puella annis iuuenis quam ilico virginibus arripuerunt; illa vero tolli ſe patitur ab iraſcibili ſua paſſione & concupiſcibili, quæ de ſe leuiores ſunt, & alis volant paſſionum violentis & impetuoſis: præterque hanc alarum agilitatem ſunt impulſæ, agitatæ, & toto ventorum fortium turbine concitatæ, hoc eſt omnium dæmonum impulſibus ad peccatum pertractæ, quos propterea Euangeliſta numero ſeptenario comprehendit: *Septem Dæmonia:* vbinam hæreret niſi in Babylone abyſſo ſcilicet iniquitatum, vbi ſedem ſibi collocaret adeo conſtantem, vt plenis buccis peccàtrix in ciuitate nominaretur: *Mulier in Ciuitate peccatrix.*

## §. 12. *Per peccata cucurrit quatuor alis, vt Tigris Danielis. Obtulit diabolo magnum illud ſacrificium, quod à Gentilibus exquirebat.*

Ex his principijs intelligi poteſt quàm ampla ſpatia longaſque diſtantias per mare criminum Magdalena percurrerit. Prodigioſa fuit 32
illa viſio, quam Dominus ſpectandam præbuit Prophetæ Danieli. Plura videt animalia, atque inter illa tygridem quatuor auis alis inſtructam, quibus totam peruolabat terram, idque momento temporis, ita vt nomen illius ac fama breui per totum extenderetur vniuerſum: *Ecce beſtia alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis, quatuor ſuper ſe.* Non eſt quòd admiremur: eo quod tygris ſeu pardus ex natura ſua cætera animalia leuitate anteeurrat: vnde & curſu eadem anteuertit, nominatim autem femella: nam idcirco ei nomen tygris imponitur, vt notauit D. Iſidorus quia in lingua Perſica & Meda ſagitta vocatur tygris, atque idcirco nomen hoc flumini adſcribitur quod rapiditate curſus reliqua excedat: *Tygris vocatur propter velocem fugam: ita enim nominant Perſæ & Medi ſagittam &c.* Omnibus nota eſt auium leuitas, nam alis ſuis volitantes in ictu oculi (a) oculos effugiunt. Hoc ſuppoſito, ſi quod animal eſſet, quod ex vna parte tygridis polleret agilitate, atque ex altera illi alæ ſuperadderentur auium leuiſſimarum, non vna, non duæ, ſed quatuor quàm velociter curreret? Quantam peruaderet regionem? Tale erat illud quod oſtendit Deus Danieli, quod D. Chryſoſtom. vocat: *Pardum volucrem:* atque quod omnes SS. PP. notarunt, ſub ſymbolo huius animalis à Deo notari Alexandrum magnum, qui primus regnauit in Græcia, qui cucurrit, mundum ſibi ſubijciens & illum ingrediens velut Dominus tanta velocitate, vt momento temporis totum peruaſerit, fuitque nomen eius in tota terra celeberrimum.

*Dan. 7. 6.*

*Lib. 12. Etymolog. c. 2.*

(a) *En dos palabras.*

I. Alexander Magnus pardo, & hirco cōparatur.

Qua de cauſa paulo poſt, eundem Deus Danieli monſtrauit in figura Hirci caprarum, quem tantâ leuitate dicit cucurriſſe, vt terram tangere non videretur: *Hircus caprarum veniebat ab occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Tanta violenta potentia & potenti violentia currebat, vt nihil eius poſſet retardare curſum aut obicem opponere progredienti: quo-

*Dan. 8. 5.*

quocirca breui tempore totum percurrit quidquid in terra percurrendum erat, omnia ſubijciens.
D.Hier. In c.7. Daniel. Tom.4. Habemus hic D. Hieron. *Pardus beſtia velociſſima: nihil Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illirico, & Adriatico mari vſque ad Indicum oceanum, & Gangem fluuium non tam prælijs, quàm victorijs percurrit, in ſex annis partem Europæ, & omnem ſibi Aſiam ſubiugauit.* Tantas cum percurreret regiones omnes illarum incolæ oculos in eum dirigebant tantum curſum admirati. Et idcirco Daniel à Deo monſtratur in ſymbolo cornu oculis circumdati: *Cornu erat inter oculos.* Vnde D. Chryſoſt.
D.Chry. Hom.2. in Epiſt. ad Theſſ. To.5 *Propterea & pardum volucrem eum videt Propheta, ſignificans velocitatem & vehementiam & ardorem, & quod repente totum orbem peruolarit.*

II. Similiter & Magdalena. Hic conſidera Magdalenam leuem tygridem, imo alis volucrem. Dicitur tygris quæ naturâ ſua eſt velociſſima quia mulier eſt: *Ecce mulier*: quo notatur eius mutabilitas, inſtabilitas, & facilitas, quâ in quamlibet partem poſſit deferri.
1.Pet.3.7. Vas vitreum nominat illam D. Petrus: nihil etenim fractu facilius, nihil eſt quod faciliùs tollatur, nihil eſt quod facilius ſeducatur. Expẽdit D. Chryſ.
1.Tim.2.14 Ho.9 in 1. ad Tim. hæc verba Pauli: *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Videtur (inquit D. Chryſ.) quod virum proprio nomine cõpellans Adam, etiam proprio nomine compellare debuiſſet & mulierem: nouerat enim eam vocari Euam: & dicendo: *Adam non eſt ſeductus*, pari modo dicendum videbatur: *Eua* ſeducta fuit, nõ ita tamen, ſed mulier ſeducta fuit: q. d. non fuit ſeducta quia Eua, ſed quia mulier fuit, Hæc etenim proprium eſt ſubiectum deceptionis.
III. Cur non dicatur Eua ſeducta fuit ſed mulier. Quinimo vt arbitror verba illa ſpectat Apoſt. quæ dixit
Gen.3.12. Adam à Deo reprehenſus: *Mulier quam dediſti mihi.* Culpã adſcribens non perſonæ ſed conditioni mulieris: hæc etenim nullo negotio ſeducitur, & perditur & quælibet illam inuadit iniquitas. Adã (inquit Apoſt.) non fuit immediatè ſeductus à ſerpente, ſed mulier, & ipſe per eam.
IV. Similitudo. Quicumq; caſtrum vult fortiſſimum impugnare & expugnare partem attendit infirmiorem, atque in eam tormenta ſua bellica dirigit. Intendebat diabolus caſtrum illud fortiſſimum ſcilicet Adam expugnare, non ipſum audet aggredi: ſed lateralem illi conſpicit mulierem, atque hanc notat partem infirmiorem: hanc igitur quatit & illa deiecta caſtrum intercipit.

☞ 33 Præclarè dixit qui mulierem paleæ comparauit. Diſputat Ariſtoteles quaſi quid ænigmaticũ (a) quòd palea ſuper omnia valeat ad conſeruandam niuem, quando namque nix vel pruina decidit, illa quæ ſuper ſtramina decidit, vides illam diutius conſeruari, & ad niuis conſeruationem qui illam tollunt paleâ circumuoluunt.
(a) Es coſi coſa.
V. Mulier cur paleæ cõparetur. An ergo non eſt in ſe calida ipſa palea, tantopere ignis amica vt continuò illam arripiat? Nequaquam, inquit Ariſtoteles, ſed quiddam & valde tenue, blandum, & quod facile à qualibet re quam illi applicaueris, poteſt penetrari. Si ignem illi adhibeas; ilico ipſo igne vehementius exardeſcet. Si niuem vel glaciem adhibeas, ipſam recipit frigiditatem vt ſit quaſi ipſa nix vel glacies. Ita mulier eſt ad omnia facilis ſi ſe tradat pietati, caſtitati, ieiunio, orationi, vigilijs, ſi virtus illi applicetur, & pudicitia, quàm ſancta, quàm euadet munda & caſta? Propoſito noſtro congruit argumentum duorum illorum fratrum, quos Græcia vt florem ſanctitatis celebrat & ſapientiæ, nimirum D. Baſilij Epiſcopi Cæſarienſis, & D. Greg. Epiſc. Nyſſeni: quærunt igitur, verum mulier facta ſit ad imaginem Dei: quia ſiquidem Deus ad hominis formationem dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: non tamen hoc eum dixiſſe reperimus in mulieris efformatione.
VI. Vtrum mulier ſit creata ad imaginẽ Dei. Reſpondent ijſdem verbis non eſſe dubitandum, quin mulier facta ſit ad imaginem & ſimilitudinem Dei, quandoquidem virum eſſe creatũ ſecundum illam, hoc fuerit propter animã rationalem quam illi Deus infudit, & eandem, quam viro, æquè eminentem infudit mulieri. Et vt hoc ita intelligeretur; perpende inquit quòd immediatè poſtquam prædicta verba dixerat & declarauerat quomodo tradita eſſent executioni:
Gen.1.27. *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum*, adiungit: *Maſculum & feminam creauit eos.* Hic igitur ſic loquitur D. Greg.
D.Greg. Orat. in illa verba: faciamus hominem. p.55. *Et ne hominis appellatione virum dumtaxat intelligeres, ſubiecit: maſculum & feminam, fecit eos.* Et hoc ipſum expreſsè dixit Salomon: *Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, &c. Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi &c. Creauit illis ſcientiam Spiritus, ſenſu impleuit cor illorum, & mala & bona oſtendit eis; Poſuit oculum ſuper corda illorum &c.*
Eccli.17.1 Verum eſt, dicunt illi, mulierem eſſe debiliorem quantum ad corpus: porro talis eſt, vt ſicut dum ſe tradit peccato omnes præcurrit: ita dum ſe virtutibus exercet, poſt ſe relinquit viros etiam in virtute præſtantiſſimos: ita vt illi nequeant comparari, in ieiunijs, in vigilijs, in oratione, in Spiritus ardore, in fortitudine pectoris, in patientia in aduerſis in tolerantia, in cruciatibus, in liberalitate & eleemoſyna.
VII. Mulier animo præcellit viros.
D.Greg. Loc. cit. Audiamus irrefragabile D. Greg. teſtimoniũ. *In rebus quæ fortitudinem ſpectant robuſta eſt; in vigilijs*

*gilijs & laboribus conſtans. Quando poteſt homini-*
*nis natura cũ femina fortiter vitã agẽtis natura cõ-*
*tẽdere? Quãdo poteſt homo firmã mulierũ in ieiunijs*
*continentiam imitari? Quando poteſt æquare ſedulã*
*earum in precationibus ſtudium, piam ad lacryman-*
*dum propenſionem, & pronam ad bene merendum*
*facilitatem?* Huic accedat frater illius D. Baſil.
D. Basil. Ho. 10. in Hexam. p. 52. To. 1. *Cuius aliquando viri natura concertare auſi cum*
*mulieris indole eiusque iugi continentia vitã ador-*
*nat, atque inſtituit ſuã? Quando vir vnus vni æquet*
*mulierem pertinacem conſtantiam in ieiunijs, in ora-*
*tionibus ſedulitatem, profluentem & prolixam lacry-*
*marum effuſionem, alacritatem exprõptam, opero-*
*ſam ad cuius exhibendam benignitatem?*

Illi nequeunt viri conferri. Primò: in aduer-
ſitatum tolerantia quibus maximè proficit anima
perfectaque redditur, de qua ſic D. Iac. *Patien-*
Iacob. 1. 4. *tia opus perfectum habet.* Viri naturá ſunt impa-
tientes, ſpiritum habent contradictionis, animo-
ſitatis, vix quippiam non moleſtè ferunt: mulier
autem comes, humilis, ſubdita, re qualibet con-
tenta, laborum patientiſſima. Quid non mulier
à viro patitur luxurioſo? Tamen obmuteſcit ta-
citurnã. Quid tolerat in filijs quos enutrit ſolici-
ta? In ieiunijs excellunt: paucis enim ſunt con-
tentæ. In orationibus adeo continuæ, velut illa
Anna ſanctiſſima de qua teſtimonium perhibet
Euangeliſta: *Non diſcedebat de templo ieiunijs &*
Luc. 2. 37. *obſecrationibus ſeruiens die ac nocte.* Si caſtitatem
ſpectes, millenas inuenies, quæ ne iacturam eius
paterentur, quæuis paſſæ ſunt genera tormento-
rum, in quibus vitam glorioſè finierunt. Animo
generoſam ſpectemus Debboram ducem talem,
vt Imperator exercitus Barac non auſus fuerit il-
la non comitante in hoſtem exercitum produce-
re. Quis tale quid facinus, quale Iudith vnquam
excogitauit? Quis animi vigorem explicet Ma-
tris Machabæorum, quam ipſe Spiritus S. vide-
tur admirari? Quis conferendus D. Agneti tre-
decim annorum puellæ. Quæ magnanimita illi
comparanda, quã tot puellæ pectore vigebant
adeo animoſo, vt omnes Romani Imperij vires
euerterent, in tantum vt præcipui Imperatores &
ſæuiora monſtra crudelitatis exclamarint, ſeque
affectos lugerent ignominia: *Vna ne nos puella ſu-*
*perauit? Victi ſumus.* Quænam fuit illa precor Pro-
VIII. phetiſſæ Holdæ ſapientia, quam ipſi Reges, Sa-
Cur Mulier formata de coſta ſeu oſſe viri. cerdotes, & Doctores conſulebant. Non te fugiat
(inquit D. Baſil. de laudibus S. Martyris Iulittæ)
quod Deus mulierem formauerit ex parte viri ro-
buſtiori, coſta nimirum, in cuius locum homini
ſuppoſuit carnem mollem & flaccidam: quia ſæ-
pe in eo, in quo multi viri debiles ſunt & enerues
atque ex carne ſe produnt eſſe compoſitos, illæ,
ait, fortes ſunt & animoſæ produntque ſe ex oſ-
ſe compactas: *Non ad conſtituendam mulierem ſola* D. Basil.
*eſt aſſumpta caro, ſed os ex oſſibus: quo fit, vt &* Hom. in
*ipſa Domino nihil minus ac viri exhibebat firmita-* Martyr.
*tem fidei atque conſtantiam, nec non in aduerſis pa-* Iulit. To. 1
*tientiam.* Talis eſt mulier ſi nauet operam pieta-
ti. Porro propitius ſit tibi Deus, ſi ſtultitia, ſi va-
nitas, ſi peruerſe capiat eam viuendi licentia. Quis
huic comparandus? Talis erat Magdalena mulier
pardo volucris, tygris ſæuiſſima, & leuiſſima quæ
omnia percurrat itinera nequitiarum. Et hoc pri-
mum eſt quod à nobis poſtulat attendi D. Luc.
Euangeliſta: *Ecce mulier.*

Huic annectit quatuor alas quas habebat effi- 34
caces, ipſis aquilinis alis leuiores: Prima ſtatui- IX.
tur corporis pulchritudo, quã cæteris eminebat. Vanitas
Heu qualis illa ala ad currendam viam perditio- pulchri-
nis: *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo* Ait Sa- tudinis.
lomon Hebræus textus legit, vt aduertit Ianſen.
*Mendacium eſt gratia & vanitas eſt pulchritudo.*
Congruè loquitur illi quod Proph. Hiere. de re Hiere. 15.
aliqua, ait, quæ primo intuitu videbatur illi conſi- 16.
deratione digniſſima ſed in ictu oculi mendax e-
uanuit: *Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum*
*infidelium.* Quis non loquendi formam admire-
tur? Metaphorã ſumit à quibuſdam fontibus, quos X.
vocamus Iordanos, qui dũ pluit, decurrunt. Bru- Similitudo.
mali tempore viã tranſis in qua tibi fons occurrit
lympidus aquas ſcaturiens vberiores, tãto tibi gra-
to arridens decurſu vt gradum figas, eumq; attẽtè
conſideres & exclames: Benedictus ſit ille, qui te
creauit. Per eandem viam regrederis menſe Aug.
calore nimio exæſtuans ſed teipſum ſpe exhilarãs
quod breui fonti illi occurres quem notaſti, vbi
dulce poſſis capere refrigeriũ. Accedis, & nil a-
liud inuenis quam aquam turbidam vermibus &
ranarum ouis execrandam: ſtupefactus exclamas,
quid hoc rei? Nõ hoc mireris, inquit alter: huius
etenim fontis grata ſcaturigo Hyberno tantũ du-
rat tempore: nam frigore coagulãtur nubes ruit-
que imber vehementior; æſtiuo verò tempore a-
qua ſuſpenditur vnde fontis huius venuſtas eua-
nuit. Tales aquæ vocantur in S. Eloquio fallaces
& infideles, ſicut è contrario Vates Iſaias aquas
vocat fideles quæ perpetuo fluunt: *Aquæ eius fide-*
*les ſunt.* Et nedum illas appellat Hieremias Pro-
pheta mendaces, ſed *Mendacium*: eo quod vix vl-
lam ſuo ſuperbo decurſu exhibuerint ſecuritatem
& conſtantiam. Hoc Spiritus S. teſtatur de pul-
chritudine, quæ nedum eſt mendax ſed ipſum
mendacium, & nedum vana, ſed ipſa vanitas:
quamuis enim hodie tuos attrahat oculos eiuſque
eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt tibi grata venuſtas, velut fontis limpidiſſimi, ſi cras reuerſus fueris, iam illam inuenis ſenectute turbidam, & limo ac vermibus, quos hæc ſecum trahit, indecoratam.

XI. Exemplo probatur in Iezabel.

Exemplo ſit nobis Regina Iezabel formoſitatis exemplar, quæ ſpectans ad feneſtram ceruſsâ depicta, mundoque muliebri compoſita, ſolis inſtar effulgebat, cunctoſque recreabat oculos intuentium, ſed breui reuerſi ſpectatores eam mirantur deiectam ex alto, diſſolutam, vt vix eam noſſent & admirabundi ſe mutuo interrogarent: *Haccine eſt illa Iezabel?* Quoties hoc in mundo: prodigium occurrit? Vix triduum illabitur à quo ciuitatem hanc pertranſiens talem vidiſti feminã vultus elegantiâ cunctis admirabilem quæ tranſeuntium ad ſe converteret obtutus. Hodie regrederis & vultum eius conſpicis rugis obſitum, os patens dentibus euulſis, caput canitie candidũ, corpus incuruum & ais: bone Deus: *Haccine eſt illa?* Nihil hoc te moueat quia: *Mendacium eſt gratia, & vanitas pulchritudo.* Optimè dixit ille:

5. Reg. 9. 39.

Apud Ianſen. in hũc loc.

*Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos,*
*Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

Senſum hunc approbo legitimum: porro non hoc tantũ iudicauit Spiritus S. ſed inſuper quod videmus, corporis pulchritudinem & gratiã plures decipere: *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo.* Ignoſcat mihi Deus: quantos cernimus deluſos & deceptos inani feminæ pulchritudine. Pulchram conſperit D. Ioan. in Apoc. quæ cunctis occurrentibus calicem propinabat ebibendũ, omneſque inebriabat mentiſque reddebat impotes. Attentè conſiderat illam Euangeliſta, notatq; illi ſuperſcriptum: *Mater fornicationum*: talem verè dixeris eſſe corporis elegantiam: ex illa namque fraudes oriuntur, quibus homines velut ebrij ſunt & mente capti vt iudicio carere videantur.

Apoc. 17. 5

XII. Feminæ elegantia multi perierunt.

Species Suſannæ formoſior miſeros illos irretiuit ſeniores: qui cum eſſent viri auctoritate fulgidi, iudices populi & ætate graues, quæ omnia ſufficerent vt fræna ſuis iniicerent cupiditatibus, in illam nihilominus ita notam ſunt prolapſi cæcitatem: *Species decepit te & concupiſcentia ſubuertit cor tuum:* Ait Daniel illi. Faciei grata pulchritudo quâ præfulgebat ceteris Iudith in laqueum induxit ducem Holofernem omnibus terribilem nationibus: fuitque hæc ruinæ illius & mortis occaſio: *Cum intraſſet ante faciem eius ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes.* Spectanda mulierũ elegantia viros cepit & decepit in diebus Noë, vt quaſi extra ſe ſtulti raperentur: *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ.* Hæc eſt illa, quæ teſte Spiritu S. deiecit hominum miryades. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exarſit. Quocirca hoc illius eſt commune conſilium, ne defigas oculos in mulierem formâ ſplendidam, nec gratam eius attendas vrbanitatem: etenim per eam in laqueos incides caſum irreparabilem: *Auerte faciem tuam à muliere compta &c.* De quibus nobis in S. Litteris abundant exempla.

Dan. 13. 56

Iudit. 10. & 17.

Gen. 6. 1.

Hoc intelligentes quædam ſanctæ mulieres ſuas ipſæ facies deformarunt, ne pulchritudine ſua quempiam irretirent. Pateat omnibus notum S. Luciæ facinus, quæ ſibi oculos effodit miſitque iuueni illi qui dixerat quòd eorum pulchritudo eum extra ſe rapuerat, & cor illi fures abripuerant. De ſanctiſſima Virgine & illuſtriſſima Sotere refert D. Ambroſ. docens in hac materia puellas; quæ cum venuſtate præfulgeret corporis, eamque ſciret alijs lapidem offenſionis eſſe, maximè verò gentilibus, capta pro Chriſti nomine & tormentis à tyrannis addacta, hoc primum illis obtulit, faciem ſcilicet ſuam ſolis inſtar fulgidiſſimam, vt illam vulneribus plagiſque deturparent: *Cum eſſet decora facie valde & nobilis &c. Vultum offerens vt ibi martyrij ferret ſacrificium, vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris. Gaudebat enim diſpendio pulchritudinis periculum integritatis auferri.* Perpende principale ab ea oblatum ſacrificium fuiſſe pulchritudinis, quod ſi tantò ſit eminentius, quanto res oblata charior eſt: tu videris, quid Domina nobiliſſima phæboque pulchrior pluris æſtimet, quàm faciei ſui elegantiam! Huius primariam conſecrat Deo ſacrificium. Huius excellentiam expendens D. Ambroſ. refert vt factum heroicum ab antiquis productum exemplum iuuenis Hetruſci: *Hetruſcum iuuenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris proprij pulchritudinem in amorem accenderet feminas, ſtigmatibus maraſſe vultum ſuum, ne qua eum adamare poſſet.* Eximium fuit hoc facinus (inquit D. Ambroſ.) ſed falſum & ficta fabula, vt mundo facinus hactenus inauditum perſuaderet: verumtamen vera fuit hiſtoria, quæ de noſtra Virgine Sotere circumfertur, quam conſultum foret vt eam virgines imitarentur quæ ſe Chriſtianas eſſe gloriantur.

15 [illegible] V. d. Baro. in Martyr. 10. Febru.

XIII. SS. Virgines ſe deturparũt ne violarentur.

D. Ambr. L. de exhort. ad Virg. ad fin. p. 593. Tom. 4.

Nec minus mirabile fuit facinus illud S. Ebbæ Abbatiſſæ Monaſterij Collingamienſis in Scotia: Danorum exercitus vrbem illam oppreſſerat. Præſcia periculi Abbatiſſa ſuiſque cadens Religioſis, quarum erat eximia omnium pulchritu-

Vide Baro. To. 8. Anno Chriſti 870.

do Angelicæ conferenda, ſi milites illas vt tales inuenerint: quid egit, quid conſilij? Conuocat omnes & iam præſentes iiſdem illas verbis alloquitur, quibus inuictus ille Dux exercitus Dei Gedeon milites ſuos hortabatur: cum enim ipſe cunctique milites manibus lagenas haberent, ſic

Iud. 7. 17.

ait: *Quod me facere videritis, hoc facite*. Et hydrias complodente illo, cuncti ſuas pariter complodunt. Puriſſima Mater Abbatiſſa ſingulari quodam Spiritus S. mota inſtinctu, ſumptâ nouaculâ nares ſibi & ſupremum præſcidit labium dicendo: Filiæ meæ chariſſimæ: hoſtis nobis modo truculentior eſt pulchritudo: quàm exercitus aduerſariorum: hac deturpata, & ablata, ſecuræ ſumus. Matris exemplum ſecetæ ſunt filiæ. Irruit Danorum exercitus in Monaſterium, taleſque illas aſpiciens totum tradidit incendio conuentum, quô martyres omnes euaſere celeberrimæ, potius eligentes, vt ignis materialis corpora exureret, quô coronam in cœlo mererentur, quàm vt flamma concupiſcentiæ animas incenderet quâ in terra perderentur. Quid de illis nobis dicendum, quæ nedum hoc non agunt, ſed excitant & exacuunt ceruſſis, ac pigmentis, alijſque monilibus vultus componunt elegantiam, quaſi qui laqueos texant miſeris paſſerculis capiendis aptiſſimos; quibus illa Dei poteſt obijcit querimonia: *Ecce*

Ezech. 13. 20.

*ego ad puluillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes*. Et quid de illis quæ peracutis venuſtatis iaculis toxicum immiſcent ceruſſarum quatenus tantò citius mors cordis peruadat interiora.

XIV. Pulchritudinis ſumma vanitas.

Similiter pulchritudo vana eſt: *Vana eſt pulchritudo*. Nec enim aliquid eſt quod ita mulierem inaniter extollat, quàm dum ſe pulchram intuetur. Quando talis eſt, aut talem ſibi ſe eſſe perſuadet, quid non audet? Quid non aggreditur? quid non molitur? Quem non deſpicit? Quid non agit? Quid non loquitur? Ex vultus elegantia liberior efficitur, audacior, loquacior, & ſuperbior. Intuebens Vates Ezechiel in quandam quam talem conſpexit, exponit illi fundamentum ſuperbiæ, audaciæ, & libertatis hoc eſſe, quòd pulchram

Ezec. 16. 15.

ſe miraretur: *Habens fiduciam in pulchritudine ſua*, & ſimilibus multis obijci poteſt illud, quod Dominus Tyro ciuitati obiecit liberiori & audaciori

Ezec. 27. 3.

per Prophetam Ezechiel: *O Tyre, tu dixiſti: perfecti decoris ego ſum*. Et huic fidens pulchritudini liberior euaſit & inſolentior, omnes deſpexit, omnes ad ſuam coëgit voluntatem: *Tyrus* (ſic lo-

Oſe. 9. 11.

quitur Ozeas) *Erat fundata in pulchritudine*. Hæc reddidit illam ſuperbam arrogantem, audacem & liberiorem: & hæc tales efficit mulieres. Et hæc ea ratio eſt, quam aſſignat D. Thom. quòd mu-

1. Timot. 2 tract. 2.

lier facta fuerit tantum in adiutorium & ſocietatem viro ſuo, proinde non ſunt illæ creatæ in duces, vt baculum præferant, nec ad exercitus vt gladios ſclopoſque gerant, nec in prælatos vt mitris præfulgeant, nec in cathedraticos vt humerale circumferant, nec in agricolis vt terram colant: & per hæc non ſcientiâ inflerur, opibus, viribus, dignitate, nec tale quid prætendat, ſed tantum id, quod eam reddit amabilem & gratam, & hoc præcipuè vultus eſt elegantia: hanc procurat, hanc exoptat, quinimo idcirco (ait D. Thom.) quædam illi permittuntur, quibus ſe cõponat, quæ viris eſſent ignominioſa. Quãdo venuſtate fulget

XV. Ex pulchritudine mulierum perditio.

ſeque gratam arbitratur, ô quam vana, ô quam libera, ô quam audax ingreditur! Sibi perſuadet ex pulchritudine quælibet ſibi licere: quod ſi fortuitò hæc mulieri ſtultæ accedat pulchritudo, nihil eſt quod eius tantopere ruinam promoueat &

Prou. 11. 22.

perditionem: *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua*. Appende circulum aureum adamante pretioſo ornatum porci naribus, ecce quã velox ad luti properabit volutabrum.

XVI. Mulieri neceſſaria eſt ſolitudo.

Secundam diximus alam eſſe libertatem & dominium. Erat Magdalena iunior, parentibus orphana, diues opibus, facta Domina & quò ferebat eam voluntas progrediebatur. Omne puellæ bonum in ſolitudine conſiſtit & ſubiectione: illi fræna laxa libertatis, & illi cõtinget quod Dinæ contigiſſe perhibetur. Omnes reſpublicæ prudenter directæ conſtanter illud defenderunt, ad mulierum honeſtatis conſeruationẽ neceſſariam eſſe ſolitudinem. Quàm arctè cõcluſas habebant Romani Virgines Veſtales? S. Mater Eccleſia ſummiq; Pontifices, quantũ laborant vt clauſtro Virgines Deo ſacræ contineantur, quot cratibus ferreis? Quot clauibus? Quod propugnaculis? An ergo illis minimè fidis? Norunt quod ſi liberæ ſint, certò perdentur. Palea ſunt, mundus autẽ ardet

1. 2. q. 70. a 3. in cor. & in c. 13. 1. ad Cor. lect. 2. 1. Ioan. 5. 19.

igne cõcupiſcentiæ, ſic exponit D. Tho. illud D. Ioan. *Totus mundus in maligno poſitus eſt, id eſt, in malo igne*. Quid de palea ſpetabis, quæ inter ignes obambulat? Nemo melius quàm diuinus ſpõſus hoc ait, de ſponſa ſua locutus. Qualiter illam cuſtodiemus? Qua ratione ſecura ſeruabitur? liberum permitte illi diſcurſum per plateas foraque ciuitatis, & ipſi vigiles eam afficient ignominiâ.

Cant. 8. 9.

Vnicum hoc eſt inquit remedium: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea, ſi oſtiũ eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*: propugnacula quoſlibet accedentes repellent: tabulæ verò cedrinæ diffringi non poterunt quibus ſaluus intuſq; honor illi ſeruabitur. Tolle hæc de muliere propug-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

propugnacula, & ilico videbis qui deſtruat illam
& euertat. Permitte puellæ libertatem vt omni
ſepoſito timore loquatur, agat, ab hoc & illo lit-
teras recipiat, arrideat illi, blandiatur alteri, de
corporis ſe iactet elegantia, permiſſum ſit illi vt
ab hoc poſtulet recreationes, ab illa ad epulas
inuitetur, ab altero ad muſicam: hoc in apertiſſi-
mum puellam merget indubiè naufragium. At-
tolle vas vitreum nulla adhibita cautione ne hîc
aut alibi allidatur, & confeſtim lugebis in partes
eſſe diffractum.

☞ 36 Tertia erat illi addita ala, otioſitas. Hæc teſte
XVII. Spiritu S. omnis erat magiſtra nequitiæ: *Multam*
Otium *malitiam docuit otioſitas*. Et extra dubiũ eſt quod
cauſa per- qui non habet quod agat, illud quærat oportet.
ditionis. Expendit D. Chryſoſtom. quod Spiritus S. diuino
quodam conſilio luxuriam nobis declaraturus,
caſumque triſtem & ſcandaloſum Regis Dauid,
illum primò deſcribat otio torpentem; quocirca
2. Reg. 11. his verbis lapſus illius ſic orditur hiſtoriam: *Ver-
tente anno eo tempore quo ſolent Reges ad bella pro-
cedere &c. Dauid autem remanſit in Hieruſalem*.
Eo tempore quo laborare debuerat in exerciti-
bus, & bellis, otioſus domi hæſit. Quid ageret niſi
quærere quomodo tempus tereret? Aſcendit in
ſolarium domus ſuæ, conſpexit, concupiuit, adulo
cauit & lapſus eſt in perditionem, quam tota vita
non potuit lacrymis ſatis expiare: otium ſtatuit
Apoſtolus vt cauſam ruinæ viduarum quæ cum
ſint otioſæ perpetuum illis eſt exercitium huc &
illuc diſcurrere, & varias quærere delectationes:
1. Timot. 5. *Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos*. Quid
13. puella faciet quæ domi ſuæ non habet in quo
diligens exerceatur, aut grauiter occupetur? fo-
ris quærat oportet; & omne eius hoc ſtudium
eſt, cum ſe diuitem cernat, & laboribus minimè
adſtrictam, ornare ſe monilibus, pigmentis, ſeri-
cis, byſſo, delitijs, odoribus, nouis inuentionibus,
quærere viſitationes, & diuerticula terendo tem-
pori aptiſſima. Hanc Ezechiel originem ruinæ
ciuitatis cuiuſdam aſſignat & filiarum eius: quòd
præterquam ex elegantia ſuperbiret, ipſa & filiæ
Ezech. 16. eius inertes otio langueſcerent: *Ecce hæc fuit ini-
49. quitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia &c. & otium
ipſius & filiarum eius &c. Et eleuatæ ſunt & fece-
runt abominationes coram me*. O feminæ, domi
veſtræ tempus operibus impendite, nec vnquam
ſinatis vt filiæ veſtræ vel momento temporis va-
gentur otioſæ. Hoc in celebri illa & illuſtri fe-
mina quam Spiritus Sanctus à fortitudine com-
Prou. 31. mendat, laudatur quod *Panem otioſa non comedit*:
27. ſemper enim domi ſuæ operabatur, ex quo il-
lam habuit diuitem adeo & illuſtrem, vt totius
eſſet gloria ciuitatis.

Quartam apponimus alam, delicias nempe in XVIII.
comedendo, bibendo, frequentando conuiuia, me- Deliciæ
rendas & diuerticula, hanc Deus, alterius femi- radix ini-
næ, nominat cauſam perditionis: *Saturitas panis* quitatũ.
*& abundantia*. Iam nouimus ex vita delicioſa Ezech. 16.
naſci laſciuias & impudicitias. Iniice oleum ig- 49.
ni, inquit D. Hieronym. & conſpicies, quanta re- Epiſt. ad
pentè flamma exurget. Ex eſu & potu lapſus eſt Fur. &
Dei populus in mille luxurias. Luxuriæ, quibus Epiſt. 22.
mundus inquinabatur, ſic vt Deum ad eius com- ad Euſto.
pellerent euerſionem, hinc ſuum habere princi-
pium: *Erant homines comedentes bibentes in diebus* Matt. 24.
*Noe*: Sic aſſerit Chriſtus: Quid inde, quis fructus? 38.
Quẽ ipſe Deus aſſignat: *Repleta eſt terra iniquita-* Gen. 6. 11.
*te*. Caro noſtra radix eſt omnis impudicitiæ: lau-
tiùs illam excipe, & videbis quantas ſit produ-
ctura luxurias. Iam iuuentus & corporis vigor
motus ex ſe germinant impudicos, ignemque
conſumentem: oleum illi ſuperinfunde volupta-
tum & quid inde proueniet admiraberis. His
quatuor alis, quis verbis explicet quid Magdale-
na percurrerit. Non tot in Mundo peruaſit re-
giones Alex. Mag. nec adeo magna ſibi ex he-
roicis ſuis actibus famam acquiſiuit, nec in tan-
tum oculos conuertit tantarum gentium vt illos
perpenderent & mirarentur, ſicut Magdalena
per viam cucurrit iniquitatis: & in vrbe celebres
fuerunt eius libidines, omniumque ad ſe attra-
xit oculos vt illas & inſpicerent, imo & mira-
rentur.

Omnia hæc nobis S. Lucas Euangeliſta deſig- 37 ☜
nauit vt aiunt D. Petrus Chryſol. & D. Greg. di- XIX.
cendo: *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*. Variè no-
D. Hiero. *a.* eam vocat *Meretricem & adulteram*: minatur
porro D. Aug. *b.* ex quo hoc ſumpſit Abbas Ru- Magda-
pertus *c.* eam cognominat. *Famoſam peccatricem* lena.
figuratam in illa de qua agit Propheta Ozeas. *d.* a. In prol.
& dicitur. *Vxor fornicationum* id eſt mulier ven- ſuper Oſe.
dita vt luxuriæ vacaret. D. Ephrem Syrus. *e. For-* b Trac. 46
*nicationibus polluta, & alios ad eandem immundi-* in Ioan.
*tiam alliciens, atque inficiens*. A D. Chryſoſt. *f.* re- c Li. 2. de
probatur vt *Laſciua impudica, peccati ſerua, mere-* operi. Spi.
*trix*. Et iterum. *g. Meretrix proſtituta in lupanari*. S. cap. 28.
Quod licet non debeat intelligi vt ſonat, nec cre- d Oſe. 11. 3
dendum quod pretio corporis venderet elegan- e Serm. in
tiam: non enim his indigebat, cum diues eſſet, mulier.
nec publica adiret lupanaria; nec enim hoc ſplen pecca. pa.
dida eius permittebat progenies, ſed nec ipſa lex 714.
quæ ſtrictim omnino prohibebat quamlibet mu- f Serm. in
lierem de populo Dei agere meretricem, *h. Non* peccat. &
*erit meretrix de filiabus Iſrael*. Sed ii ſinuat per Phariſæ.
hæc verba D. Chryſoſtom. impudicam illius vi æ inter ope-

phrem p. 718. h Deut. 23. 10. i Hom. 62. ad pop. k Hom. 33 in Euan. l D. Petr. Chryſo. Serm. 93.

conuerſationem, quæ ad ſummam peruenerat animæ perditionem: vnde communi nomine à SS. PP. dicitur meretrix: ita vt ex ſententia D. Chryſoſtomi, Chriſtus illam præcipuè intellexerit, quando Phariſæis ait. *i. Meretrices & Publicani præcedent vos in regno Dei.* A D. Gregor. *k.* Vas appellatur omnibus refertum ſceleribus: *Omnibus peccatis plena.* D. Petr. Chryſol. *l.* eam arguit: peccatum ciuitatis: quia inquit, totam illam infami conſperſerat macula ciuitatem, ſiue Hieruſalem, ſiue Nahim: quia eius cauſa tam malè audiebat illa ciuitas, vt propter illam diceretur ciuitas peccatrix: *Ciuitas peccatrix, quia fama ſua famam totius tetigerat ciuitatis, ſicque iam non peccatrix ſolum ſed ipſius ciuitatis facta fuerat ipſa peccatum.* Diu. Cyprianus. *m.* mutuatus hoc ex Tertulliano eam reprehendit vt. *Victimam honeſtatis & ſuſius nomen hoc declarat.*

m Apud Martin. Peraza in hac feria. Epiſt 102. ad Nectar.

XX. Gentiles diabolo pudorem ſuum conſecrabant.

D. Auguſt. Epiſtola ad Nectarium rebus gentilitatis vltra modum addictum enormes illi proponit nequitias, ad quas Diabolus gentiles, populum cœcum adduxerat, hoc agens vt illum pro Deo adorarent, multa litarent ſacrificia vitulorum, arietum, ouium aliorumque animalium & auium imo proprios illi filios immolarent. Hæc omnia D. Auguſtin. ſigillatim enumerat & cum grauitatem iſtorum criminum ponderaſſet ſic ait: cum hæc nullo peracta ſint alicuius incōmodo, vnum poſtulat, inſtitui ſibi ſacrificium vt omnium ſupremum quod dicebatur. *Sacrificium pudoris.* Hoc autem Deæ Floræ conſecrabatur quæ vitam ducebat omnium impudiciſſimam & eo modo fiebat quem D. Aug. refert & nos ſabbato præterito diximus; in quo publicæ mulieres ſe totas denudabant & toto ſpectante populo nō dicendas coram illa Dea patrabant impudicitias: quia per illud illi omnino ſacrificabant pudorē, & verecundiam, ex quo factæ liberiores omnibus ſe luxuriæ polluebant generibus, quaſi quæ nec hilum amplius pudoris ſibi retinuiſſent: *Illa Dea Flora digna mater inuenta eſſe cuius ludi ſcenici tam effuſiore & licentiore turpitudine celebrantur, vt quiuis intelligat quale dæmonium ſit, quod placari aliter non poteſt, niſi illi non aues non quadrupedes, non denique ſanguis humanus, ſed multo ſceleſtius pudor humanus, tamquam immolatus intereat.* Hic ceſſat Satanæ petitio, nec quid vltra ſupereſt exquirendum, quando eouſque aſcendit vt illi pudor offeratur ſacrificium: etenim reiecta pudicitia iam via ſternitur ad ruinam omnem & omne flagitium. Eouſque mulier hæc peruenit, vt offerat & pudoris dedicet diabolo ſacrificium ita completum, vt nec eius vllum ei ſuperfuerit

Hom. 33. num. 8.

veſtigium: ita vt nedum eſſet peccatrix, ſed eo inſuper nomine gloriaretur, quod illi à tota afficabatur ciuitate. Omnia hæc verbis his exponit Euangeliſta: *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.*

§. 13. Vt cognouit, quod Ieſus &c. *Quàm primum audiuit Magdalena vocem Domini, ad illum accurrit, in ſe primum oſtendens ſignum, quod heri dixit de ouibus ſuis.*

MOdo vidimus mulierē peccatricem: qualem nobis propoſuit S. Lucas Euangeliſta dicendo: *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix*: modo videamus eam pœnitentem & ſanctam, qualem nobis Dominus indice digito manifeſtat, dicendo: *Vides hanc mulierem?* Si multa fuerint in hac conſideranda, quæ parere poſſent nobis admirationem: plura ſunt in hac conſideranda, quæ non exiguam adferent nobis vtilitatem. Expoſuit nobis ad aures Saluator noſter in heſterno Euangelio ouium ſuarum indicia, modo in hodierno Euangelio illa demonſtrat ſignando ad oculum executioni mandata in vna muliere: *Vides hanc mulierem?* Si etenim peccatrix fuerit in ſuperlatiuo gradu perfecteque tradita diabolo, & Satanæ obſequio: illam Deus elegerat, interque ſuas oues numerauerat ex æterno decreto ſuæ prædeſtinationis, implens in hac ſponſa ſua illud quod alteri dixit ſponſæ prout exponit illud Doctor Angelicus: nam etiam quando adhuc equa ſolutaria currui ſeruiebat diabolico, in quo per peccata gradiebatur, iam illam elegerat vt equitatui cœleſti & Seraphinis eſſet quam maximè ſimilis: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea*, de quo diximus aliâs. 38

In cap. 1. Cant. 1. Cant. 1. 8.

Primum indicium & conditio quam in ouibus ſuis Redemptor noſter ſtatuit, ea fuit: *Oues meæ vocem meā audiunt* & ſæpenumero hoc quod dicit in theoria, perficitur in praxi quando anima tradita diabolo & à cœleſti illo Paſtore vocata illi nuntium remittit & ad hunc accurrit, & multò conſtantiùs ſub eius hæret vexillo, quàm erat ſub vexillo ſignisque diaboli. Depingit nobis Euangeliſta hanc mulierem quieſcentem & reſidentem ſub alis Satanæ: porro ſtatim nobis eam repræſentat ouem Dei: quandoquidem ad primā illius vocem ad eum feſtina confugerit: hoc eſt: *Vt cognouit quod Ieſus accubuiſſet &c.* Ordinariè multi perpendunt id quod indicarunt D. Ephrem Syrus,

I. Quomodo Magdalena Chriſti frequentauit cõciones.

Syrus,& D. Ioan. Chryſoſt. in quibuſdam ſermonibus pro rei materia conſcripſis, & nobis licet eis fidem adhibere: quamuis enim hoc S. Scriptura nobis non dicat, credendum tamen ſuadet pietas, moduſque quo Saluator ſimiles ſolebat conuertere peccatores: decreuerat enim Magdalena accurrere Chriſtum auditura: nam communiter illa concionibus inſiſtebat, quocumque pergeret; hoc illi inſtanter à fratribus ſuis Lazaro & Martha ſuadebatur, quos non parum angebat ſororis ſuæ miſeranda perditio: nec non quòd ſub titulo pulchritudinis & venuſtatis huius eminentiſſimi Domini, vel ſub prætextu dulcedinis verborum illius ac leporis eam ad hoc ardenter inſtigabant. Conſidera precor quantum diſtabat à ſperando talem effectum, quem Dei miſericordia, eiuſque manus efficaciſſima in eius eſſet anima operatura.

Verba facit Dominus & infelicem proponit ſtatum peccatoris dolendamque ſortem animæ damnatæ: grauitatem exponit culpæ, pœnarum acerbitatem ad quam illa ducit, quàm iuſtè flammas mereatur ſempiternas qui Deum offendit adeo bonum, tanto dignum obſequió: quanta ſit eius bonitas; quàm admiranda magnitudo, quàm amabilis eius benignitas & miſericordia, quàm grata eius pulchritudo, quantis electos in hac vita demulceat conſolationibus, & quàm infinitis bonis opibuſque ditet in altera: vocem hanc percipit diuinam aureſque parat, & ſicut perdix furto ablata (de qua heri) quæ ſub alis latẽs perdicis raptricis, ſibilante patre legitimo ad illam ſiſtit vocem, reſidet & quieſcit & demiſſo ſure eum ſequitur: ita egit Magdalena, & confeſtim proponit ſub alas illius fugere paſtoris legitimi.

II. Sibilo ſuo Deus animas cõuertit.

*Vt cognouit quod Ieſus &c.* Dicito nobis (amabo) paſtor ſupreme quale ſibilum huic ouiculæ dediſti, quo eam tam feſtinè reduxiſti, cum illa à recto tramite ita deuiaret: iam enim nobis eſt in confeſſo, hoc adeo potens eſſe quo exclamas, vt ſicut ait Iſaias, vel minimo eorũ militẽ attrahas ferociſſimum & à terra ſegregatum, licet ſit Nabuchodonoſor quiſpiam omnem reſpuens, diſciplinã, quatenus feſtinus properet, ſub vexillo tuo reſidere ſeſeque tuæ in omnibus ſubiicere diſpoſitioni: *Et eleuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus velociter veniet.* (Iſa. 5. 26.) Propheta tuus Zacharias tuã nobis expoſuit potentiam infinitam, qua vnico ſibilo tuas ſoles oues congregare, tuos inquã prædeſtinatos, licet leucis procul abſint innumeris. *Conuertam eos, quia miſerebor eorũ. Ego Dominus Deus eorum ſibilabo eis, & congregabo eos.* (Zach. 10. 8.) Dicito nobis venator fortiſſime, quænam fuit illa ſagitta, qua ceruam hanc percuſſiſti, vt adeo velociter in ſuã procurrens perditionem ſic immota conſtiterit? Iam enim nouimus à Dauide prædictum, ſagittas tuas, ſagittas eſſe præacutas, quæ cordis intima peruadant, & illas euibrando, ad tuos adducis pedes illiſque ſubſternis populum quo nullus eſt peruicacior: *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum Regis.* (Pſ. 44. 6.)

III. Chriſti ſagittæ erant illuminantes.

Abſque dubio nullæ fuerunt Domine mi quales tuæ ſolent eſſe: ſunt enim vt dixit Abacuc luce & ſplendore fulgentiſſimæ: *In lumine iacula tua ibunt, in ſplendore fulgoris armorum tuorum.* (Abac. 3. 11.) Ita multi legunt cũ D. Greg. quod in noſtra vulgata ita legimus: *In luce ſagittarum tuarum ibunt &c.* (L. 30. mor. cap 2. & Hom. 5. in Ezec. poſt. med.) Sicut venator diuiniſſime, ſagittæ tuæ illuminantes & luce ſua illos dirigunt in quos illas collimaſti. Quis vmquam tales vidit ſagittas luce ſplendidas, quæ illos illuminant quorum corda feriunt quibuſque infiguntur?

Præclarum hic ſtupeo Sacramentum, quod meo iudicio nobis pſalmographus expoſuit (iuxta interpretationem D. Aug. quam indicauit D. Hieronymus) in illis verbis: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis:* (In pſ. 75. In ca. 52. Iſa. & in c. 14. Zac.) quod alij transferunt: *Illuminans tu mirabiliter à montibus prædæ:* & alij: *Tu illuſtris ſiue ſplendens, ſiue clarus de montibus prædæ.* (Vide Lori. pſal. 75. 5.) Opinio fuit Diu. Auguſt. quam prænotauit D. Ambroſ. emphaticum eſſe hoc pronomen *Tu*, in quo demonſtrat ſe loqui de Chriſto, auctore lucis, qui ſe mirum in modum radiis lucis ſuæ manifeſtat: (In pſ. 118. num. 6.) q. d. tu Domine quem ſolem credimus diuinum illuſtriſſimum, clariſſimum, & luce fulgentiſſimum, ſupremum te declaras in montibus Dominum; in montibus prædæ illos obambulans factus ferarum venator.

IV. Fabula de ſole Nymphã illuminante.

Neſcio qualiter hoc melius exprimam quàm fabulã quadam ſumpta ex poetis inter gentiles doctioribus de quibus ait Diuus Gregorius Nazianzen. quod quantò ſunt à veritate remotiores tantò ſunt ad eius expoſitionem aptiores: nam fabula nil aliud eſt, (vt docet D. Aug.) *quàm compoſitum ad vtilitatem delectationemue mendacium:* (L. 2. ſolilo. ca. 11.) Atque idcirco ſapientiſſimi Philoſophi illas finxerunt & compoſuerunt, quibus arcana ſapientiæ ſuæ declararent abſtruſiſſima, vt ipſe proſequitur. (D. AVGVS. Lib. 18. de ciuit. c. 13.) Commenti ſunt Poetæ ſolem venatum proceſſiſſe, dicebantque, ſic aſſerit Diuus Cyrillus Alexandr. fuiſſe iuuenem illum forma & ſapientia præſtantem quem vocarunt Phœbum ſiue Apollinem. (Tom. 5. Lib. 6. de ador. in ſpiri.) Fera quam hic intendebat vna erat ex ſpecioſiſſimis Nymphis, quæ per montes ſiluas & inuia vagabantur. Iacula quibus vtebatur & euibrabat, quidam

erant radij ſplendidiſſimi ac fulgentiſſimi:tales etenim ſunt quos ſol ex ſe emittit. Die quodam contigit vt formoſa quædam Nympha ad veſperam inſecuta ceruam ſiluas profundiùs intraret. Lux illi deficit diei,ad quemlibet proruit paſſum nunc hic nunc alibi,& ſepium amplitudine veſtis illius formoſiſſima dirumpebatur, vt pars vna hæreret hic,alibi altera, tandem in obſcurum ſecedit antrum quod licet illi delitias patere videretur, mille tamen horrebat colubris, aſpidibus, ſerpentibus,leonibus, tygridibus, de quibus ſibi minimè proſpiciebat:quia ex noctis tenebris ipſa ſpeluncæ caligine accreſcentibus, illa non aduertit animalia, imo potius ſe ibidem compoſuit ad quietem imperterrita: cum enim illi lux occidiſſet proprium non aduertit incommodum, vnde nihil ſollicita requieuit: luce ſua clarus accurrit Apollo cui vt eam vidit, ſagittam illi de pharetra ſua eiaculatur, radium ſcilicet clariſſimæ lucis,qua illuminata expergiſcitur Hac luce colluſtrata tantis ſe cernit expoſitam periculis circumcinctam colubris, buſonibus, & ſerpentibus,circumuallatam leonibus & tygridibus:qualis illi tunc animus? Quo timore perculſa? quo ſtupore attonita? quibus anxia ſollicitudinibus? Et quanta cœpit velocitate pedem referre de ſeipſa attonita ſuique incuria, dicendo: quis credat quòd huc ego venerim dormitura: Euro citius exurgit, videnſque ſalutem ſuam in manibus & potentia conſiſtere Apollinis: nam ſagitta quam illi iniecit illuſtrata fuit, continuò velut cerua vulnerata ad eius procumbit pedes, ſe ſubmittit illi,& proſtrata iacet,fauorem illius & ſubſidium implorans, vt ab omni periculo incolumis eripiatur.

V. Chriſto applicatur.

O Chriſte ſanctiſſime, verè dixero te Nympharum animarum eſſe venatorem:nam illas venandi flagrans deſiderium de tuo te extraxit palatio & veſtem induere fecit ſylueſtrem ſeu venaticam, atque per hæc mundi deſerta diuagari. Quid Domine in montibus illis Galilææ & Iudææ perſcrutaris?quid in illo ericeto triſtiſſimo? Satis liquidò conſtat animas te quærere vagas & erraticas.O quam velox tranſcurrebat de Iudæa in Samariam, & inde in Galilæam! *Circuibat Ieſus omnes ciuitates & caſtella.* Venando circuibat,nec quis venator ſic venatu delectatur, vt ipſe deſiderio flagrat animarum. Cum diuinus ſit ſol extra controuerſiam eſt, quin ſagittas quas ferebat & emittebat, ſagittæ forent ſplendidæ & luce circumamictæ: talia namque erant huius ſolis verba lucidiſſimi. Illa optimè declarauit lupus ille carniuorus Paulus; hos enim illi nomen ex opinione D. Auguſt. impoſuit qui eum probè nouerat pater ſcilicet Iacob iam à bis mille annis: *Beniamin lupus rapax*: Vocatur Beniamin quia deſcendebat ex Iacob per filium ſuũ Beniamin: ipſe enim fatetur ſe natum, *De tribu Beniamin.* Quàm ferox ille & rapax incedebat. *Spirans minarum & cædis*? Hunc ſupremus ille venator inſequi ſtudet in montibus Damaſci in quibus ſe abſconderat:quale illi ſpiculum intorſit? Vnicum verbum luce diuina circumdatum, quo cor illi & animam illuſtrauit,ex quo vidit qualiter viam ſuæ percurreret damnationis: iaculum lucis in illum euibrauit: *Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei.* Qualis tunc Paulus? Quàm attonitus & Domini pedibus proſtratus? *Domine quid me vis facere?* Nympham videbis ſpecioſum, mulierem primariam ſuis adhærentem appetitibus, quæ vitiis ſe & ſceleribus velut ſiluarum latebris abſcondit: lux illi gratiæ deficit, progrediebatur vt cæteri de quibus canit Pſalmiſta: *Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*, rubis ſpinisque occaſionum veſtis illi laceratur virtutum bonique nominis,quo pudica tegebatur. Hic parum deperdit,ibi quid amplius, donec tandem cunctis nuda ſpolietur, & habeatur in ciuitate peccatrix Hæret multigenis media ſerpentibus, lacertis, pardiſque peccatorum quibus eius anima circumdabatur;ſunt etenim hæc ſymbola quibus Spiritus Sanct. in SS. litteris eam nobis deſcribit: ipſa verò præ luminis defectu tuta quieſceat.

*Ser. 14. de* 88. — *Gen. 49. 27.* — *Philip. 3. 5.* — *Act. 9. 1.* — VI. Chriſtus Paulum voce luci- da conuertit. — 2. *Cor. 4. 6.* — *Pſ. 81. 5.* — VII. Pariter & Magdalenam.

Hoc ex verbis illis interpretor: *Erat peccatrix*, verbum hoc *Erat*: ſignificat quòd firmiter dataque opera ſuis inhæreret ſordida ſceleribus, vt præmiſimus. Cœleſtis ille venator iaculum in illam retorquet, vnicum verbum ſed luce ſplendidum: eius etenim verba radij erant clariſſimi ab ipſo procedentes, luce fulgentiores quàm ipſius ſolis: *Sagittæ tuæ in lumine ibunt.* Per aures ingrediens cordis intima penetratur, animamque illuminat,quo ſeipſam peccatrix agnoſcat. Ita lego apud Diu. Dionyſ. hoc primum à Deo peccatori conferri beneficium, vt radium lucis cordi illius infundat quo ſeipſum intimiùs agnoſcat. *Primum donum quod datur homini ex reſpectu ad lumen, cognitio ſui eſt.* Cognitionem illi miſerrimi ſui ſtatus ingerit, oſtendit illi animam ſuam factam eſſe ſerpentum & latronum ſpeluncam, ſceleribus circumcinctam, diabolis ſubiectam paratis vt illam deuorent: qualem diximus fuiſſe illam quam Angelus Diuo Ioanni ſpectandam obiecit: *Facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia* 40

*Matt. 9. 35.* — *Epiſt. ad Titum.* — *Apoc. 18. 2.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*dia omnis ſpiritus immundi , & cuſtodia omnis vo-*
Iſai. 13. & 34. *lucris immunda & odibilis.* Et quales enumerat
Vates Iſaias: *Requieſcent ibi beſtiæ , & replebuntur*
*domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthio-*
*nes , & piloſi ſaltabunt ibi , & reſpondebunt ibi*
¶ VIII. *vlulæ & ſyrenes in delubris voluptatis.* Lõgam hæc
Cuius conuerſio deſcribitur. verba requirunt enodationem. Conſpicit animam
ſuam perditam, famam infamem, honorem inho-
norum, fratres ignominia notatos, Deum offen-
ſum, infernum dilatatum, dæmones rictibus leo-
num feroces vt eam ſibi prædam faciant ſempi-
ternam. Bone Deus: qualis tunc illa ? Quàm tur-
bata? Quàm attonita? Quàm anxia? Quàm à na-
tiuo calore paleſcit ? Qualiter oculi concidunt!
Qualiter vultus contriſtatur? Qualiter oculi fon-
tes fiunt lacrymarum ? Qua ratione manus ſuas
excipit nitidiſſimas , eaſque in pectus retorquet
atrociſſimè. Perpendo mimos & diſcolos illam
circumambulantes, quo ſtupore rapti ſunt, quomo-
do vnus alterum cubito tangens dixerit : quid
eſt hoc? Quæ hæc tanta mutatio? Quid eam affli-
git? Quid vidit? Quis ſic eam immutauit? perpen-
do illos ad ipſam accedentes; Domina, an quid ti-
bi moleſtum eſt? An quis te grauiter offendit? En
qui ſe offerat in tui obſequium. Heu chariſſimi,
reſponderet illa (quod Iſaias in caſu lamentabili)
Iſa, 22. 4. *Recedite à me amarè flebo. Nolite incumbere , vt*
*conſolemini me.* Procul hinc nec me lacrymantem
impediatis: eterim lacrymarum ego noui ratio-
nem. An iudicatis vitam meam talem fuiſſe quam
non deplorem ? Praua mihi ignoſcite exempla
quibus vobis lapis fui offenſionis & petra ſcan-
dali, nullus me veſtrum ſequatur , niſi fortè pœ-
nitentem.

Abit illa, in domum ſuam, ſecedit mare facta
lacrymarum, cuncta ſua deponit ornamenta, mũ-
dumque muliebrẽ, ſeipſam miratur , manus ſuas
contorquet, & quælibet operatur extrema. Heu
Magdalena, qualis modo honor tuus? In quo ſta-
tu viget anima? Qualis tibi Deus ? Quam ratio-
nem, ô miſera, de te ipſa reddes , gratiæ Dei tui
iacturam paſſa es, & patrem tuum dulcem & be-
nignum tibi effeciſti inimicum , diuino tuo
ſponſo iniuriam adultera intuliſti , fratres tuos
ſtemmate nobiles confudiſti , progeniem tuam
illuſtrem maculaſti , mundo ſcandalo fuiſti non
tolerando: teipſam tradidiſti Satanæ mancipium,
te poſſedit infernus , te flammæ manent æuiter-
næ, damnatorum tormenta parata ſunt tibi ſem-
piterna. Heu Domine mi, qualem illa filia mere-
tur pœnam , quæ profuga de talis fugit parentis
domo, in tantam tui nominis iniuriam ? An fieri
potuit, vt ego illa ſim quæ ſic laxis habenis meã
quæſiui cœca perditionem ? An talis vnquam
Pharao maris fluctibus abſorptus , vt ego crimi-
num culparumque pelago me video demerſam?
Quid agam ? quomodo auſa comparere coram
eo quem tot meis ſceleribus prouocaui benig-
niſſimum: qualiter mulier ita ſordida & abomi-
nabilis ad tantam accedet puritatem tantamque
munditiem? Brachium Dei forte eſt, quo gigan-
tes proſtrauit qui illud extenderunt , & qualiter
ego mihi flectam illud ad indulgentiam ? Leo
eſt fortiſſimus , & quomodo eius me vnguibus
iniiciam? Ignis eſt conſumens & vorax: ego fœ-
num & palea , quid de me ſperandum ſi propiùs
acceſſero? Petra eſt duriſſima qui conterit eos ſu-
per quos cadit, & ego lagena luti fragilis , quid
actura ? porrò tandẽ ſi magna ſunt peccata mea,
maior eſt eius miſericordia: ad hoc tribunal ego
rea mortis appello, coram eo me proſternam : ſi
namque Dei brachium forte eſt , pariter & ma-
nus illius adeo flexibiles, vt de illis optimè dicat
experientia edocta ſponſa chariſſima : *Manus e-* Cant. 5. 14
*ius tornatiles aureæ.* Si Leo eſt rugiens & robu-
ſtus pariter generoſus eſt qui pedibus ſuis pro-
ſtratos non dilaceret , ſed ignoſcat. Si ignis eſt ,
mare proferam lacrymarum , ſi petra eſt duos
proferam canales oculorum meorum ad pedes
illius : quia *Gutta cauat lapidem.* Tales aliaſque
rationes pectore ſuo voluebat quas eleganter in-
nata ſibi ponderant eloquentia D. Ephrem Syrus *Serm. in*
& D. Chryſoſto. per hoc igitur intelligens Chri- *mulierem*
ſtum recubuiſſe in domo Phariſæi , nullam tra- *peccatr.*
hit moram, confeſtim egreditur, accelerat atque
eius pedibus contrita proſternitur : *Vt cognouit*
*quod Ieſus &c.*

### §. 14. *Confeſtim accurrit ad vocem Paſtoris: indicium hoc eſt prædeſtinatorum, quod Apoſtolus in ſeipſo dedit , & declaratur in Noë, ſicut reprobatorum eſt dicere* Cras *cum Pharaone.*

PRimam hic videbis conditionem ouiũ Dei: 41
nam audita eius voce confeſtim ſe præpa-
rauit ad illum itura , videnſque quod illum
in domo Phariſæi eſſet reperitura omni ſepoſita *Eccle. 8. 6.*
mora cò feſtina proficiſcitur. An ergo Magdale- I.
na ne vel paruam trahis moram ? An ignoras à Magda-
Deo dictum: *Omni negocio tempus eſt & opportu-* lena vt
*nitas?* Quis ignorat conuiuij bonã non eſſe oppor- cœcis
tunitatem, vt eo quis tẽdat ploraturus & gemitus feſtinat
editurus ? quia ſicut *Muſica in luctu importuna* ad Chri-
*eſt* ſtum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccli. 22. 6 *eſt narratio*, meo quidem iudicio non minus im-
portuna, videntur alacritati & feſtiuitati lamen-
ta & ſuſpiria. Femina nobilis in omni bene in-
ſtructa comitate, an non fatebitur defectum,
commitii vrbanitatis, ſi ad domum properet a-
lienam fuſura lachrymas, vbi hoſpes illius omnia
vult ſpirare iucunditatem? An ſatis non erit vt
fiat hoc vel ad ortum ſolis, vel ad occaſum? ſuf-
ficeret hoc, niſi ouis eſſet Dei: quæ enim tales
ſunt craſtinum non expectant: nam illas Dauid
Pſ. 94. 9. præmonuit ne diutins expectent, ſed *Hodie ſi*
Ser. 16. de *vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra.*
verb. Do- Expendit eleganter D. Aug. & idem notauerat
mini & D. Hieron. coruum eſſe ſymbolum præſcitorum,
ſer. 164. ſicut eſt columba prædeſtinatorum: ita aduertes
de temp. columbam reuerſam fuiſſe in arcam, coruum
Ep. 83. ad autem nequaquam: etenim anima prædeſtinati
Ocea. quæ de Deo per creationem egreſſa eſt, ad eum
II. regreditur per gloriam, reprobi verò minimè. In
Coruus quo igitur figura ſunt? Cantus columbæ eſt ve-
reprobus lut turturis, cui proprium eſt ingemiſcere, ſuſpi-
ſignat, & rare, & lamentari: coruus autem non niſi *Cras,*
columba *Cras* intonat. Indicium eſt futuræ Saluationis
prædeſti- ſemper ingemiſcere, ſuſpirare, & deflere peccata:
natos. illi namque ſoli, dixit Angelus Ezechieli à gla-
dio liberabuntur vindice ſtrictiſſimo qui viri
Ezec. 9. 4. eſſent: *Gementes, dolentes, & flentes.* Verumtamē
nullum habes certius damnationis indicium,
quàm perpetuò ore proferre *Cras, cras*. Reſtitue
aliena: *Cras*. Peccata confitere: *Cras*. Procam di-
mitte inhoneſtam: *Cras*. *Remanſit foris* (ita Diu.
D. Aug: Aug.) *in voce coruina: quia non habuit gemitum*
Tom. 10. *columbinum. Cras cras corui eſt: geme vt columbus
tunde pectus.* Illud liquidò conſpice in prototypo
prædeſtinatorum & alio reproborum.

Paulus qualis tu es? Quo fine te Deus ſtatuit
id Eccleſia ſua? In exemplum peccatorum præ-
deſtinatorum: *Chriſtus Ieſus venit in hunc mun-*
1. Tim. 1. *dum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego*
16. *ſum: ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me
primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiā,*
III. *ad informationem eorū qui credituri ſunt illi.* Qua-
Qua ra- liter tu primus es peccatorum? An ergo nulli
tione di- antequam tu naſceteris, fuere peccatores? Ab ini-
cat ſe D. tio quo Deus creauit mundum, paſſus eſt pecca-
Paulus tores, tu verò proteſtaris dicens quòd cœperunt
primum eſſe peccatores, quando cœperunt eſſe & homi-
peccato- nes: quandoquidem eorum primus talis fuerit,
rem. vt omnes per eius peccatum peccatores conſti-
tuamur. Ex præfatis verbis ait Doctor Ange-
licus quoſdam ſumpſiſſe hæreticos, quòd cre-
derent animarum tranſmigrationem quodque
quorumdam morientium animæ reuerterentur
aliaque intrarent corpora & naſcerentur, quòd
anima Adam ingreſſa eſſet in corpus D. Pauli,
eoque ſenſu dicere potuerit: primus ſum ego
peccator. Verum manifeſtam hoc continet hæ-
reſim. Seipſum Apoſtolus vocat primum pecca-
torem, inquit D. Thom. non quoad tempus, ſed
quoad ſcelerum grauitatem phraſis etenim eſt
S. Scripturæ vocare primum in aliquo genere,
eum qui principalis eſt. Ita dixit de Alexandro
Magno: *Qui primus regnauit in Græcia*: quia 1. Mach. 1. 1.
quamuis alij Reges imperarint in Græcia, tamē
ille eos omnes longè præceſſit anteceſſores:
quia tantum Græcorum extendit regnum, vt il-
lud in mundo reddiderit omnium illuſtriſſimū:
ſed attende parumper, inquit Theologiæ ſol lu-
cidiſſimus; nec enim illud etiam verum vide-
bitur: cum alij fuerint flagitioſi ipſo Paulo ne-
quiores: quia quis dubitat quin talis fuerit Iudas
proditor Annas, Caiphas, & ſceleratiſſimi ſacer-
dotes: ſi namque Paulus Chriſtum perſecutus
eſt ait ipſe. *Ignorans feci*: illi verò tantam ſilli 1. Tim. 1. 3
mouerunt perſecutionem, vt eum crucifigerent
ſola ſtridentes inuidia.

Quando Apoſtolus ſe primum omnium repu-
tat peccatorem, intellige cum D. Thom. de pec-
catoribus prædeſtinatis tandemque ſaluatis: *Eſt* D. Tho.
*primus, non quod fuerit maximus peccatorum, qui* In c. 1. ad
*tunc erant, ſed maximus inter peccatores ſal-* Tim. lec. 4
*uatos. q. d. Venit peccatores ſaluos facere, quorum
ſcilicet peccatorum ſaluatorum ego ſum primus.*
Sicut eorum maximus fui, ita me poſui primo
loco: vt in me haberent peccatores exemplar
qui ſaluandi ſunt: *Vt in me primo oſtenderet Chri-* Rom. 9. 23
*ſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eo-
rum &c.* Quis eſt cantus tuus? Columbæ gemi-
tus: *Teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea
in Spiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt,
& continuus dolor cordi meo: optabā enim ego ipſe
anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* D. Hier.
hoc declarat, quod loqui voluerit de tēpore quo
zelo motus indiſcreto populi ſui, fratrumque Iu-
dæorum Chriſtum perſequebatur. Teſtem inuo-
co Deum (inquit) in animam meam dolorem me
pati in corde grauiſſimum quando illius ſum
memor temporis quo Chriſti inimicus fui per-
duellis: ſemper animam meam dolor opprimit
acerbiſſimus. Videamus modo quid vocatus reſ- VI.
pondiſti? Numquid in craſtinum diſtuliſti? Non D. Paulus
diſtuli: *Cum placuit ei &c. Et vocauit per gratiam* vt colū-
*ſuam, continuo non acquieui carni & ſanguini.* ba gemi-
Quàm primùm me vocauit, vocem illius audiui, tu reſ-
illique me ſubdidi, & deſerui quaſcumque præ pondit.
manibus habebam inſtructiones & litteras, ca- Gal. 1. 16.
phona-

phonarias & ita me tradidi manibus illius, vt di-
Act.9.7. xerim: *Domine quid me vis facere.*

Hic eſt, ita hic eſt peccator prædeſtinatus.
Hic ille eſt nobis datus in exemplum qui mo-
net omnes ne differant in craſtinū ſed continuò
ſiue in puncto ſe conuertant. Siſte gradum Apo-
ſtole ſanctiſſime. Nonnè dicis te poſitum à Do-
mino, vt in te patientiam ſuam eum peccatori-
bus oſtenderet infinitam, & longanimitatem qua
Ro, 9.23. præſtolatur illos incomprehenſam? *Vt in me pri-
mo oſtenderet omnem patientiam, ad informationem
eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam.* An
ergo hæc clariùs patientia non pateſceret, ſi vo-
cante te ſemel, tuis in peccatis peruicax hæreres,
& dicente tibi: deſere peccata, noua tu commit-
teres & tantò tu contumacior in culpa perſeue-
IV. rares, quantò ipſe te feruentiùs rogaret vt illis
D.Paulus pœnitens renuntiares? Attendas velim, quòd me
exemplū non elegerit exemplum peccatorum omnium
peccato- ſed ſaluandorum, illorum de quibus conijcere
rum præ- poſſumus, eos eſſe prædeſtinatos: *Qui credituri
deſtina- ſunt illi in vitam æternam.* Liquidò probat Deus
torum. in me miſericordiæ ſuæ magnitudinē erga pec-
Gal. 1.10. catores, atq; ex illa qua me præuenit miſericors,
eximiam concipere poſſum fiduciam, quotquot
☞ 42 tales ſunt peccatores. D.Chryſoſtom. *Ad confir-
Ho.4 in mationem illorum* & declarat quadem ſimilitu-
C.4.prima dine: *Sit verbi gratia ciuitas quædam populoſa, cu-
ad Timot. ius ciues omnes mali ſint, alij plus, alij minus, omnes
tamen peccatis obnoxij. Vnus autem inter cæteros ſit
ſceleribus clarus, ac præ omnibus ſupplicijs dignus:
quippe qui omne genus nequitiæ exercuerit. Si igi-
tur dixerit quiſpiam Regem omnibus velle culpas
dimittere, non fides verbis adhibetur, ſicut ſi videat
eum qui plus omnibus, grauiuſque deliquit, veniæ
fuiſſe donatū. Nulla enim iam ambiguitas remanere
poterit, quia omnibus ignoſcere velle exiſtimetur
Rex qui eum abſoluerit, qui erat præ cæteris pecca-
toribus inſignis: hæc & Paulus ait &c.* Clariſſimè
patefacit in me Deus prægrandem ſuam erga
peccatores miſericordiam & immenſam ſuā pa-
tientiam: cum enim tanta forent mea crimina,
tam enormia, longoque tempore continuata, pa-
tienter tamen me tulit & expectauit & ſuſtinuit
infatigabilis cuncta ignouit meque ſuum crea-
uit Apoſtolum. Porrò ſtatuit me vt exemplar
peccatorum prædeſtinatorum & ſaluandorum,
qui in hoc ſibi debent proſpicere vt mea ſectan-
tur veſtigia, nec hac abutantur patientiâ, ſed à
Deo vocati & illuminati, continuò non acquieſ-
cant carni & ſanguini. Quando vocauit me mil-
le mihi caro proponebat argumenta, fundata in
immenſa Dei patientia, quibus mihi moram in-
ijceret: tempus adhuc ſupereſſe, craſtinum illu-
ceſcere, anno proximo, Deum eſſe patientiſſimū,
locumque date pœnitentiæ: porrò aures his nō
præbui rationibus, non enim exemplum ſum &
ſignum talibus diuinæ patientiæ; illi potius ſuā
poſſunt timere perditionem: ſed illis ſum qui
prædeſtinati ſaluantur: *Qui credituri ſunt illi in
vitam æternum?* tales autem moras non nectunt,
ſed quàm primum Dei vocem intelligunt, velo-
ciores accurrunt: *Vocauit me per gratiam ſuam
&c. & continuo non acquieui.*

Si quid intelligo poteſt illud aptè declarari per VI.
hiſtoriam illam quam legimus in libro Geneſis. Allegoria
Ob tanta tamque execranda ſcelera, qualibus de hiſto-
mundus inquinabatur immodicè Deus ſtoma- ria Arcæ
chatur: *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* Noe.
Modum loquendi conſidera: non ait: omnis caro
ſequebatur viam ſuam: quaſi dixiſſet: omnes ho-
mines ſuos ſequebantur affectus, paſſiones & car-
nis inclinationes: cum enim ſciamus illas om-
nes ſpiritui & rationi repugnare, vt ait Apoſtol.
ſufficeret hoc ad indicandum omnes plenos eſſe
ſceleribus: ſed ait: *Omnis caro corruperat viam* Gen.6.12.
*ſuam.* Quibus indicat illa non fuiſſe crimina de
grege communia, quæ committuntur carnis in-
dulgendo deſiderijs, ſed extraordinaria corrup-
torum appetituum contra ipſam carnis naturam
& naturalem eiuſdem inclinationem. Delere
ſtatuit Deus mundum; cæterum quia dum ma-
gis ira illius incandeſcit, miſericordiæ ſuæ recor-
datur, ſicut Propheta teſtatur, egit vt tali modo
mundum extingueret vt aliqui remanerent in
quibus eſſe & natura hominis ſalua conſeruare-
tur. In eum finem iuſſit à Noe arcam fabricari.
Illam fabricauit centum annorum curriculo: tan-
to quippe tempore voluit differre Deus, ad mi-
ſericordiæ ſuæ oſtenſionem, vtque ſi ſaltem ex
huius fabricæ Noe conſpectu, meliores ſibi pro-
ſpicerent.

Abſoluitur arcæ fabrica, & loquitur Noe Deus:
*Ingredere tu & omnis domus tua in arcam &c. &* Gen.7.1.2.
*ex omnibus animantibus &c. adhuc enim & poſt
ſeptiem dies ego pluam ſuper terram quadraginta
diebus &c. Et delebo omnem ſubſtantiam quam feci
&c.* Audit Noe vocem Domini, notaque Spiritus
S. quod *In articulo die illius ingreſſus eſt Noe &
Sem, & Cham, & Iapheth, ipſi & omne animal ſe-
cundum genus ſuum.* Quid hoc ſignificat *In arti-* Gen.7.13.
*culo die illius*: Aduertit noſter Caietanus. In He- VII.
bræo legi *In proprietate diei illius*, quod ſignificat, Cur Noe
quod inter nos dicimus ad denotandam promp- ſtatim ar-
tam executionem. In illo proprio die, quo man- cam in-
datum eſt hoc illi, perfecit. Lypomanus Epiſ- trauerit.

cop.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cop. Veronenſis opinatur quòd etiam textus Hebraicus magis promptam declaret obedientiam: quod enim in noſtro legimus: *In articulo*, legit: *in puncto diei illius* id eſt ipſo inſtanti illius diei ingreſſus Noë cum cæteris in arcam, & ſtatim *Clauſit à foris oſtium Dominus.* Multa ſunt hic conſideratu digna. Dicito mihi ſanctiſſime Patriarcha, ad quid ita feſtinas? An non Deus te verbis expreſſis ſecurum reddidit, diluuium non mittendum niſi poſt ſeptiduum? Cur ergo illic adhuc non moraris, & labentibus illis aëre gaudes ampliſſimo & luce ſolis gratiſſima? Ne teipſum tam anguſta coarctes manſione, tempus etenim habebis ſufficiens, vt illam ingrediaris. Deinde quid feſtinat Deus arcam concludere: cum nonniſi poſt ſeptiduum miſſurus ſit inundationem?

VIII. Cur Deus oſtium foris recluſerit.

☞ 45

Perpende primò cum D. Chryſoſtom. quem fusè ſequitur D. Ambroſ. quàm congruè declaret Deus longanimitatis ſuæ & patientiæ magnitudinem: cum enim centum annis ſuſtinuiſſet eos expectans poſtquam Noë præceperat vt homines diluuio à ſe mittendo perterreret, etiam tempore hoc elapſo, & extructa iam arca, & Noë cum cæteris illo incluſo, quo cuncti viderent quod per hoc illis ſignificaret vicinum iam inſtare diluuium, nihilominus ſeptiduo diſtulit illud, mundo concedens conuertendi ſe tempus, per hoc omnem reſcindens fiduciam alterius largioris, atque ad tam breues dies illos reducendo: quia quantumlibet obduratus ſit aliquis, ſi iam proximum & quaſi præſens videat ſupplicium, ſe continet, vt vidimus in Niniuitis: nam illis non niſi quadraginta dierum conceſſo tempore, ad meliora conuerſi ſunt, *Attende bonitatem diuinæ excellentiam* (ſic monet D. Chryſoſto.) *qui modo poſt tantam longanimitatem etiam nunc ante ſeptem dies prædicit, volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiam illos reducere. Conſueuimus quidem negligentiores eſſe, quando differtur & protrahitur punitio. At ſi vicini ſumus iis, quæ offendere poſſunt, tunc humiliamur & plurimam oſtendimus conuerſionem, id quod in Niniuitis contigit &c.*

D. Chr. Ho. 24. in Gen. poſt med. To. 1.

IX. Dei patientia erga peccatores expenditur.

His addere libet D. Ambroſ. *Non otioſum videtur quod non plures, aut pauciores interpoſiti ſint dies, ſed tot quot in conſtitutione mundi fuerunt. Admoniti ſunt homines, vel ex numero dierum quibus conditus eſt mundus, quod ad conditorem ſuum, non lacrymis ſolum & precatione, ſed & correctione morum reconciliare debuerat. Ergo ſpatium ad pœnitentiam dedit Dominus, magis volens ignoſcere quàm punire, vt imminentis diluuii terrore ſuſpenſos ad veniam cogeret poſtulandam, quo dum periculum futuræ mortis horreſcunt impietati atque iniuſtitiæ renunciarent: vt hinc quoque Domini clementiam colligamus, quia multorum malorum offenſionem à conſtitutione mundi in finem vſque contractam, paucis diebus, ſi pœnituiſſet eos, voluit relaxare.* O qualem patientiam! ô qualem tantorum temporum & annorum expectationem Deo propriam! O qualis miſericordia peccata dimittere tot annorum commiſſa centuriis, ſi in vno ſeptem dierũ pœnitentiæ lamenta ſuſciperent! Deinde ſecundum perpende, cum Noë ſecuram haberet verbi diuini promiſſionem, adhuc ſeptiduo diluuium eſſe differendum hominibus cõceſſum ad conuerſionem, priuſquam illos diluuio demergeret: in articulo quo Deum audit ſibi loquentem, *In articulo diei illius, in proprietate diei illius, in puncto diei illius*: fugam & ſeceſſum meditatur de mundo ad locum ſecuriorem, nec verba auſcultat multorum, quod notat D. Chryſoſtom. quibus ab illis vt delirus ſenex & impoſtor vapulabat: non eſſet cur Dei iram extimeſceret, cuius patientia erat infinita: quatenus ex hoc diſcas, quod quamuis ſciant viri electi, ita ſe rem habere, imo, aliquando certam habeant de longanimitate promiſſionem, illã tamen non expectent ſed quàm primum eius vocem audiunt, accurrunt illique veloces obediunt.

D. Ambr. L. de N. e & arca c. 13. in princ. T. 1.

X. Electi ſibi ſemper timent.

Hoc in D. Paulo commendatur, illo, inquam, quem Deus nobis exemplum propoſuit & ſignum peccatorum prædeſtinatorum: etenim hoc maximum eſt indicium, ſi quàm primum Dei vocem percipiunt, peccato renuntient, eiuſque vocationi celeres obtẽperent. E contrario do tibi Pharaonem reproborum exemplar: nam illum ipſum vt talem nobis Deus aſſignauit, vt ait D. Paul. *In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam &c.* Quid non egit Deus cum illo? Quot voces? Quot vulnera? Quot flagra quibus Deus illum conatus eſt excitare? Qua cum illo non vtitur patientia, qua non benignitate? *Suſtinuit multa patientia.* Et quid reſpondit? Maledictus erat coruus, inquit D. Auguſtinus: *Habebat vocem coruinam*: perpende qualiter Moyſes ex Dei nomine Regem accedat libertatem populi ab eo poſtulaturus? vno & altero cædit illum flagello, quid reſpondet? *Cras, cras, cras: demiſi tam.* O maledicte corue, cum illa tua ſit vox maris profundo demerſus interiſti. O tales miſeris miſeriores: *Cras inquit* (ſic illi D. Auguſtinus) *ecce quoties dices cras, cras, factus es coruus, ecce dico tibi, cum facis vocem coruinam occurrit tibi ruina*:

Rom. 9. 17

XI. Coruina vox cras, cras, damnationis index.

Exod. 8.

D. Augu. Ser. 164. de temp. nam To. 10.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nam ille coruus cuius vocem imitaris, exijt de arca, & non redijt.*

Dubito num aliàs non expendimus modum agendi Vatis Sophoniæ cuius cum non recorder, minus erit inconueniens illum repetere quàm omittere: Proph. hunc contemplare, noſtro loquẽdi modô per plateas tranſeuntem, qui domum videat in qua ad feneſtras tranſennæ pendent paſſerculorum & in ſuperliminari portæ ſtantem coruum: caput agitat Proph. & ait. Væ tibi domus, actum eſt de te vires eius & fulcra deficiẽt

Soph. 2, 14

& collabetur: *Vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari quoniam attenuabo robur eius.* Bone Deus vnde quæſo tale iudicium? Quot ſunt qui paſſeres alunt, alaudas, philomelas, turtures &c. & è feneſtris ſuſpendunt, & quot ſunt quorum portis inſidet coruus cantu ſuo domeſticos recreans: imo etiam exteros motibus ſuis & actionibus, quæ quandoque ita ſunt admirabiles vt iudicio pollere videãtur? Qua de cauſa eius Proph. ruinam prædicet qui tales alit? Magnum hic cœlo myſterium. Paſſeres delicias denotant ſenſuales & carnales, eaque peccata quæ patrat aliquis vt ſuis placeat appetitibus, nũc carnis, nunc aua-

Luc. 8. 13.

ritiæ, nunc ſuperbiæ. Nec mireris quòd illa comparem paſſerculis, quibus Saluator noſter dæmones comparauit in parabola ſeminantis; animam conſidera vitiis vltra modum traditam & intellige in domo illius hos cantare paſſerculos. Quam volupe ſuo delectatur concubinatu fornicator, bonis alter alienis, ſuis odiis alter flagrans & vindictis exæſtuans: ille ſuis detractor murmurationibus. An tali poſſet eſſe remedium? Attende num ad portam cordis id eſt oris ſedeat coruus, attende num ad illam corui vox audiatur, *Cras, cras.* Si quando Deus illum vocat, reſpondeat, *Cras cras.* Si quando tibi dicit prædicator vt amicam manu mittas & carnis renunties delitiis, reſpondeas: *Cras, cras,* ſi quando tibi conſulat confeſſionem, reſpondeas, hebdomada ſancta *Cras:* Si hoc fit, infelix attende quòd paulatim vires deficient animæ ablatis diuini fauoris fundamentis, tota collabetur in æternam deſtructa dãnationem. Hoc eſt quo te percellit Deus. Hæc eſt illa reprobi calamitas, quòd numquam reſpondeat vel dicat ſe nolle: numquam dicis quòd velis damnari, vel à Diabolo abripi, ſed quòd non tam cito, cras, tempus mihi ſupereſt. O coruum fœdifragum, *Cras cras,* Caue tibi, minatur Deus: etenim tibi vita deficiet, vires, auxilium Dei, eiuſque miſericordia.

☞ 44
In pſ. 134
Pſ. 134. 9

Niſi fallar ſpectat hiſtoriam Pharaonis quam trutinat & euoluit D. Auguſtin. illa pſalterij verba enucleans: *Miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte in Pharaonem & in omnes ſeruos eius.* Meminit facinorum Domini in Ægypto, quibus reprobum illum Pharaonem eiuſque miniſtros caſtigauit. Quæ non illis ſigna miſit? Et omnia paruam attulerunt vtilitatem: quia in domo illa coruus morabatur. *Cras, cras* reſpondebat reprobus ille coruus: hinc manum ſuam ſuſtulit Deus & fauorem, hinc miſero illi robur attenuatur, vnde pelagi fluctibus abſorptus demergitur irreparabilis, quia Pharao, interprete D. Auguſtino ſignificat *Diſſipationem:* nam in quibus eſt Pharao, vires illorum diſſipantur & extenuantur, ſicut liberi arbitrij, ita & chariſmatum cœleſtium, quæ Deus iuſto quidem ſupplicio ab eis retrahit, qui illa ſibi à Deo oblata reſpuunt & aſpernantur: *Attenuabo robur eorum.* Dicito mihi ſiniſtro ſydere nate cum Diuo Auguſtino cur in diem differs craſtinum? An dum pugione vulneraris, fluitque ſanguis copioſus, differs in craſtinum? Quando domus tua incendio vaſtatur, an craſtinum expectas. Dicito mihi nequiſſime mortalium craſtinum diem quis tibi promiſit? Et licet præſcires te in craſtinum victurum, nonne ſatius eſſet hodie incipere, vt mane hoc poſſes abſoluiſſe. Vita tua vel breuis eſt vel longa: ſi longa quantò illius pars longior bona fuerit, tantò tibi commodius eſt: ſi breuis, conſultum eſt vt bona ſit: *Si longa erit, melius bona erit: ſi breuis erit, bene factum eſt vt bona produceretur.* Eia igitur chariſſime teipſum conſidera: qua voce loqueris, coruina an columbina? O Magdalena columba reſidens ſecus torrentes aquarum lacrymarum, cuius cantus eſt gemitus, quid actura? Quid actura? niſi quod columba, quæ diuina luce miſerum ſuum contemplata ſtatum, non inuenit vbi requieſcat, figatque pedem in ſuorum diluuio peccatorum: iam non illi placet conuerſatio & diſcurſus, non videre & videri velle, non monilia, non ceruſſæ, non amaſius qui domus oſtium frequens circumeat: iam nullam in mundo reperit feſſa requiem: etenim in illo ſe perditam luget: iam non in ſeipſa: nam ſe plurimis plenam dolet incommodis: ad Chriſtum aduolat, vt columba ad arcam: *Vt cognouit &c.*

XII. Probatur in Pharaone.

XIII. Magdalena cum columba gemit.

§. 15. Stans retro ſecus pedes eius. *Chriſti ſequelam intendit, vt ouis illius: baiulans ſibi crucem pœnitentiæ: per hanc tuam examina.*

☞ 45 ATtende ſecundum iudicium quod Chri-
ſtus ouibus ſuis impoſuit. *Sequuntur me.*
Eſt Chriſtus vt diximus heri primus præ-
deſtinatus, & omnium caput prædeſtinatorum,
eorumque exemplar, quem Pater æternus poſuit
imaginem, cui ſe conformarent quemque imita-
rentur quotquot ſaluandi ſunt: idcirco antece-
*Rom. 8. 29* dit: *Primogenitus in multis fratribus.* Illius hæc vox
*Isa. 8. 12.* eſt: *Venite poſt me. Qui ſequitur me, non ambulat
in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* Eſt Magdalena
ouis Dei atque vt talis (inquit D. Petr. Chryſolo.)
ſe ſtatuit à tergo illius: *Stans retro.* q. d. Tua Do-
mine ſequi contendo veſtigia. Viſque modo ſe-
mitas ſecuta ſum Satanæ, meas inambulaui vo-
luptates, viam percurri perditionis: nunc autem
dirigere pedes meos exopto & in eo collocare,
qui vera rectaque eſt via, qui de ſeipſo teſtatur:
*Ioa. 14. 6.* *Ego ſum via*: eiuſque paſſus ſequi propono qui
rectà tendit in cœlum, eoque animas ducit, vt
*Iob. 13. 11.* dicere poſſim cum Iob: *Veſtigia eius ſecutus eſt pes
D. Avgv.* *meus. Acceſſit igitur non ad caput, ſed ad pedes,* in-
*Li. 50. Ho* quit D. Auguſtinus, *& quæ diu male ambulaue-
Hom. 23.* *rat, veſtigia recta quærebat.* Addamus D. Pe. Chry-
*Tom. 10.* ſolog. *Stans retro vt Chriſti veſtigijs innixa percur-
D. Pet.* *reret per viam vitæ quæ per viam cucurrerat mor-
Chrys.* *tis.* Modus ſequendi Chriſtum is eſt quem ipſe
*Serm. 93.* nobis declarat, ſcilicet abnegãdo ſeipſum & pro-
*Matt. 16.* priam tollendo crucem: *Si quis vult venire poſt
24.* *me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam &
Luc. 9. 23.* *ſequatur me.* Expende verbũ *Crucem ſuam*: etenim
I. quiſque ſuam habet propriam ſibi conuenientẽ,
Via pec- & illa quæ propria eſt peccatori, vera eſt pœni-
catoris tentia. Hanc noſtra tollit peccatrix, ſibique baiu-
ad cœlũ lat adeo ſceleribus ſuis culpiſque congruam, vt
eſt pœni- omnes nos peccatores admoneat, qualiter eam
tentia. ſuſcipiamus, & ſingulis nobis, vt opinor illam
Dominus digito demonſtrat dicens nec interro-
gatus, id quod Simoni dixit: *Vides hanc mulierẽ?*
Erat Chriſtus magiſter omnium eminentiſſi-
mus omneſque docturus, atque vt talem omnes
accedebant inſtruendi in eo quod illos ſcire cõ-
ueniebat. Apoſtoli non ignorantes orationis ne-
ceſſitatem, vt ſcirent qualiter illam facerent, il-
*Luc. 11. 2.* lum conuenerunt interrogando. *Domine doce nos
orare.* Docuit illos atque: Sic orabitis: *Pater no-
ſter*, &c.

Accedit illum adoleſcens affatim diues ſuæ ſa-
lutis auidus, eumque interrogat: *Magiſter bone* *Matth. 19.*
*quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Cui Domi- *20. 22.*
nus. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Deſi-
derat viam compendioſam ſcire tantæ gloriæ
eumque de modo percunctatur: & illi reſpõdet,
hoc ipſe ageret: omnia amore eius deſereret, ſuaſ-
que pauperibus opes elargiretur. Omnes accede-
bant vt docerentur ab eo in iis quæ erant illis
maximè conuenientia. Quibus magis conuenit
doceri quam nobis peccatoribus, quomodo nos à
peccato liberabimus? Qua ratione diuinam pla-
cabimus iram? Qualiter ex habitaculis dæmo-
niorũ, nosipſos templa faciemus Spiritus S.? Quis
modus egrediendi de diabolica ſeruitute? Quis
nos docebit methodum ſoluendi tanta & tã im-
menſa debita, qualia ſunt noſtrorum ſcelerum
infinita? Reſpondet nobis, per verã pœnitentiam:
Quia verò hæc nobis dicendo generaliter, mini-
mè nobis videtur ſatisfactum, & quaſi ab illo
quæreremus, vt doceat nos qualiter ſit facienda:
digitum extendit nobiſque loquitur: *Vides hanc
mulierem?* Illam intuere: ad hoc enim illam tuis
obiicio ſpectandam oculis, vt tibi ſit magiſtra.
Diximus non perfectè impletum eſſe munus
præceptoris ſi ſolis verbis theoricam doceat, niſi
cum illis quædam adferat indicia, in quibus pra-
ctica videatur exercitata.

Magiſter optimè hanc theoricam quam nos II.
doces in materia de pœnitentia, præbe illam no- Magda-
bis in praxi & exemplo, vt eam faciliùs addiſca- lenæ pœ-
mus. Placet: *Vides hanc mulierem?* Siquidẽ Chri- nitentia
ſtus exemplar eſt omnium virtutum quas exer- imitanda
cere nobis conuenit, nobiſque dixit: *Exemplum* proponi-
*dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis, ita &* tur.
*vos faciatis*: dicere tamen poſſemus, quòd in quã- *Ioa. 13. 15.*
tum numquam fuit peccator, ſeipſum numquam
nobis dedit exemplum eius quod conuenit face-
re peccatoribus. Et licet reſpondere poſſet, quod
ſiquidem propria nulla habuerit peccata, tamen
omnia ſibi impoſuit aliena, & pro iis pœnitentiã
ſuſcepit quaſi fuiſſent propria, tot genera perfe-
rens tormentorum, vt dicendum erit die Lunæ,
quibus ſufficienter inſtruimur, quam pœnitentiam
& qua ratione debeat eã facere peccator pro ſuis
flagitiis: quandoquidem tantam ſuſceperit pro
alienis: ad maiorem tamen inſtructionem nobis
vult exemplum proponere pœnitentiæ ſcilicet
hanc mulierem, quam monet vt inſpiciamus.
Scire deſideras ô peccator qualiter tibi ſit a-
genda pœnitentia: *Vides hanc mulierem?* Idcirco
Euangeliſta omnia ſigillatim enumerat noſtris
oculis omnes illius obiiciens actiones: qua-
tenus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tenus illas videntes exteriores, & per eas interiores animæ illius intelligentes, pœnitentiam agere diſcamus.

III. Pœnitentia debet eſſe probata & examinata.

De hac materia admodum fusè ſcripſerunt Diu. Cyprian. in lib. cui titulus *De lapſis*, & Diu. Ambroſ. in duobus de pœnitentia & alio particulari quem de eadem materia compoſuit, & ambos imitatus Tertullianus cui Cyprianus plenis buccis titulum nomenque dedit Magiſtri, qui alium librum de eadem materia compoſuerat; ſupponunt igitur hoc primum quod Tertullianus in ea ponit vt fundamentum. Nempe; ſciat peccator non qualibet pœnitentia Deo ſatisfieri, ſed ea quæ probata eſt, ſi quando debitum ſoluis in nummis Regalibus eo tempore quo multi falſi & ſuppoſititij introducuntur, qui illos recipit non ſibi ſatisfacit niſi eos examinet, & aliquando ad cotem approbet: quantò minus tibi credendum, quòd Deus ſibi credat ſatisfactum, quando ad illum accurris cum pœnitentia illi ſatisfacturus, ſi prius probata non ſit & examinata cum ita ſit quod ſunt tot deficientes imo falſæ! *Si ergo qui vendunt* (inquit Tertullianus) *prius nummum quo paciſcuntur, examinant ne ſcalptus, neue raſus, ne adulter, etiam Dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercedem, perennis ſcilicet vitæ conceſſurum.* Ad litteram D. Ambroſ. hæc verba ſumit & eodem illo modo proponit. Hoc ſignificare debuit cœleſtis ille ſponſus declarans myrrham diſtillantem de ſponſæ digitis eſſe probatiſſimam: *Myrrham probatiſſimam.* Et bene quidem: multæ namque ſunt pœnitentiæ quas veras eſſe dixeris & adulteræ ſunt, noſque monet Spiritus S. de multis qui pœnitentiam egerunt quæ vera videbatur ſed fallax erat & adultera.

Tertvl. Li. de pœnit. c. 6.
IV. Similitudo.
Lib. 2. de pœnit. c. 1.
Cant. 5. 5.

Iam millies expendimus quod nobis de ſacrilego illo Rege Antiocho refert Spiritus Sanct. Grauiſſima fuerunt illius ſcelera quandoquidem ipſi Deo bellum intulerit, templo eius & populo, ſeruos illius morte duriſſima interimens, nominatim autem ſeptem illos fratres Machabæos, inhumaniſ adeo cruciatibus vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius, vt in SS. litteris comperimus, quibus enarrandis amplū expendit capitulum. Cum iam toto nequitiarum ſuarum furore raperetur, iniecit illi Deus manū, grauiſſima cum proſternens infirmitate & dolore viſcerū intolerabili, erumpentibus vndique vermibus, quibus per momenta ſingula conſumebatur, fœtorem exhalans adeo grauem vt nec ipſe ſeipſum ferre poſſet. Illo igitur flagro percuſſus, in ſe reuertitur & enormia ſua cognoſcens delicta, ad pœnitentiæ lamenta confugit: *Hinc cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus: & cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet: ita ait: iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo.* O quanta pœnitentia, ſi ſpectes exteriora, Dauidem antecurrit: quia primò cœpit à ſcelerum ſuorum confeſſione, & proteſtatione iuſtè luere ſe, deinde conuerſus ad Deum lacrymis cœpit diuinam eius implorare miſericordiam, pectus ſuum repetito ſæpe verbere contundens, paſſus ſe culpæ reum quam agnoſcebat, cuius iam pœnitebat; ſe ſatisfacturum proteſtatus, reſtituendo in integrum quæcumque damna intuliſſet, ſpondenſque de futuro vitæ correctionem: nec non promittens quod animo non ficto ſed ſerio diuino ſe conſecraret famulatui, eiuſque perpetuus foret præco miſericordiarum, quodque nemo tanto ſtudio diuina conaretur ſacrificia cultumque promouere: Hoc nedum ſolis dicebat verbis, ſed inſuper promiſſis affirmabat & iuramentis, imo ſcedulam conſcribebat, in qua ſeipſum ad talia obligabat. Vt autem pateret hæc ſolis non inſiſtere verbis, iam in ipſo inſtanti ipſo opere damna ſæpe illata cœpit reſarcire. Ipſum Spiritus S. talem nobis obiicit & talia promentē verba vt grauiora dicere non potuiſſe videatur, nec magis ſignificatiua, maximè omnium quos vidit mundus contritum proponendo pœnitentem His non obſtantibus aſſerit quòd his actibus inhærens qui veram videbantur ſapere pœnitentiā à diabolo raptus æternùm interierit: quia talis non fuit ſed apparens, ficta, & adultera, vt aliàs ex D. Thom. declarauimus.

[illegible] 46 Ho. 35. nu. 8.
V. Antiochi pœnitentia probata non fuit.
2. Mach. 9. 11.
3. p. q. 86. ar. 1. ad 1.

Perpendit Diuus Chryſoſtom. quod D. Paulus ſcribit ad Hebræos hortatur illos vt ſibi cauerent ne forte, quod Eſau contigit, ipſos apprehendat Quid Eſau contigit? In tantam prolapſus eſt vanitatem & inſipientiam, vt maioratum ex natura illi debitum illuſtriſſimæ & ditiſſimæ familiæ patris ſui Iſaac lentis edulio diſtraxerit: deinde damnum ſuum aduertens, factique pœnitens, effuſis lacrymis & ſingultibus egit pœnitentiam, quæ tamen illi minimè profuit, nec culpæ conſecutus eſt indulgentiā: *Profanus Eſau qui propter vnam eſcam vendidit primogenita ſua. Scitote enim, quoniam & poſtea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus eſt: non enim inuenit pœnitentiæ locū, quamquā cum lacrymis inquiſiſſet eā.* Vocat illum profanum, quia maioratus ille quem vendidit, nedum bona continebat temporalia, ſed etiam dignitatem ſpiritualis ſacerdotij in lege naturæ primogenituræ dedicatam. Malum

Ho. 31. in cap. 11. ad Hebr.
VI. Nec etiā pœnitentia Eſau.
Heb. 12. 16
Gē. 27. 38



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

apprehendit, quod fecerat, pœnituit, egit pœnitentiam tam amatā: effudit lacrymas, tremituſque edidit inſolitos, quoad exteriora ex intimo cordis affectu, qualiter nobis Moyſes deſcribit:

Gen. 27. 34.

*Irrugiit clamore magno*, viden illum? Quales illæ lacrymæ? Qui gemitus quæ ſuſpiria? Sit igitur tibi in comperto hanc illi non profuiſſe, pœnitentiam & à Diabolo raptum ad tartara vt reprobatum: *Sciote, quoniam reprobatus eſt, & non inuenit &c.* Stupet D. Chryſoſt. & ait: quid hoc rei. Pœnitentiam lacrymis, gemitibus, & ſuſpirijs ornatam quæ de corde dixeris emanare, nequaquam illi profuiſſet? *Quid hoc eſt? Expellit ne pœnitentiam?* Per hoc an virtus deletur pœnitentiæ? *Si ſeipſum condemnauit, ſi valde eiulauit, cur non inuenit locum pœnitentiæ?* An forſitan quædam peccata robur euincunt pœnitentiæ? *An quod peccauit maiora, quam vt eorum poſſit agi pœnitentia?* Minimè gentium. Cauſam inquiris? *Quoniam non quomodo oportuit.*

VII. Nō omnes pœnitentiæ veræ sūt.

Ne tibi perſuaſeris omnes pœnitentias eſſe legitimas ſufficientes. In his omnibus tantus interuenit dolus, vt D. Ambr. cum maturè conſideraſſet quanta requirantur ad veram pœnitentiam, & quanta nobis communiter deficiant, ſtupendam hanc exprimat propoſitionem: quod poſt dierum ſuorum terminum, plures inueniſſet integros vitæ ſceleriſque mortalis puros, quàm veros ex animo pœnitentes.

D. Amb. Lib. 2. de pœ. ca. 10. Tom. 1.

*Facilius inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quam qui congrue pœnitentiam egerint.* Quid cogitas (inquit) vnam ſufficere lacrymam? Iam enim te ſatisfeciſſe exiſtimas propoſito languido quod dicto citius euanuit? An iam deletam tuam arbitraris culpam, cū tibi videris de ea pœnituiſſe & quidem adeo tepidè qualiter teſtatur velox nimis eiuſdem peccati recidiua? An ergo iudicas nihil aliud agendum quàm modico tempore genua flectenda & breues perlegendas orationes Dominicas & ſalutationes Angelicas: Hoc tibi perſuaſum ſit, magnū requiri animum, magna opera, magnam mutationem, magnos actus, magnas vigilias, magnas auſteritates, & ſuper omnia vt ex toto in alterum, ab eo quod fuiſti, virum mutetis: *Renunciandum ſeculo eſt, ſomno ipſi minus indulgendum quàm natura poſtulat, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpirijs, ſequeſtrandus orationibus, viuendum ita vt vitali huic moriamur vſui, ſemetipſum ſibi homo abneget & totus mutetur &c.*

VIII. Admonitio ad pœnitentes &

Ex prædictis D. Cypr. vt in lib. cit. ita in diuerſis epiſtolis ad Presbiteros & Diaconos Romanos peccatores proteſtatur ne ſtatim perfectam ſuam arbitrentur eſſe pœnitentiam: quia ſæpe crederent ſufficientem, & maximopere fallerentur: deinde grauiter monet confeſſarios, eorum muneris eſſe ſedulò pœnitentes examinare & notare quòd ſæpe qui faciles ſunt in illis abſoluendis & ſe mites oſtendunt, qualibet contenti pœnitentia, nedum illos non abſoluunt ſed decipiunt, & quos crederes abſolutos ab illis dimitti, deluſi reuertuntur: ipſi verò coram Deo deluduntur: *Non erigitur lapſus* (verba ſunt D. Cypr.) *Sed per Dei offenſam magis impellitur ad ruinam. Irrita & falſa pax periculoſa dantibus, & nihil accipientibus pro futura.* Eadem verba repetijt D. Ambr. in multos inuehens, qui ioco ſuſcipientes pœnitentiam, ilico volunt abſolui. Audiamus illum: *Hi non tam ſe ſoluere cupiunt, quam ſacerdotem ligare: ſuam etenim conſcientiam non exuunt, ſacerdotis induunt.* Quid igitur agam vt verum confidam meam eſſe pœnitentiam? *Vides hanc mulierem.* Inquit Saluator? illa etenim *Omnibus qui volunt pœnitentiam promereri, magiſteriū præſtat.*

confeſſarios.

D. Cypr. Epi. 11. ad Martyres & Confe. & Epiſt. 12. ad fratres non plene confitentes & Li. de lap: D. Amb. L. de pœn. c. 8. & 9. Tom. 1.

## §. 16. Stans. *Pœnitentiam animo ſuſcipit robuſto: nec enim ad illam debet eſſe minor, quam fuit ad culpam; in quo imitata eſt Hiel de Bethel.*

ACtiones illius diligenter expendamus cū 47
enim illas Euangeliſta ſic ſigillatim noſtris obijciat oculis, omnes noſtræ militāt inſtructioni. Hæc ea prima eſt: *Stans*, quam communiter auctores explicant q. d. ſtetit retro à tergo Domini. Iudæi ad conuiuium menſas erigebant altiores & in illis mappas extendebant, conuiuæ verò circumcirca recumbebant ſuper lectulos vnde quaſi proſtrati iacebant verſa facie ad menſam, pedes habentes deſotis. Hæ menſæ aliquando altiores erant & credunt nonnulli, quod in domo Phariſæi, vbi Chriſtus aderat cōuiua, tā alta eſſet vt recumbens foris pedes protrudens, tam altos eos haberet vt Magdalena ad illos acceſſura erecta ſteterit. Dicunt hoc vt vim verbi *Stans* ſaluent, quod videtur illis non poſſe verificari, niſi intelligendo, quòd erecta in pedes ſteterit. Cæterum opinor ego quòd tam alta non fuerit menſa: ſi namque ita fuiſſet, non congruè diſpoſita foret ad deferenda cibi potuſque fercula, illis tam altè recumbentibus, ſi tantum accedere poſſet, qui circuibat illam, ad pedes vſque conuiuantium.

I. Quales fuerint mēſæ Iudæorum.

Quod ſi conuiuium illud Aſſueri celeberrimū attendatur, notat Spiritus S. ipſos lectulos quibus conuiuæ incumbebant ſtratos fuiſſe ſuper pauimen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eſthe,1.6. pauimentum: *Lectuli quoque aurei & argentei, ſuper pauimentum ſmaragdino & pario ſtratum lapide &c.* Sic enim expediebat, vt menſæ inſeruientes munere ſuo fungi poſſent ſine vlla commiuarum moleſtia: vnde intelligo verbum illud *Stās* non tantum ſignificare aliquem ſtare erectum, quantum in aliquo loco tutum eſſe & conſtantem.

II. Quid ſignificet *ſtans.*

Sic Angeli Lot præceperunt. *Ne ſtes in omni*
Gē.19.18. *circa regione*: & Moyſes populo: *State & videte*
Exo.14.13 *magnalia*, hinc duo loca conciliantur prima facie ſibi contraria. Quando populus peccauit, Deum adeo grauiter, vt notum eſt, exacerbans, vitulum conflans & adorans, tanta bile Deus commouetur, vt dicat Dauid: *Si non Moyſes electus eius ſte-*
Pſ.105.23 *tiſſet in confractione in conſpectu eius.* Si Moyſes Deo charus poſt confractas tabulas non ſtetiſſet in conſpectu Dei, gentem illam idololatram Deus ipſe perdidiſſet. Si percuncteris à Moyſe qualiter factum fuerit hoc, reſpondet, quod ipſe erectus non ſteterit coram Deo ſed proſtra-
Deu.9.18 tus & genibus prouolutus: *Procidi ante Deum.* Si proſtratus iacuerit, quomodo dicit Dauid *Stetit*, quod ſignificat in pedes erectum eſſe? Reſpondeo quòd realiter illo verbo *Stetit*, quo vſus eſt Dauid ſignificare noluerit quòd in pedes ſe erexerit, ſed conſtans firmus hæſerit & immobilis, hoc ſibi proponens quòd non aſſurgeret niſi conſecuta pro illis peccatoribus indulgentia. Sicut Dauid, licet Moyſes pedibus Domini proſtratus iacuerit, tamen dixit quòd *Stetit* vt declaret firmitatem & conſtantiam qua ſupplex pro populo intercedebat veniam impetraturus, vt eum nec horror fulguris, & tonitru abigeret vel gradum referre cogeret: ita Diuus Euangeliſta eodem verbo *Stans* fortitudinem deſignat & animi firmitatem qua peccatrix hæc pœnitentiam ſuſcipit, mente nimirum conſtanti & firma reſolutione quælibet obſtacula perfringendi nec retrocedendi ob ea omnia quæcumque ſe illi poſſent opponere in contrarium.

III. Ita deſcribitur B. Virgo. *Stans.*

Eandem emphaſim habet idem verbum *Stans* (vt notat D. Ambro.) quando D. Ioan. deſcribens beatam ſemper virginem in morte filij ſui, tantummodo dixit ad indicandum inuictum eius animum: *Stans iuxta crucem*: id eſt conſtans immobilis, inflexibilis, vt nec dolores nec ſupplicia quæ lugebat in filio, nec inimicorum dicteria nec Phariſæorum calumniæ, nec militum armorumque ſtrepitus, nec populi vociferationes, plebiſque irriſiones, pectus illud robuſtiſſimum deijcere aut eneruare potuerint. Ita Magdalena: quænam non habebat, quæ obicem ponere illi potuiſſent? Timor quomodo Chriſtus illam reciperet, pudor conuiuantium quorum numerus & Phariſæorum multus eſſet, & per conſequens acerbi eſſent murmuratores & irriſores ita adulatorij, præſciret (vt notat D. Augu.) quòd mille dedignandi modos eam videndo præferrent, ſuas veſtes colligerent, vt nec quidem illas mulieris huius veſtis attingeret, quodque valde frequenter (vt ait Propheta Iſaias) hanc vocem in ore præferebant, quàm primum peccatorem viderent: *Recede à me ne appropinques mihi quia immundus es.* Hæc tamen omnia conſtanter vera ſuperauit pœnitens, nec enim illam cohibent aut repellunt timores illi, non reſpectus, non dicteria, non verecundia. Talis eſſe debet vera pœnitentia: nam animo aſſumi; debet conſtanti firmo & robuſto ad quælibet ſuperanda contraria. Et hæc ea peccatorum eſt prædeſtinatorum quam deſcribit Iſaias: *Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem.* Veri pœnitentes robuſti ſunt validi, & animoſi. An tibi perſuades modicas requiri vires ad diffringendas diaboli catenas? Ad prodeundum de profundo iniquitatis? De abyſſo culpæ & inimicitiæ Dei, vt iterum reſtituaris in ſtatum diuinæ gratiæ, & qui prius cum Dæmonibus æternis eras addictus ignibus, nunc cum filijs Dei admittaris in dominium regnorum æternorum? viri ſunt neceſſarij quales Chriſtus deſcripſit: violenti, qui diuinis viribus & præclaris omnem creaturarum vim excedentibus, diuinâ roborati gratiâ, ſuis vim inferant paſſionibus, ſuis affectibus, ſuis voluptatibus & omnibus inferni aduerſarijs. In quo patet hoc Spiritus robur? In eo quod ſit: *Velut turbo impellens parietem.*

Orat. de obitu Valent. Imperat. Ioa.19.15. L.50. Ho. Hom.23. Iſai.65.6.

IV. Pœnitentia debet eſſe conſtans.

48 Iſai.25.4. Matth.11.12. Iob.1.19.

V. Allegoria de domo Iob.

Quantum conijcio ſibi Propheta repræſentauit quod de domo Iob narratur. Quàm pulchra, quàm opulenta quàm grata? Palatium erat Regale tapetibus ornatum pretioſis, & monilibus valoris inæſtimabilis: Hic filij morabantur forma venuſtiſſimi, filiæ ſole pulchriores: domus optimè fundata & erecta: nihilominus ventus vehemens irruens à parte deſerti, & diabolico agitatus impulſu arripuit poſtes & parietes, & licet ſolidi eſſent, de cardinibus ſuis euulſit, quo tota corruit domus, perduntur diuitiæ, monilia conteruntur, mille vaſa ditiſſima in fruſta diffringuntur, occiduntur filij, pereunt filiæ, omneſque prius ſepulti quàm mortui: O deplorandum infortunium! Hoccine potuit ille turbo? Talis igitur oportet vt ſit ſpiritus robuſtorum & fortium peccatorum, quando ad meliora conuertuntur. O Chriſtiane heu quàm potens

in damnum tibi fuit ille turbo quem in anima tua Dæmon excitauit? Erat erecta & ſacra Deo, gratijs diues, donis & meritis opulenta, mille propoſitis promiſſiſque conſtans: venit diabolus tamque potenter ſuſtauit vt omnia ſtatim euerterit: nec enim te Dei timor cohibuit, nec populi retraxit pudor, nec auertit reſpectus dicendorum, nec tuæ condemnationis periculum perterruit, cui te exponebas, & quò te Dæmones hinc abriperent nec abduxit cognitio qua noueras fore tibi Deum inimicum eiuſque Angelos aduerſarios: omnia perrupiſti, omnia ſuperaſti, omnia ſubieciſti. Scias igitur mutandam tibi fortitudinem: *Mutabunt fortitudinem* ait idem Propheta, quodque in te eſſe debeat Spiritus Dei non minus efficax quàm ille turbo per diabolum excitatus. Erexit Dæmon in anima tuo domum peccatorum & iniquitatum, hic habitat ille, atque in ea tuæ ſtatuit ſuppellectilem damnationis. Exurgat Dei Spiritus & parietes iſtos impugnet potentiarum animæ tuæ, tanta fortitudine, vt te nec mundi reuerentia detineat, nec timor percellat terrenorum, nec hominum auertat reſpectus, nec carnis tuæ ſeducat appetitus, nec voluptas euertat momentanea: *Mutabunt fortitudinem.*

*Iſai. 40. 31*

VI. Confirmatur ex hiſtoria Hiel de Bethel.

Nemo non obſtupeſcit inter cætera S. Scripturæ miranda facinus ciuis cuiuſdam de Bethel nomine Hiel. Euicit dux ſanctiſſimus Ioſue copijs ſuis vel vt veriùs dicamus auxilio cœleſti & diuino præſidio confirmatus ſacrilegam illam & hoſtilem ciuitatem Iericho. Cuncta quæ in eo erant incendio vaſtauit, aurum argentum, tunicas, veſtes, ædificia ſic vt nihil integrum remaneret, idque tanto myſterio, vt quia miles quidam ſibi ſeruare voluerit auri laminam & clamydem coccineam quam abſconderat, ita Deus excanduerit vt populum cæde magna percuſſerit, ipſumque iuſſerit furem lapidibus obrui ſub ijſque ſepeliri. Funditus igitur euerſa hac maledicta ciuitate, & omnibus ſolo tenus applanatis, iuſſit dux inuictus ex parte Dei præconis voce proclamari: *Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius.* Elapſis poſtmodum aliquot annorum centurijs in mentem venit cuidam ciui de Bethel nomine Hiel reædificare & erigere deſtructam iam ciuitatem. Statuit ſuam exequi cogitationem & deſiderio ſuo ſatisfacere, factumque eſt, vt primum poſuit lapidem fundamentalem, moritur illi filius primogenitus: nec eum mors hæc ab incœpto deterret opere, aut mutat propoſitum, ſed molitur vlteriora. Quid agis vir maledicte? An damnum tibi non patet quo familiam tuam afficis, & poſteritatem? an non attendis quanta ſit illa iactura quam incurris ob rem aliquam, quæ tantillum tibi refert, & nedum bona non eſt, ſed inſuper diuinæ voluntati refractaria. Nō idcirco deferuet ſed peruicax omnia perrumpit, & cum vlteriùs ædificationi inſiſteret, omnes illi filij morte eripiuntur. Heu te calamitoſe, attende quòd te tuamque perdas familiam, manum ab opere retrahe: nā in te Dei maledictio implebitur. Nō retrahit ſed admouet diligentiorē, nec ceſſat donec iam nonniſi portæ deeſſent ciuitati ſtatuēdæ, & iam illi nonniſi vnicus ſuperſtes viueret filius. Heus te delirum caput, nunc cum tanto tuo volueris incommodo opus promouere, cōſpice filios tuos mortuos, quodque iam tota domus tuæ dignitas in hoc vltimo adhuc tibi ſuperſtite comprehendatur, ſaltem nunc eſto ſapiens & nec illum velis interimere.

*Ioſue 6. 26.*

Non hæc illum cohibent, ſed portas erigit ciuitatis: & illas ſtatuere, filiumque mori vnicum, eodem contigerunt momento: *In illis diebus ædificauit Hiel de Bethel Iericho. In Abiram primitiuo fundauit eam, & in Segub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Ioſue filij Nun.* An maior dari poſſit amentia? An terribilior cogitari pernicacia? Vt velit quis euſque procedere idque tam ſeriò, tantum, vt ſuæ placeat voluptati, & inutili deſiderio & diuino præſcripto contrario: cum ad oculum tanta lugeat damna cladem que miſerā qua familia nexu quodam cōtinuo premitur: nec tamen deſiſtat, aut gradum referat factus ex dāno prudentior? Dices rem videri incredibilem: ſed ne ſit tibi ſuſpecta veritas: quandoquidem factum hoc ipſe Spiritus veritatis deſcripſerit, in quem nullum poteſt cadere mendacium. Et quid hoc ita te ſuſpendit, cum idem in teipſo experiaris qui ciuis es de Bethel? non enim vacat myſterio quod Spiritus S. hanc expreſſerit circumſtātiam: *Hiel de Bethel.* Bethel ſignificat domum Dei. Fuit mons ille celebris, in quo Iacob myſticam illam vidit ſcalam & millenos Angelos aſcendentes, & deſcendentes, Deumque innixum ſcalæ: qua de cauſa vocauit illum domum Dei & portam cœli vt ſupra meminimus: vt autem hoc vnico verbo complecteretur, cum prius locus ille diceretur Luza, aliud ipſe nomen illi impoſuit: *Appellauit nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur.* Dicit hoc anticipatiuè. Vocabatur primo locus ille Luza & poſtmodum erecta

*3. Reg. 16. 34.*

VII. Hiſtoria hæc allegoricè exponitur.

*Gen. 38. 19.*

eſt

eſt in ciuitatem nomenque accepitBethel id eſt: *Domus Dei.*

49 Fusè ſatis præteris diebus probauimus locum
Ho.28.§.6 hunc expreſsè deſignaſſe S. Eccleſiam, cuius
& ſeqq. vos per Dei miſericordiam ciues adſcripti eſtis,
Epheſ.2. qua de cauſa hortatur vos Apoſtol. vt perennes
19. Deo gratias exhibeatis: *Eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei.* Dicito: an non aduenit illuſtris ille Ioſue Chriſtus (nam etiam in ipſo nomine fuit inuictus ille dux Chriſtus: quandoquidem Ioſue idem ſignificet quod Ieſus, & perduellem illam euertit Ciuitatem Iericho, peccatum intelligo, tot ædificijs & plateis extructum quot peccatorum ſpecies eſſe perhibentur? Ad hoc factus eſt homo, natus, vixit luſtris ſex, laborauit & multò frequentiùs terram ſuo corpore & carne mortali circuiuit, quàm Ioſue arcâ ciuitatem Iericho. Eo fine mortem obijt, ſuum profudit ſanguinem, vitam, animam, imo ſeipſum tradi-
Tit.2.14. dit *Vt nos redimeret ab omni iniquitate. Mortuus*
Rom.6.6. *eſt vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato.* Publicos miſit præcones in eos quicumque vrbem illam maledictam reædificare molirentur, pœnas, mortemq; declarando, quam incurrerent corporis & animæ, gratiarum, donorum, meritorum & virtutum; quippe quæ remanerent, eſſent mortuæ: ipſique maledicti & æternæ ſubditi maledictioni. Quid tu moliris? Numquid non reædificas hanc ciuitatem? Tu domum impudicitiæ, ædes tu cupiditatis, tabernam tu vindictæ, ſuperbiæ tu tabernacula ambitionis? O quàm ſerio opus hoc aggrederis?

Tu teipſum conſidera & attende quanto feruens animo tuam erigas luxuriam, tuoque conſtans inhæreas côcubinatui: cum interim, videas mori animam tuam tantoſque fieri inferni filios, quanta erant, quibus fulgebas, merita virtutum.
VIII. Quo flagrans ardore tuam foues auaritiam, cum
Et peccatori applicatur. nedum ſuper te pauperum ſed & ipſius Dei cadant maledictiones, quibus ignibus addiceris ſempiternis? An hoc te fugit, quòd te rapiat diabolus? An hoc ignoras, quòd tuam ipſe poſſideat animam? An hoc te præterit, quòd tibi dilates infernum & voraces expectent te flammæ, quas tantò contra te excitabis ardentiùs, quantò in mala vita tua progredieris iniquius? Dicito noſtin': hoc igitur percunctor, an propter hæc damna quæ vides pedem à ſcelere reuoces? Heu pertinacia fortiſſima in malo, cum nihil ſit quod tibi proponatur, quod non dirumpas, nec te cohibeas ob mala horrenda nimis, quæ tibi certiſſimè conquiris. O durities, qua nulla durior! Quod robur adeo forte, quod non euertas vt tuis placeas delitijs & indulgẽas appetitibus! Muta fortitudinem: *Mutabunt fortitudinem:* nihil etenim ſit quod te à ſalute tua retrahat, impediat profectum, ſalutem vitamque remoretur.

Hoc ſpectat vt opinor Apoſtolus verbis illis, quibus tibi, vt dicitur, manus pedeſque conſtrin-
git: *Humanum dico propter infirmitatem carnis ve-* Rom.6.19
*ſtra. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatio-* IX.
*nem.* Ecce chariſſime, loquitur Apoſt. quòd à te nõ Quid à
requiram ad quod iuſtum non ſit an niti tuæ car- nobis D.
nis infirmitatem. An tibi videtur iuſtum eſſet vt Paulus
tantum agas tui commodi gratia, quantum tui expoſtu-
damni cauſa feciſti? An æquum cenſes tantum let.
te facere, tantumque tuo bono conſulere, quantum tuo malo conſuluiſti? fer ſententiam an æquitas ſuadeat tantum à te ſtudium adhiberi quo gaudia æternaque in cœlo bona poſſideas, quantum tuis voluptatibus & carnis delitijs impendiſti? illæ ſunt etenim quæ te ad æternas rapiunt flammas exurendum. An hoc repugnat iuri vt tantum Deo tribuas, quantum diabolo tribuiſti? Hoc à te efflagito, ait Apoſtolus. Non vlteriorem à te in tuum beneficium quæro ſollicitudinem, quam eam qua tuæ ſtuduiſti perniciei, nec maiorem in ſeruiendo Deo operam, quam in ſeruiendo nauaſti diabolo. Vt tuæ damnationi ſeruires & carni placere inimicæ, tamque crudeli ſatisfaceres aduerſario, parui feciſti ca- qmibus animæ tuæ, honoris, opum, & ſalutis iacturam incurreres. Vt voluptati tuæ ſeruires dicito carnis idololatra, tunc fortè perpendiſti quòd multis hoc tibi conſtaret denarijs, quodque tota nocte ſub pruina tibi fortè foret ambulandum cum ſalutis tuæ vitæque detrimento? Quo honori tuo proſpiceres, effare vindictæ cupidiſſime, num fortè conſideraſti gratiæ eſſe arma, & pediſſequos tineas eſſe familiam tuam corrodentes? Quatenus prætentionem tuam promoueres, fatere auri ſitientiſſime, numquid perpendiſti rem eſſe non tolerandam curis inſidare ex illa naſcentibus & fouere quas foues ſtudioſè, correſpondentias? An ergo in commodum tuum his eſt inſiſtendum? Quando te diabolus ad peccatum incitat, vellem ego has eſſe tibi conſiderationes. Chariſſime perpende, ſi te voluptas tua cohibeat vel mundi reſpectus, ſi paupertatis timor, ſi hæc omnia euinces, ſi radicitùs mulieris euellas conuerſationem, quãuis appetitui tuo vim inferas, ſi reſtituas licet pauper euadas, ſi corpus caſtiges licet dolorem ſentias: etenim hæc neceſ-

ſaria

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſaria eſt reſolutio,& hæc requiritur fortitudo vt de pecca reſurgas animoſus: *Spiritus robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem.*

Pſ.126.4. Diuino ſunt ore prolata hæc verba Pſalterij: *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.*
X. In phraſi Hebraica idem eſt, *Filij excuſſorum;*
Quinam ſunt filij excuſſorum. quod *Filij excuſſi* vt notat D.Auguſt. *ſicut ſagittæ in manu potentis,ita filij excuſſi.* Mirandum eſt quàm ſtudioſè SS.PP.inquirant quinam ſint illi filij excuſſi: in Hebræo legitur: *Filij iuuentutis,* ſunt enim filij robuſtiores, quales ſunt quos vir in iuuentute ſua generat & per ipſos intelligo propoſita in Dei famulatu, & opera; quæ fiunt quando ſuſcipitur agenda pœnitentia. Opera illa excuſſa eſſe debent ab omni puluere & palea, opera fortia,opera robuſta: q.d. nullo reſpectu, nullo timore, & nulla ſuſpicione infirmata reſtitutio malè acquiſiti expulſa formidine paupertatis: Ieiunium & corporis caſtigatio, excuſſo perdendæ ſalutis timore: vindictæ remiſſio ſecluſo mundani honoris intuitu. O quales illi filij ab omni terreno excuſſi reſpectu; ſunt illi fortes,ſunt efficaces, vt ſagittæ in manu potentis: arma fuerunt hæc in diebus Dauid potentiſſima. q.d.ſunt illa quæ victoriam de Satana reportant; ſunt illæ ſagittæ quæ Dei cor penetrant, ſunt illa arma quibus anima redditur tutiſſima; quo-
Pſ.126.5. circa: *Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta.* Hebræus textus legit: *Qui impleuit pharetram ſuam.* Beatus ille qui talibus implet pharetram ſuam ſagittis: non eſt etenim quod ſuos vereatur inimicos, hora iudicij ſui iam imminente: hoc eſt *In porta,* eo quod, vt notarunt D.Hie-
In c.5. Amo. Lib.19. mor.c.11. ronym. & D.Gregor. olim erigebantur in portis vrbium iudicum tribunalia. Peccator an ſcire deſideras tua ſecurum te eſſe pœnitentia? Num dæmones in hora mortis tuæ te confundent tua tibi crimina objicientes? Iſtam voluntatis tuæ perpende pharetram,ſi tales tibi ſint ſagittæ, ſi illa opera pœnitentiæ aggreſſus es cum propoſito, cum conſtantia, ſecluſo omni timore, mentiſque fortitudine! O Magdalena ſanctiſſima veri ſpeculum pœnitentis, perpende quanta fuerit eius animi reſolutio, quàm robuſta eius opera ſic ab omni excuſſa reſpectu? non eam timor retrahit, non detinet reſpectus, non pudor remoratur: non illis inhæret quæ poſſent eam repellere ſed nec
D.Greg. Ho.33.in Euan. cit. cohibere teſte D.Greg. *Conſiderauit enim quod fecit, & noluit moderari quod faceret: Super conuiuantes ingreſſa eſt &c.*

## §.17. Retro. *Stat à tergo cognoſcens eum vt Paſtorem, quem oues ſequuntur & ducem quem Milites ſequuntur cœlum inuaſuri.*

AD id quod dicit Euangeliſta de hac peccatrice quod à tergo ſteterit Saluatoris, addit 30
& illud *Retro* quo nobis hac oſtendat pœnitentiæ magiſtra, ſecundum à nobis requiſitum, vt vera ſit noſtra pœnitentia. Plurimas adferunt ſancti Patres ſitus huius rationes. Prima ſit, quã I.
paulo ante ex mente Diu. Auguſtin. & D. Petri Chryſologi indicauimus: nam oſtendens ſe ouem Chriſti illud agit, quod ipſe proprium ouibus ſuis eſſe teſtatur, nimirum, quod illum à tergo ſequantur. Duabus vijs omnes comprehenduntur, quas homines inambulant: vna eſt, quæ ducit ad vitam æternam & cœlum: alia eſt, quæ ducit ad mortem æternam & infernum. Illa laborioſa eſt & anguſta, vt de illa Dominus loquatur admirabundus: *Quã arcta eſt via, quæ du-* Duæ ſunt viæ & duo duces.
*cit ad vitam, & pauci inueniunt eam!* hæc verò Matt.7. 14.
ſpatioſa eſt,& ampla quam multi ingrediuntur: *Lata eſt via quæ ducit ad perditionem, & multi ambulant per eam.* Vnaquæque harum viarum ſuos habet duces,& ductores: via mortis ducem agnoſcit ſatanam, illum ſequitur qui viam hanc ingreditur: quandoquidem illud exequatur, ad quod ab eo mouetur & inſtigatur, via vitæ Chriſtum extollit ducem præcedentem & hortantẽ: *Si quis vult venire poſt me.* Viam qua ille præceſ- Matt.16. 24. & Luc.6.23.
ſit, inſequi debes, cuiuſque inhærere veſtigijs: Præiuit ille via crucis, mortis, & aduerſitatum. Hac tibi eſt incedendum. Sic nos hortatur Apoſt. Petrus, vt habemus ex D.Gregor. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Eo animo dux præceſſit, vt nos duceret, viam monſtraret, & aſpera quæque delimiret. Lib.21. mor.c.6. 1.Pet.2. 21.

Expendit D.Thomas quæ iam vatis Michææ verba, huius ore vatis, querelas Deus exponit grauiores contra grauiora populi peccata, quibus eum irritabat,& pœnas pariter intentat illi ab eo infligendas: porro more ſuo confeſtim miſericordiæ meminit illi, totique mundo præſtandæ, omnes in vnam vniendo Eccleſiam, vnumque ouile quos paſcuis reficeret fertilioribus & exercitum conſcriberet innumerabilem, qui cœli tentaret occupare poſſeſſionem: *Congregatione cõgregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili &c. tumultuabuntur à multitudine hominum.* 3.p.q.57. ar.6. II. Chriſtus dux eſt viæ ad cœlum. Mich.2. 21.

Hac

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Hac forma loquendi multitudinem indicat po-
puli,quem in vnam congregaret Eccleſiam, ſic
notat D.Hieronymus: *Tumultus enim vox pluri-*
In cap. 2. Miche. *morum eſt , & nimiæ multitudinis clamor pariter*
*emiſſus.* Domine nec oues ſine Paſtore viã car-
punt,nec milites ſine duce progrediuntur.Igitur,
inquit Deus, filium meum illis mittam in ducẽ
qui in mundo viſibilis appareat,& viam præuius
ingrediatur,vt eum cæteri ſubſequantur: *Aſcen-*
Supra Ho. 15. 3. 8. *det pandens iterante eos,& tranſibit Rex eorum co-*
*ram eis & Dominus in capite eorum.* Notandum
verbum illud: *Tranſibit Rex coram eis :* quô tan-
git illud , quod Dominus olim Moyſi promiſit;
rogabat inſtanter Moyſes : quandoquidem tot
illi Deus ſignis confirmaret amicitiam , vt fa-
ciem ſuam illi monſtrare dignaretur:*Oſtende mi-*
*hi faciem tuam.* Hoc nequaquam , inquit Deus
ſed ponam te in ſpelunca, quam in Petra confi-
ciam, quando vero coram te tranſibo,indicabo
tibi, vt oculos tuos in humeros meos conijcias
Exo. 33. 23 meque à tergo videas: *Poſteriora mea videbis.*

Quid indicas: in viſione diuinæ faciei æternæ
ſtat ſumma beatitudinis. Qui illam conſecuturus
eſt, neceſſe eſt,vt primo ſpeluncam intret Eccle-
ſiæ Catholicæ, fundatã in illa Petra fundamen-
tali, quam manu ſua collocauit, (Petrum inter-
pretor) & oculos ſuos conijciat in Chriſtum Pa-
ſtorem ſupremum , ducemquè diuinum præce-
dentem,eiusq; poſteriora conſpiciat, nempe hu-
manitatem : ritè perpendat quomodo ille pro-
grediatur, quæ veſtigia ponat, quas ſemitas in-
grediatur eumq; ſubſequatur. Ipſe præcedit pan-
dens iter, totque figens paſſus, quot opera ſunt
ab eo perfecta, atque ab eo pœnæ toleratæ,in eũ
finem venit & mundo Dux apparuit , hoc ipſo
51 Propheta cõ ludit: *Dominus in capite eorũ.*Quod
III. Vaticiniũ Oſeæ exponitur. opinor conuenire cum illo Vatis Oſeæ : *Et con-*
*gregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter* ( D.
Aug. ſatis ingenioſè Iudæos hic & Gentiles in-
terpretatur. ) *Et ponent ſibimet caput vnum, &*
Lib. 18. de Ciui. c. 28 & l. 12. cont. Fauſt. c. 89. *aſcendent de terra: quia magnus dies Iezrael* Ver-
ba hæc myſterijs magis quàm litteris abundant.
Iezrael ſignificat : *Semen Dei.* Populus hic eſt
Chriſtianus ex Iudæis collectus & Gentilibus,de
quibus vatidicus Iſaias hoc proludit: *Omnes qui*
Oſe. 1. 11. *viderint eos agnoſcent illos & dicent: quia iſti ſunt*
Iſai. 61. 9. *ſemen, cui benedixit Dominus.* Filij Dei nati,teſte
1. Pet. 1. 23. Apoſtolo Petro: *Non ex ſemine corruptibili, ſed in-*
*corruptibili per verbum Dei.* Prope eſt , ait Pro-
Vide Riber. in c. 1. Oſe. nu. 138. pheta, vt veniat dies magnus Iezrael. Romani
diem illum magnum appellabant in quo ſe gau-
debant à periculo ereptos grauiori, vel ſucceſſus
memoriâ dignus & feliciſſimus illis obueniſſet,



ſic legitur apud Tacitum, *a.* & probat Alciatus, a In vita Agricolæ
*b.* illum Virgilij, *c.* verſum explicans.
*Et incipient magni procedere menſes.* b l. 8. Parerg. c. 8.
Ecce diem magnum populi Dei, in quo pariter
conuenerunt in vnã Eccleſiã Iudæi & gentiles, c Eclog. 4
velut oues in vnum ouile, & milites in vnũ ex-
ercitũ, omnes adeo felices vt Dei filius factus
homo coram eis ſe ſtatuat in caput eorum,ducẽ
& paſtorem: *Ponent ſibimet caput vnum:*quô fiet
vt finem tandem accipiant eorum infortunia, &
florere incipiat eorum ſors optima , vt de terra
ſtudeant ſurſum aſcendere: *Aſcendent de terra.*

Beneficium hic commemorat populo ſuo præ- IV.
ſtitum: cum enim barbara nimis in Ægypto ſer- Verbum
uitute preſſus dolores, pœnas, ſcuticas & flagra *aſcendere*
pateretur, ipſis ad trimeres damnatis infauſtior, explica-
Tyrannidi ſubiectus Pharaonis : miſit illi Deus tur.
ducem animoſum Moyſen: quatenus omnes vnũ
conflantes exercitum, de regione illa humili &
profunda aſcenderent , & ad terram promiſſio-
nis tenderent altiorem ; erat autem hæc terra
Chanaan reſpectu Ægypti altior; vnde qui de il-
la ad hanc proficiſcebatur, deſcendere diſceba-
tur. Ita Iacob filijs ſuis : *Audiui quod triticum*
*venundetur : in Ægypto deſcendite & emite nobis* Gen. 42. 2.
*neceſſaria,* quãdo relicta Ægypto filij Iſrael pro-
fecti ſunt in terram promiſſionis, dictũ eſt quod
aſcenderent. Sic audio loquentem Ioſeph mori-
bundum : *Poſt mortem meam viſitabit vos Deus,* Gen. 50.
*& aſcẽdere vos faciet de terra iſta.* Similiter Spi- 23.
tus S. hanc aſcenſionem enarrans ſic ait: *Arma-* Exo. 13. 18
*ti aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti.* De ſer-
uitute illa egrediebantur armati, vt milites : vt
terram promiſſam ſibi iure belli conquirerent:
vnde dux erat eis omnino neceſſarius: hunc il-
lis Deus Moyſen deſignauit.

Magnum indubiè fuit hoc beneficium: porro
ſupremum omnium erit,quô Deus populum af-
ficiet Chriſtianum: *Magnus dies Iezrael:* quando
illum ex omnibus mundi nationibus populum
congregabit in vnam fidem, in vnam legem,ea-
demque Sacramenta : *Congregabuntur filij Iu-*
*da, & filij Iſrael pariter,* illam de terra educens V.
Ægypti humiliori , id eſt de vitijs & peccatis, Chriſtus
quibus eos diabolus oppreſſerat atque ad terram caput fuit
promiſſionis celeriter viam capient animoſi : vt viſibile,
autem à recto tramite non aberrent caput habe- quod ſe-
bunt oculis ſuis viſibile paſtorem vnum, ducem- quamur.
que Chriſtum ipſos antecedentem: *Aſcendet pan-*
*dens iter ante eos. Quia enim ipſe eſt caput noſtrũ*
( ita Doctor Angelicus ) *oportet illud ſequi mem-*
*bra quo caput præceſſit. Vnde dicitur : vt vbi ego*
*ſum, & vos ſitis.* En tibi caput : *Ipſe eſt caput* Ezec. 1. 22



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*corporis eius, ipſam dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Audis hic ducem ad cœlum deducentem.

Si illò ſibi ſit accedendum, neceſſe eſt vt retro ſtes à tergo ſequens eum præcedentem: *Qui dicit ſe in ipſo manere debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare:* ſic decernit amoris diſcipulus: cui ſubſcribit D. Gregorius: *Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet.* Hoc ipſa Magdalena intendit ſtans retro ſecus pedes eius, nimirum declarare, quod de ſub alis egrediatur Satanæ & de ſub vmbra vexilli illius, atque de itinere, quo ſecuta illum tendebat in ruinam: iam verò ſub alas vmbramque refugiat Saluatoris, oſtendens hunc ſe velle ducem ſequi cœleſtem. Quocirca illo actu, cunctis renuntiat præteritis greſſibus quibus ſequi potuit & eſt ſecuta diabolum, carnis ſuæ ſeruiuit delicijs, impulſibus obediuit mundi: modò verò non aliam ingredi proponit viam niſi iuxta directionem Chriſti, & per quacumque eam duxerit, voluptatum ſcilicet abnegationis, carnis ſuæ mortificationis, operũ virtutis & ſanctitatis: *Stetit retro, & quæ diu malè ambulauerat quærebat veſtigia recta & vt Chriſti veſtigijs innixa percurreret viã vitæ quæ per viã cucurrerat mortis.* Ita ſibi correſpondent D. Aug. & D. Petrus Chryſol. quos ante retulimus.

*1. Ioa. 2. 6.*
D. GREG. *Lib. 21. Mor. c. 6.*

VI. Quænam ſit vera pœnitentiã.
*L. de Lapſis.*

Hic addiſce quid agendum tibi ſit, vt veram amplectaris pœnitentiam: abitinere nimirũ deflectere debes quod inſecutus es ſocius olim diaboli: viam autem ingredi mortificationis & tuarum abnegationis voluptatum Chriſti factus aſſecla. An tibi perſuades Domine mi: (te D. Cypr. alloquitur:) ſecuram tutamq; eſſe pœnitẽtiam, quam amplexus es, eodem gradiens in itinere quò prius, tuis in omnibus indulgens appetitibus, ijſdẽ inhærens conuerſationibus & colloquijs, quæ tibi quondam fuerunt incommodo, cunctis carnis tuæ per omnia complacẽs deſideſiderijs, eaſdem ſectando delicias mundiq́, lenocinia? *Lamentari eum putemus ex toto corde, ieiunijs & fletibus, & planctibus Dominum deprecari qui lauacra quotidie celebrat?* (balnea namq; peccatoribus erant interdicta, pœnitentiam agere volentibus ſicut ex doctrina Tertul. probat ſcholiaſtes D. Cypr. *Qui epulis affluentibus paſtus, & ſagina largiore diſtentus, crudelitates ſuas poſtridie ructat, nec cibos & potus ſuos cum pauperum neceſſitate cõmunicat?* An credis illum lamenta fletumque ſuſcipere, qui cum ſtomachũ ſemper habeat oppletum ructu laborat aſſiduo, ignorans ieiunium? illum qui ſoluto dormit ſummo, nec vigilijs carnem affligit? Quid arbitraris, ò Domina iuſtam te ſequi pœnitentiam dum eaſdem mente reuoluis cogitationes, nihil aliud curans præter inanes tuas leuitates tuaq́; monilia? *An illa ingemiſcit & plangit, cui vacat cultum pretioſæ veſtis induere, nec indumentum Chriſti, quod perdidit cogitare: accipere pretioſa ornamenta & monilia elaborata, nec diuini & cœleſtis ornatus damna deflere?* Mutanda eſt vita, ſolicitudines, excercitia & actiones. Alia oportet ſint & à præteritis diuerſa, ſicut differunt greſſus quibus Chriſtum ſequaris oportet, ab illis quibus comes Satanæ greſſus eius viamq́, ſequebaris: *Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, incedit curua & infirma, & oculi deficientes.* (Sic conſulit Baruch Propheta,) ex vbertate lacrymarum; de quibus aliàs egimus, dum exponeremus mutationem, quæ requiritur etiam in hoc ornatu exteriori, vt habemus ex D. Ambroſio verba vatis Ieremiæ expendẽte de Ieruſalem: dum enim fletum planctumq; aſſumit peccatorum, omnia in illa conuertuntur: *Subuerſum eſt cor meum in meme ipſa: quoniam amaritudine plena ſum. Sederunt in terra conticuerũt ſenes filiæ Sion, conſperſerunt cinere capita ſua.* Vera pœnitentia quæ cordis intima lancinat, & replet amaritudine, ſe prodit exterius in geſtu, in motu in conuerſatione in colloquijs; ſi namque in his nulla ſit mutatio, ſignum eſt nullam eſſe in corde mutationem. Hoc igitur eſt ſtare retro ſecus pedes Domini, re ipſa oſtendere quod ſequendo ducem priori adeo contrarium, contrarij debeant eſſe greſſus ijs, quibus ante incedebat; opera, curæ exercitia quibus ſe impendit prioribus oppoſita.

*Iacob Pamelius.*

*Dan. c. 2. 18.*
*Tract. 1. p. 2. §. 2. n. 112. & ſeq.*
*Li. 1. de pœn. c. 6.*

*Thren. 3. 20.*

§. 18. Retro: *Ad humeros confugit, locus hic eſt opportunus, vbi ſua peccatores onera deponant.*

SEcundum Magdalena declàrauit hoc actu ad humeros Domini recurrendo, fidem nempe viuaciſſimam, quâ diuina gratia colluſtrata ter maximum cognouit redemptionis noſtræ myſterium, quod in eo comprehenditur ſi confiteamur & intelligamus Dei Filium in mundum veniſſe, vt noſtra in ſe ſuſciperet peccata atque pro eis debita ſolueret fidei iuſſor. Tantum onus eſt vnius peccati mortalis, vt tota natura creata, licet adueniat & ipſa Angelorum Seraphinorũ, quos Deus creauit, ſuaque poteſt creare cunctipotentiâ, vires non habeant, non humeros vt illud ſuſtollant onus, aut pro illo ſoluant ritèque ſatisfaciant. In ſtatera appende peccatum vni-

I. Quãtum ſit pondus vnius peccati mortalis.

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eum mortale, atque in altera quidquid viribus ſuis naturalibus effecerunt aut efficere potuerunt omnes homines, omneſque Angeli, non tamen hæc poterit alteram attollere. Colloca in hac vnicum mortale peccatum, atque in altera quælibet ieiunia, carnis caſtigationes, lacrymas & opera pœnitentiæ, quæ homines exercuerunt vel potuerunt exercere, imo etiam quis imaginari, conſideratis naturæ viribus, hæc omnia quæcumque ſunt, aut eſſe poſſunt illius vnius peccati iuſtam nequeunt conferre ſolutionem, quatenus inde colligas quantum ſit eius pondus quãuis tibi admodum leue videatur. Non eleuabit quidquid boni tota poteſt operari natura, hominum, & Angelorum in ſtatera poſitum, lancem in qua vnicum mortale peccatum appenditur: etenim pondus eius infinitam quandam continet malitiam, vt declarant Theologi.

Ad illud tollendum humeri requiruntur infinitæ potentiæ quales ſolius Dei eſſe cognoſcimus, in eum finem Pater filiũ ſuũ miſit in mundum, vt in humeros ſuos pondus illud leuaret infinitum: *Poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum.*
*Iſai. 53. 9.*
Verus eſt Deus, vnde opera quæ facturus eſſet pretium & valorem appenderent infinitũ: quod ſi peccatum in ratione mali & offenſæ quandam contineat infinitatem, hæc ſimiliter in ratione boni habebunt infinitatẽ, vt accepta ſint & diuinæ grata maieſtati. Hoc Iob quibuſdam explicauit verbis, quæ ſi ſuperficiem attendamus, non exiguam continent difficultatem. Imponebant illi amici ſui conuitiantes grauia illius eſſe ſcelera, iuſtumq; pro his Dei ſupplicium: nec tantas eſſe pœnas, quas patiebatur vt culparum illius æquarent enormitatem. Quibus Iob reſpondet:
*Iob 6. 2.*
II. Quid Iob per hæc verba intellexerit
*Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret.* Vtinam hoc mihi concedatur, vt appenderet Deus in ſtaterã iuſtã omnia peccata mea, quibus iram illius audax prouocaui: atque in altera, tormẽta quibus crucior, indubiè cõſtaret omnibus hæc tãto plus præponderare, quantò maris arenarũ pondus atomum aut puluerem excedit leuiſſimũ. Quid ais, ô Sanctiſſime Iob, quid deſideras? an te fugit, tantũ eſſe peccati pondus, vt vnum eorum cunctis præponderet pœnis, quas toleras, & tolerare tibi eſt poſſibile? imo Theologorũ ſententia eſt quod quãuis inferni pœnæ ſint infinitæ, omnes tamen in vnum collectæ, quas omnes dãnati patiuntur, nõ exæquent ſuppliciũ quod vnius peccati mortalis reatus culpaq; demeretur: vnde definiunt: quantũlibet tales ſint illi cruciatus quod Deus tamen *Puniat citra condignum.* Quis hoc explicet capiatque myſterium?

Aduertamus cum D. Gregorio, quòd minimè conferat vel exæquet Iob dolores ſuos, quibus premitur, ſuis ſceleribus in ſe conſideratis: nam ſic expenſa & appenſa nouit ipſe nullum in ſe virtutum eſſe pondus, nec in tota natura, quod vni peccato iuſtè conferatur. Sed in duplicis ſtateræ pondere collocata: *Appenderentur in ſtatera.* Quænam eſt illa ſtatera (quærit D. Greg.) niſi Chriſtus Redemptor noſter: *Quis alius ſtateræ nomine niſi mediator Dei & hominum exprimitur?* Hunc conſidera in duabus ſtateris, diuinitate & humanitate, quæ ſuſtentatur, & quaſi dependent ab vno ſuppoſito diuino, iuxta fidei Catholicæ confeſſionem: *Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus: homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus.* Elegantèr hæc nobis Pater æternus diſpoſuit in hac forma: quia ſtatera ſymbolum eſt iuſtitiæ, etenim ad eius deſcriptionem mulier depingitur manu librans ſtateras: atque in eum finem deſcendit Dei filius in mundum & in eo manifeſtus apparuit: *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ:* vt integrè diuinæ iuſtitiæ ſatisfaceret atque in illo ſeruaretur ita iuſtè iuſtitiæ rigor, vt illi cum exceſſu quodam ſatisfaceret, conſeruando pariter infinitam ſuæ miſericordiæ bonitatem.
*Lib. 7. Mor. c. 1. & li. 21. c. 6.*
III. Per ſtateram Chriſtus intelligitur.
*Rom. 3. 25.*

Appende in vna ſtatera huius libræ, nempe humanitatis, omnia humani generis peccata cuius nomine loquitur Iob: *Omnia peccata mea quibus iram merui,* atque in altera ſcilicet diuinitatis, adijce omnia ieiunia, vigilias, lacrymas, dolores, carcerem, verbera, clauum, crucem & mortem: quia realiter Deus virtutum complectitur infinitatem, qui hæc omnia patitur, tantò grauius erit huius pondus, quam illius, quantò grauius eſt maris omnium arenarum quàm pulueris vel arenæ pelagi: *Quaſi arena hæc grauior apparet,* & verum dicimus, quod in ratione boni grauius appendebat vna lacryma, ſuſpirium vnum, vnum ieiunium vnaque Chriſti vigilia, quia Deus erat, quàm omnia ſcelera, quæ ſunt eſſe poſſunt in ratione mali. Quocirca exuberãs & effice multumque excedens ſatisfactio pro omnibus illis, licet non daret niſi vnicam ſanguinis ſui pretioſi guttam, vel vnam effunderet lacrymam, vel ſemel tantummodo ieiunaret: imo ſi ſolum noſtram induiſſet mortalitatem. Perpende quidnam faceret numerus dolorum infinitus quos paſſus eſt, & ſanguis quem effudit, adeo copioſus.
IV. Noſtra peccata præponderat Chriſti ſtatera.

Hinc oritur quod opera pœnitentiæ à nobis per acta, Chriſti operibus adiuncta, atque in ſta-
V. Noſtra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

operæ ex Christo ſua habēt merita.

tera diuinæ illius eſſentiæ collocata, nobis illis per gratiam vnitis, tantum accipiant pondus, vt ea quæ agimus ſiquidem ex ſe ne pilum appenderent, pondus tamen contineant, quod D. Paulus nominat æternum, vt eius intuitu, omne pondus culparum longe ſuperet: idcirco igitur vt noſtrarum culparum pondus Deus vinceret grauiſſimum, voluit vt omnes in ſtatera humanitatis Chriſti ſtatuerentur, & hoc eſt quod ait: *Poſuit*

2. Cor. 4. 17

*in eo iniquitatem omnium noſtrum:* vt pondus meriti operum illius infinitum, quod, quia diuina erant, continebant, noſtrarum pondus culparum ſuperaret. Hanc expendit Magdalena Theologiã: quia vero humanitas noſtri Saluatoris, cui peccata ſunt imponenda, in humeris illius deſignatur, ſicut per faciem eius diuinitas, ad humeros confugit: q. d. iam capio mi chariſſime Redemptor, mihi humeros non eſſe adeo fortes, quibus ſcelerum meorum pondus ipſa ſuſtineam, hoc tuis tantummodo ſeruatur: quandoquidem quantumlibet multum & infinitum ſit eorum pondus, in ſtatera tamen tuæ poſitum humanitatis, ab illo ſuperabitur quod eſt infinitè maius, tuæ videlicet diuinitatis: hic illa exonero & huic impono ſtateræ; vt ſatisfactio, quæ mihi eſt omnino impoſſibilis ex infirmitate mea humana, in te fiat ex virtute tuæ diuinitatis.

☞ 53
Supra Ho. 26. §. 17.
2. Reg. 24. 10.
VI. Quænam ſit hæc peccati tranſlatio

Præteritis diebus expendimus illa Pſalmiſtæ verba quando reatum ſuum agnoſcens ſic Deũ precabatur: *Peccaui valde, ſed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui.* Notauimus a Dauide intellectã fuiſſe cœleſtẽ hanc tranſlationis Theologiam, quam Deus eſſet facturus peccatorum ex noſtris humeris in humeros filij ſui noſtri Saluatoris: cum enim nos peccauerimus, omne filio pondus imponit, vt pro illis ſoluat & ſatisfactionem exhibeat adeo perfectam vt ex illa tua ſuum recipiat meritum & efficaciam.

Ni fallar eleganter hoc expreſſit Michæas verbis quibuſdam quibus propheticæ ſuæ coronydem impoſuit vt enim epilogum illi adderet gratiorem, eximiũm prædixit beneficium hominibus à Deo conferendum, quo nobis ſuum traderet filium, vt integrè ſolueret debita mortalium:

Mich. 7. 18

*Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatem, & tranſis peccatum reliquiarum hereditatis tuæ?* Communis hæc eſt interpretatio, quia Domine ſicut tu, ſic peccata transferet & offenſas quibus te prouocamus? cum te quotidie offendamus, noſtra hic tranſis peccata, ut cum numerum non habent, plures tamẽ ſint, quibus nos cumulas, tuæ miſericordiæ: Verbum illud *Tranſis* in Hebræo ſignificat *Tranſcendis*, per quod inſinuatur quantum noſtra peccata diuina tranſcendat miſericordia: eſt etenim ſuperior illis infinities: quantumlibet enim grauia ſint diuinæ tamen cedunt infinitæ miſericordiæ.

Verũtamen opinor ego illud hic indicari quod dixit David: *Transfer iniquitatem.* Quis ſimilis tui Domine qui peccata ſeruorum tuorum & viliſſimorum delicta mancipiorum transfers ab ipſis in filium tuum chariſſimum, decernens, vt quidquid illi cõmiſerint, ipſe pro eis ſatisfaciat. Quis audiuit vnquam tale, aut vidit huic ſimile, vt pater filium tradat chariſſimum in mortem vt ab illa ſeruum redimat ſeditioſum mortiſq; reũ? *O mira dignatio charitatis, vt ſeruum redimeres filium tradidiſti! Quis ſimilis tui qui transfers peccatum?* Et quomodo fiet iſtud? *Deponet iniquitates noſtras & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* Depoſitarium quoddam eriget in quo omnia noſtra colligat peccata, atque in profundo maris cunctas demerget iniquitates. Quid tibi perſuades egiſſe Patrem cœleſtem ſuũ mittendo filium? Homini tradidit depoſitarium quoddam, in quo quiſque ſuas reponeret iniquitates vt pro illis ipſe ſatisfaceret.

Aptè repetamus argumentum paulo ſuperiùs expoſitum: nimirum, ſi Chriſtum attendas inuenies eum pœnis & doloribus vndequaque repletum, in capite ſpinis, in manibus & pedibus clauis, in corpore flagris, in oculis velo illos cõtegente, in ore felle & aceto. Ne mireris. etenim Pater illum ſtatuit, velut cõmune quoddam culparum omnium receptaculum: vnde & pœnarum omnium eſſe debebat, vt illis pro his ex rigore ſatisfaceret: per hoc autem illud effecit, vt in profundum maris omnium noſtrũ peccata demergeret, vt modo non videantur, nec nobis bellum inferant atrociſſimum.

Ho. 15. §. 3.
VII. Cur Chriſtus in omnibus membris ſuis paſſus ſit.

Rupertus opinatur hic ſpectari beneficium à Deo populo ſuo præſtitum, quando educens illum de Ægypto Pharaõnem eiuſ, exercituum pelagi fluctibus abſorbuit infeſtis ſignis illum perſequentes, ſic vt ne quidem vnus mortem euaderet vitæ ſuperſtes: quod eodem modo Chriſtus redemptor noſter ſuorum pelago cruciatuum noſtra demergeret peccata, ſic vt nobis vlterius bello minimè perturbarent. Et hoc, inquit, Propheta inſinuauit: antequam enim hæc verba prædiceret, Patrem cœleſtem inducit loquentem: *Secundum dies egreſſionis tuæ de terra Ægypti oſtendam ei mirabilia.* Quænam hæc Domine mi: ſicut ibidem aquis maris potentiam deleui vitamque Pharaonis, ſic vt illis merſus abſorberetur: ſic erit, inquit Propheta, quod per aquas amariſſimas paſſionis

In cap. 7. Mich.
VIII. Allegoria de ſubmerſione Pharaonis.
Mich. 7. 15

filij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filij ſui celebrabit: etenim illo patiente noſtra demergentur peccata quamuis infinita. Aliorum vero ſententia eſt à Propheta morem hic
*VideRiber. in c. 7. Mich. num. 52.* quendam ſpectari, quem antiqui primis ſæculis obſeruauerunt: quamuis enim purgandi peccata multis vterentur modis hic tamen erat frequentior, quo ſordes ſuas eluebant, eaſque in profundum maris inijciebant: hoc luſit Poëta Homerus Græcis verſibus quos alius in latinum tranſtulit.

*At vero populos purgari iuſſit Atrides.*
*Hi purgabantur, mittebantque in mare ſordes.*

Ceterum perſpicuum eſt hic nobis ab illo proponi redemptorem noſtrum, vt tormentorum pœnarumque pelagus, quæ tantæ fuere, vt ore Dauidis verè dixerit, *Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me.* In hoc mare noſtra proiecit peccata: quandoquidem eo fine myſterium hoc decreuerit, quatenus per illud omnia illa ſubmerſa delerentur. Mare adeo profundum vt omnia mundi peccata, imo etiam decem millium mundorum nullum illic inueniant habeantque fundum: hic etenim patet, quàm efficax ſit paſſio Saluatoris; vt pro noſtris culpis integrè ſatisfaciat; mare etenim eſt ſine fundo profundiſſimum: *Omnia flumina intrant in mare*, & omnia peccata noſtra intrant in mare Dominicæ Paſſionis: nam omnia in ſe ſuſcepit ſuiſque impoſuit humeris perſoluenda. O Magdalena quàm rapidum peccata tua fluuium effecerunt, quot vanitatum culparumque flumina! profluat in mare hoc ſe exoneratura, & ſcelerum ſuorum aquas in hoc demerſura: illa in ipſo reponat, quem Pater ſtatuit eorum receptaculum: & quandoquidem illa ipſe imponat humeris, quo deberet niſi ad humeros accedere? hic pedem figit, *Stans retro.* O quanta eius erat deuotio, quanta cordis teneritudine exclamabat: Domine mi, cognoſco & meorum pondus fateor peccatorum quo premor heu miſera nimis & in infernum demergo peritura! *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me.* Adſum illud humeris tuis impoſitura: ſi namque ego fuerim ipſa ſuperbia caput tuum ſpinis coronabitur; ego corpore luxurioſa tuum flagris ferietur; ego gulâ inſatiabilis, os verò tuum felle & ace potabitur &c.

*Pſal. 68. 3.*
IX. Paſſio Chriſti mare eſt, in quo omnia noſtra peccata demerguntur.
*Eccl. 1. 7.*
*Pſ. 3.*

§. 19. Retro. *Criminum ſuorum prodit dolorem; quando namque diſtinctè cognoſcuntur, tantum ingerunt, quantum vidimus in Cain & videbimus in damnatis.*

TErtiam modò profero ratio iem, eamque SS. PP. magis familiarem, quam neruosè proſequitur Diu. Gregor. eam nempe, quâ Magdalena, pudorem oſtendit quò verecundabatur, nec ſe coram Domino palam oſtendere præſumebat: ſi namque grauis eſt quo ſponſa confunditur ſponſo ſuo fœdifraga, quando nouit eum illius eſſe conſcium, nec in conſpectu eius audet conſiſtere, ſimiliter & illa verecundiâ, quâ ſubditus vultum Regis erubeſcit, ob commiſſum proditionis ſcelus quod intelligit Regem minimè latere: quanto maiori confuſione hæc mulier profunderetur coram cœleſti ſponſo in quem cognoſcebat tantas ſe commiſiſſe proditiones; & hæc famula coram Rege ſuo, cui fuerat adeo infidelis & fœdifraga, tantorumque rea flagitiorum: compoſuit D. Thom. tractatum de verecundia in quo declarat quid ſit & vnde procedat. Quid eſt verecundia? timor eſt ſeu dolor ne quis vilipendatur, ſeu contemptui habeatur: vt enim honor & nominis æſtimatio diligitur, quam aliquis ex virtute aſſequitur: ſic quiſquis exhorret timetque contemptum, qui ex commiſſo peccato naſcitur. Hinc ſequitur duas eſſe radices ex quibus ipſa generatur. Prima: aliquid committere quod malum eſt: etenim de bonis operibus nemo verecundatur.

*54 Hom. 33. in Euang. & c. 12. lib. 1. Reg. in illud: A tergo Domini.*
I. Quid ſit & vnde oriatur verecũdia.
*2. 2. q. 144. per totam.*

Hinc nos monet Spiritus ſanctus de quibus nos verecundari oporteat, & de quibus nequaquam. Dicit vt cõfundamur de rebus malis quarum ipſe Catalogum recenſet: *Reueremini in his quæ procedunt de ore meo. Erubeſcite de fornicatione, de mendacio, de furto* &c. Et ſimiliter multa proſequitur de quibus meritò, talia committens, erubeſcat. Porrò nullatenus confundi debes de ſanctis operibus legique Dei conformibus: etenim bona ſunt, nec par eſt vt quis de bono opere verecundetur: *Ne pro iis confundaris de lege Altiſſimi & teſtamento.* Quæ declarauimus aliàs. Hinc collige non leue malum eſſe eius qui dicit: verecundor hoſti meo remittere iniuriam, quod tamen Dominus in lege ſua ſanctiſſima præcipit: pudet me humilem eſſe: confundor amore Dei perferre calumnias, quod tamen tam ſeriò ipſe commendat: pudore confundor peccata mea coram confeſſario diſtinctè confiteri. *Pro anima tua ne*

II. De quibus oporteat verecundari.
*Eccl. 41. 15. 19.*
*Ecc. 42. 12.*
*Tract. 4. nu. 153. & ſeqq.*
*Eccl. 4. 24. 31.*

Ttttt 3 *confun-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*confundaris dicere verum: non confundaris confiteri peccata tua.*

Secunda verecundiæ radix hæc eſt: malum hoc agnoſcere, atque vt tale hoc apprehendere: Quamuis enim rem committas in ſe malam imo peſſimam ſi tamen habeas vt honeſtam, de illa non confunderis, imo gloriaris, vt illi faciunt de

*Prou. 2. 24.*

quibus Spiritus S. *Qui lætantur cum malè fecerint & exultant in rebus peſſimis:* Hoc ſuppoſitò, oritur verecundia, ex commiſſione peccatorum & cognitione malitiæ eorundem: Quocirca tantò eſt illa grauior, quantò ſunt peccata grauiora, eorumque cognitio clarior: & quò diſtinctiùs illa cognoſcuntur eo quis vehementius confunditur. D. Greg. credit à Spiritu S. hoc illâ indicari ſententia: *Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem.*

*Lib. 18. mor. c. 26. Eccle. 1. 18*

III. Vnde tāta in Cain verecundia.

Ex præfatis ratio panditur cur peccatores quando committunt ſcelera grauiora nullo pudore confundantur: quando vero Deus illos luce quadam cœleſti colluſtrat, eorumq; indicat malitiam, tam horrendo & execrabili pudore cruciantur. Inuidiâ & odio in fratrem ſuum Cain tabeſcebat, corde malitiam premebat, ſibique perſuadebat à nemine ſe videri, couſq; tandem progreſſus eſt, vt nefandum illud cōmiſerit Fratricium. Quietus ambulabat & ſecurus, ita vt Deo illum interrogante, & de fratre inſtanter vrgente, ipſe inuerecundè & impudenter reſponderit? num cuſtos fratris mei Domine ego ſum? porro loquitur illi Deus, tantamque vno verbo lucem illi infundit, vt criminis ſui clariùs agnoſceret enormitatem: patefecit illi vt intelligeret quantū hoc eſſet ſcelus, & quanto reus illius contemptu dignus eſſet & ſupplicio, Ex illo tantus eum inuaſit terror pudorque oppreſſit tam vehemens, vt ſibi perſuaderet tantam Deo non eſſe patientiam, quâ fratricidam pateretur, omnemque mundum in ſe inſurrecturū tanti criminis acerbitate cōmotum. Exclamat igitur: *Maior eſt iniquitas mea quā vt veniā merear:* Ecce omnis qui viderit me occidet me Ecce, cum D. Chryſ. qualis illa confeſſio, quale ferat iudicium, quam primum crimen à ſe cōmiſſum intelligit animam illius Deo illuſtrante: *Ecce abſoluta confeſſio, tantumque eſt peccatum quod commiſi, vt non poſſim accipere veniam.* Mōſtrum hoc peccati in facie conſpexit cognouit illud, & tantum inde concepit timorem, vt falsò iudicaret Deo miſericordiam non eſſe ſufficientem, quâ tantum nefas diſſimularet, quodq; creaturæ omnes illi mouerent perſecutionem & haberent ludibrio impium fratricidam: & cum ita ſit quod Deus illum redderet ſuo verbo certiorem, &

*Gen. 4. 13. D. CHR. Hom. 10. in Gen. Tom. 1.*

ſecuritatis teſſera præmuniret: præ nimia tamen formidine tremulus hac & illac caput perpetuò agitabat pudore confuſus, credenſque ab omnibus indice ſe notari Fratricidam, & quodlibet lumina flectebat, verum quempiam non cerneret qui tanti piaculi reum interficeret. Ecce quanta verecundia, quanta confuſio!

IV. Similiter & in Anania & Saphira.

*Tract. 8. in Matt.*

Idem ipſum arbitratur Origen. Ananiam & Saphiram ſolo proſtrauiſſe, maritum & vxorem: etenim viam perfectionis ſectabantur Euangelicæ, bona ſua diſtrahendo & Apoſtolorū pedibus proſternendo, vt æqua pauperibus portio diſtribueretur. Agrum vendiderunt & pretij partem clanculū reſeruando ſibi Petrum Apoſtolum adierūt, cuius pedibus cetera ſubmiſerunt, dicentes: omne facultatum ſuarum ſe pretium, Deo cōſecrate: dicit Ananiæ D. Petrus Homo, quid egiſti? Quis tibi præcepit agri tui venditionem? quis ad perfectionis coëgit vos ſemitam? an impoſſibile tibi erat viuere, vt hactenus vixiſti, tua diuitem facultate? an credis te homini imponere? Deum fallere præſumpſiſti: nonne manens tibi manebat & venundatum in tua erat poteſtate? quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus ſed Deo: ſubiungit autem Euangeliſta: audiēs Ananias verba hæc, cecidit & exſpirauit. Idem euoluto trium horarum ſpatio contigit vxori infortunium.

V. Quomodo occiſi fuerint.

*Ho. 28. §. 2. nu. 7.*

Duas hic SS. PP obijciunt difficultates: Prima: cur Diuus Petrus Apoſtolus tam ferè puniuerit peccatum quod admodum leue videbatur. Secunda: quomodo illum occiderit, quid fecerit, qualem ictum impegerit? Circa primam multas proferunt SS. PP rationes, quarum alias præteritis diebus explicauimus. Circa ſecundam varia proferunt in medium: nonnulli dicunt, quòd loquente D. Petro angelus vtrumque percuſſerit & occiderit. Alij quod vi verbi ſui illos interfecerit: ſic opinatur D. Clemens Alexandrinus à Moyſe occiſum fuiſſe Ægyptium clamore quodam altiori, quò virum ita perterruit, vt ſubitò mortuus corruerit. Sic teſtatur Diuus Gregor. *Increpando vtrique coniugi vitam abſtrahit quam reddidit Thabitæ orando.* Per hoc, vt credit Tertullian. voluit Deus vt virtus verbi D. Petri robutque patefceret: illo namque & mortificabat & viuificabat: ſimiliter vt notum fieret quid efficeret eius ſententia aliquem excommunicando, porrè credidit Origenes, quòd illo verbo D. Petri lux quædam cœleſtis corda illorum illuminauerit, quâ miſeri criminis ſui grauitatem agnoſcerent, & quem illo offenderant; vnde tantus illos oppreſſit pudor & verecundia, vt illis ſpiritus vitales

*Lib. 1. Strom. Lib. 2. Dial. c. 30 Lib. de pudicitia c. 21.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſes cordis præfocauerit, & ſubitò conciderint: tanta etenim eſt afflictio dolorque quem infert verecundia, dum aliquis peccati ſui malitiam agnoſcit, vt, dum luce ſit ſupernaturali, ad tollendam illi vitam ſufficiat.

VI. Cõfuſio damnatis erit maxima.

Ex prædictis intelligitur pœnæ grauitas, quâ peccatores damnati in die iudicij torquebuntur, atque in omnem æternitatem in inferno: hæc etenim confuſio non minimum erit inter alia, tormentum, quo damnati cruciabuntur; imo cum Diuo Baſilio, credo firmiter ipſo inferno, eiuſque flammis fore grauiorem: hic etenim ad perpetuos & æternos coget illos vlulatus, quos Iſaias Vates aſſeruit: *Præ confuſione cordis vlulabitis*,

*Iſa. 65. 14*

etenim illis Deus peccati mortalis exponet enormitatem, & quanto dignus ſit contemptu tanti ſceleris reus: grauitatem culpæ in ſe cognoſcent, in quantum eſt contra Deum, quantaque fuerit illa audacia, quâ tantam præſumpſerint offendere maieſtatem, quid per illam lucrati ſint, quidue perdiderint: vnde quiſque iudicabit dignum ſe, in quem omnes inſurgant creaturæ: nec hic pudor tantum ipſo die durabit iudicij, ſed tota conſtabit æternitate: nam inter præclara diuinæ iuſtitiæ opera peccatoribus in ſupplicium, hic pudor eminebit. Apud nos ſtatim à principio quo proditur alicui peccatum ſuum verecundatur: verum quantò diutiùs in illo perſeuerat, tantò minus confunditur. Mitra ſanctæ Inquiſitionis dicta ab Hyſpanis *Sambenito*, inflicta ob Apoſtaſiam, in principio grauem infert confuſionem, ſed illam ſæpius induens non confunditur: non ſic erit ibi: ſed eadem ſemper durabit acerbitate confuſio: nam hoc diuina diſponet iuſtitia, vt ſua ſemper perpendant peccata eorumque grauitatem ſemperque cernant, quam fuerit verecundum illa committere, atque in illa ipſum Deum cœloque commutaſſe.

VII. Non ſolum in iudicio, ſed in æternum.

*Dan. 12. 2.*

Hoc Angelus Danieli dixit: *Surgent in opprobrium ſempiternum vt videant ſemper.* Quid ſemper videbunt? peccata ſua, numquam ab oculis ſuis illa poterunt dimouere, nec per conſequens opprobrium & ignominiam, videbunt ſe per illa meruiſſe hanc pœnam quam indicauit in Pſalterio Dauid. etenim eſt illa maledictio, de qua ad litteram loquitur in perſona Chriſti contra Iudam traditorem, eique ſimiles: *Induantur qui detrahunt mihi pudore & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.* Phraſis eſt Sacræ Scripturæ frequens, quâ ſignificet aliquem rei alicuius plenitudine gaudere & abundantia, vt dicat illum hâc operiri: ita Iob vt exponeret quàm iuſtè ſuis in operibus procederet ſic ait: *Iuſtitia indutus ſum &c.* Similiter Propheta Regius, vt oſtenderet quàm perfecta ſacerdotum debeat eſſe ſanctitas, ſic ait: *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam*: his addo Paulum Apoſtol. qui vt nos doceret, quàm ex animo imitari debeamus Saluatoris exemplum ſic ſcribit: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Hoc igitur erit de Iudaiſque omnibus Chriſto contrarij, & inimicis: *Induantur qui detrahunt mihi pudore.*

*Pſ. 108. 29.*

VIII. *Induere* quid ſignificet.

*Vides Bellar. in illud Pſ. 66. Induti ſunt arietes ouium. Iob. 29. Pſal. 131. 16. Rom. 13. 14. 56*

Supponamus hic regulam S. Pontificis Anacleti receptam inter ſanctos quod quando prophetæ loquuntur in forma deſiderandi, ſint intelligendi quaſi futura ſpiritu prophetico prænuntient: *Cum optare videntur, futura prænuntiant.* Vnde idem eſt ac ſi dicat: *Induentur pudore*: quia illo ita confundentur, vt quaſi talari tunica & diploide à capite ad pedes induantur: *Operiantur ſicut diploide confuſione ſua.* Quid eſt diplois? reſpondet Diuus Auguſtinus cui omnes ſuffragantur: *Diplois duplex pallium eſt, nam quidam etiam ſic interpretati ſunt verſum iſtum, & operiantur ſicut pallium duplex confuſione ſua.* Hanc eandem ſignificationem poſuit D. Iſidorus aduertens quod diplois nomen ſit Græcum διπλοίς Idcirco Diuu. Auguſtin. id quod noſtra littera legit de Rege Saule & Propheta Samuele, *Apprehendit Saul ſummitatem pallij eius*, legit ipſe: *Retinuit Saul pinnulam diploidis eius*, ſignificans tunicam fuiſſe talarem Samuelis quibuſdam ſuffulturis, ornatam quas ſuper humeros duplicabant: & vt verum credo tunica erat talaris & ſuffulta. Hæc dicitur propriè *Diplois aut pallium duplex.* Ecce quis loquendi modus: operientur pudore, velut tunica talari & ſuffultura: quia confuſione toti complebuntur & perfecta verecundia damnabuntur. Et ſecundo dicit Diu. Auguſtin. erit diplois cum ſuffultura: quia pudorem in ipſa conſcientia patientur, quia coram ipſo Deo & hominibus pudore confundentur: Hic coram cæteris omnibus, & ibidem coram ſeipſis in propria conſcientia: *Operientur diploide, quia confundentur intus & foris, id eſt coram Deo & hominibus.*

*D. Aug. Pſal. 108. Tom. 8.*

IX. Quid ſit diplois.

*Lib. 19. Etemolo c. 14. Lib. 17. de Ciuit. c. 7. 1. Reg. 15. 27.*

X. Duplex confuſio damnatorum.

Notat ſubtiliter Lorynus in Hebræo nomen poni, quod ſignificat veſtem ſupremam quam interioribus ſuperadijcimus quam Itali dicunt *Soprana*, vel *Sopra veſte*, quia ceteris ſuperponitur, Hiſpani verò *Sotana*, q. d. innumeris cruciabuntur infelices tormentis, ſibique ſuperimpoſitis, vt illis dicantur veſtiti, veſtiti inquam ignibus,

XI. Confuſio diploidi comparatur.

bus, gelu, ſerpentibus, flammis, fame, ſiti, dæmonibus, & ſuper hæc omnia erit pudor & confuſio, quâ operientur ceteris omnibus cruciatibus pœniſque terribilior. Sicut beati mille gloriæ veſtibus induentur, quibus circumquaque veſtientur illiſque dabuntur in prœmium bonorum operum, ieiuniorum, Eleëmoſynarum, orationum, remiſſionis iniuriarum mortificationum: his omnibus ſuperadijcietur pallium ſeu toga gloriæ & honoris ex illis proceſſura, interior & exterior coram Deo & hominibus proprijs ipſorum conſcientijs: etenim inter beatorum præmia hæc ceteris eminebit multo glorioſior.

XII. Eorum explicatur confuſio. *Ezech. 7. 17.* Tunc impletur illud quod Dominus per Ezechielem minatus fuerat: *Omnes manus diſſoluentur, & omnia genua fluent aquis &c. & operiet eos formido & in omni facie confuſio. Omnes manus diſſoluentur* (Hebraiſmus hic eſt valde frequens, quo timor exprimitur horrendus) *Et omnia genua fluent aquis.* Nonnulli putant ſignificari ſudorem anguſtiæ maximum: ſed ad hoc opus non erat illum adſcribere genibus, vt ex illis deflueret. Honeſto verbo ſignificat, quod dicimus: præ nimia formidine vrinam mittere. Quis ecce modus loquendi; & hoc erit: quia omnis replebitur vultus pudore & confuſione: *In omni facie confuſio.* Iam nunc elata ſurſum ambula facie, tu frontis impudens: & tu ſolutus habenis liberior, qui nedum tuorum criminum perſpectam habes grauitatem ſed & de illis gloriaris teque iactas: tunc enim talis te confundet verecundia, qualem iuſtum eſſet nunc mente conciperes. Attende tu peccator, ſi ad euitandum pudorem hunc, quò tunc operieris, congruum foret partem illius aliquam tibi prouocare cum pedibus aduolueris confeſſarij, mundique oculis expeneris, qui te riſum facit, ea quod diuinis legibus viuas obediens & nequaquam duelli carniſque ſecteris inſtituta; quomodo nunc igitur pudore ſcelerati minimè confunduntur? ob rationem prædictam, inquit Diu. Thomas, quia nec cognoſcunt, nec apprehendunt, quanta ſit peccati grauitas culpæque malitiâ. Hic vnus adſcribitur effectus peccato, dum animam ingreditur, quædam ſcilicet obcæcatio, vt eius non conſideret nec horrendam attendat enormitatem, imo etiam propterea illi concedit ingreſſum; operit ſe & abſcondit laruâ aliquando delitiarum, aliâs lucri & ſæpe voluptatum; ita Deus illud Iob propoſuit in figura Balenæ: nam adnatans piſciculis vt eos deuoret faciem ſuam quibuſdam pellibus obtegit ne videatur; imo tugurium videatur eſſe delitioſum ad quod miſeri ſtultique ſe recipiunt & deuorantur. Vtinam laruam hanc deponerent, & vultum eius piſces attenderent ſimpliciores? *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* *Iob. 41. 4.*

### §. 20. *Quod ex peccatis tuis non confundaris, ratio eſt quod illa non cognoſcas, qui illa cognoſcunt, tanto pudore confunduntur, vt cum Dauide velut attoniti terreantur.*

AVdio Spiritum Sanct. Philoſophiâ quadam cœleſti diſcurrentem: *Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt.* Notemus terminum *Concreata.* Quærunt Methaphiſici vtrum Deus hæc omnia producens, eorum etiam accidentia creauerit. Videtur quod non: quia creatio eſt productio de nihilo: accidentia autem Deus de nihilo non produxit, ſed de ſubſtantia, de qua procedunt. Reſpondent autem quòd propriè non creentur nec producantur accidentia, ſed præcipuè & primariò producitur ſubiectum, deinde per illud atque ex illo producuntur accidentia, quæ ex illis quodam naturali fluxu emanant: ignem extruis, id quod principaliter producis, ſubſtantia eſt, ſed illam producendo pariter illa mediante producis calorem, qui naturaliter illam conſequitur. Creauit Deus animam directè, non autem eius voluntatem & intellectum, ſed illam creando pariter profluunt ex illa voluntas & intellectus animæ potentiæ, velut de ſubiecto proprietates. *Eccl. 11. 16.* 1. An cum ſubiectis creata accidẽtia

II. Pudor peccati eſt accidens. Peccatum malum eſt grauiſſimum: etenim bono priuat gratiæ, atque ex illo procedunt velut naturali quadam emanatione tenebræ & cæcitas, quibus quandoque huius peccator monſtri non nouit malitiam, non damna per illud intenta. Aliâs licet peccatum agnoſcat, non eo tamen vſque peruenit, vt ſeipſum culpæ fateatur auctorem. Hinc viuunt peccatores impudentes, & perfricta fronte: Nonnulli nullo pudore confunduntur; quia quod agunt peccatum eſſe non arbitrantur: Alij, quia eius ſe nolunt auctores agnoſcere, vnde hæc illos

III. Vt hoc ſe liberẽt omnes ſe conantur excuſare. cura ſollicitat ordinaria, vt ſeipſos excuſantes alios culparum accuſent incentores. Exemplo patet in Protoplaſtis noſtris: Adam etenim culpam retorquet in Euam, & accuſat Eua ſerpentem. Exponit Deus illis peccati ſui grauitatem: & ecce pudore confuſi latebras quærunt

vt verecundiam ſuam abſcondant, confeſſi quidem culpam, ſed ſibi ipſis eam nequaquam imputantes.

IV. Confirmatur in Aaron. Exod. 32. 5.

Multa ſe nobis offerunt conſideranda in actu Aaronis, quando inſtante populo vitulum erexit, quem Deum eſſe proclamarunt. Audi ſcripturam: *Cum ille accepiſſet inaures formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum &c. & ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit &c.* Ea tempeſtate Moyſes cum Deo in monte loquebatur. Aperit illi Deus peccatum quod in valle committebatur. Deſcendit, arripit Idolum & in ignem cōijcit exurendum: etenim iiſdem modis quibus factum erat, diſſoluitur: confeſtim fratrem ſuum Aaron conuenit huius operis auctorem præcipuum, atque illi: *Quid fecit tibi hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* q. d. Licet omnes infenſiſſimi tibi forent inimici & mille te confeciſcent opprobrij, atque de eis vindictam velles ſumere, numquid malum valeres illis imponere huic conferendum? Per hoc ſtatim Aaron ſui ſceleris cognoſcit fœditatem, ſed excuſat & illud alijs imponit caſtigandum: *Ne indignetur Dominus meus: tu enim noſti populum iſtum, quod pronus ſit ad malum dixerunt mihi: fac nobis Deos, qui nos præcedant, huic enim Moyſi, qui nos eduxit de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit, quibus dixi: quis veſtrum habet aurum? tulerunt & dederunt mihi & proieci illud in ignem, egreſſuſque eſt hic vitulus. Ne indignetur Dominus meus.* Qua de cauſa nominat illum Dominum ſuum?

Exod. 32. 21.

V. Cur Moyſen Dominum vocarit, cum eſſet ipſe primogenitus. Gen. 27. 29. Gen. 27. 37.

Erat hoc primogeniti priuilegium, vt à natu minoribus Dominus honoraretur. Ita Iſaac benedicens Iacob, eique per hoc tribuens maioratum, ait illi: *Eſto Dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Et poſtmodum ab eo poſtulans Eſau ſibi dari benedictionem, reſpondit illi Iacob: quomodo fiet iſtud: etenim fratri tuo primogenia concedens *Dominum tuum illum conſtitui & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui.* Nemo ignorat quin Aaron fuerit primogenitus & Moyſes illi frater natu ſecundus. Quomodo igitur Dominum ſuum illum cognominat & reueretur? *Ne indignetur Dominus meus.* Audite reſponſum: voluit primò Spiritus Sanctus vt hinc nobis pateret, quantum iuſtus præcedat peccatorem: nam eo ipſo quo quis peccat, licet totius mundi Dominus ſit eminentiſſimus, in oculis Dei quouis ſancto & iuſto etiam minimo deſpicitur inferior. Secundò: hoc ipſo iuſtum ſuum aperuit timorem, quo corde premebatur, reatum ſuum agnoſcens, vt illum ei Moyſes declarauit, indignum iudicans ſe Domini nomine compellari. Sed perpende quòd, oculos ſuos iam aperiens, quò culpæ grauitatem agnoſceret, non illos tamen aperuit vt eius ſe auctorem fateretur: imo potius vt hâc ſe verecundiâ pœnâque liberaret, ſeipſum conatus eſt operire, illam retorquens in populum, dicendo: populus hic mihi vim intulit, coëgit atque ad hoc adegit, populus ille refractarius, duraque ceruicis, cui mihi reſiſtere fuit impoſſibile; taleſque tumultus illi ſunt, vt noſti, valde familiares.

VI. Tepidæ charitatis Prælatus eſt Aarō.

O tepidæ charitatis Prælatum, qui culpæ reus, & populo debuerat ſeſe opponere Deos petenti, illum aliter inſtruere, & reprimere fortiter, non tamen hoc egit: ſi quando populus culpam incurriſſet, illius muneris erat, illam ſibi adſcribere vt ſubditos ouesque ſuas exoneraret, nec hoc fecit: etenim in hoc omnes intendit neruos, vt à ſe, quantum fieri poterat peccatum amoueret. Inſuper ait: non ego hunc volui conflare vitulum, nec quid ſimile intendi, nam contra mentem meam ſic fortuitus egreſſus eſt: hoc ſolum egi aurum & argentum in ignem conieci, & caſu fortuito egreſſus eſt hic vitulus, quem intueris, *Proieci illud in ignem, & egreſſus eſt hic vitulus.*

58

VII. Naturaliter omnes peccatum vel non agnoſcimus vel in alios reijcimus

Hoc nobis innatum eſt peccati non cognoſcere malitiam, & ſi quando nobis illa declaratur, culpam alteri imputare, & à nobis procul abigere: quid plura? Siue hoc modo ſiue alio noſtrum negamus peccatum, vnde nec pudet nos vt iuſtum foret, coram Deo, nec coram hominibus: quoties enim Deus animam illuminat quatenus & vnum & alterum cognoſcat, quanto pudore ſuffunditur? aptè declarauit hoc vates Hieremias in perſona loquens peccatoris, cui Deus culpis ſuis frœna laxanti colaphum impegit fortem ſatis, quo illum cohibuit & coniuncto flagro animam illius illuminauit, vt crimina ſua fœda nimis agnoſceret: *Caſtigaſti me & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus: poſtquam enim conuertiſti me, feci pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum: conuerſus ſum & erubui.* Magnam collauda Dei benignitatem, quando tuis te vacantem voluptatibus infirmitate proſternit, iacturâ contriſtat & aduerſitate, vt in te ipſo reuerſus emenderis. In eum finem diriguntur Dei ſupplicia, eiuſque hoc adſcribendum miſericordiæ, quando illis te affligit: diuinum enim ſpirant hæc amorem, & ſalutis tuæ deſiderium

Hier. 31. 18.

Prou.3.11. Heb.12. 6.

*Quem enim diligit Dominus caſtigat: flagellat autẽ omnem filium quem recipit.* Opus eſt ſanè diuinæ miſericordiæ, quò te conuertit, ſad quod ita neceſſario diuinum eius requiritur auxilium: etenim ſine illo nullus conuerteretur peccator: vnde ſic Deum deprecare: *Conuerte me Domine & conuertar: quia tu Dominus Deus meus.*

VIII. Vera cõuerſio includit contritionem & pudorem de peccato.

Quando conuerſio vera eſt, duo hæc interueniunt: Primum eſt pœnitentia id eſt dolor cordis & contritio ex offenſo Deo: Secundum eſt aperire oculos, gravitatem appendere peccati, & erubeſcere: hoc eſt: *Poſtquam oſtendiſti mihi percuſſi femur meum.* Sumpta eſt metaphora ab eo quod tibi contingit, quando quis te fraudibus irretiuit bona tua vanis promiſſis doliſque diripiens: dum enim alius tibi oculos aperit fraudemque detegit & vnum cum altero confers, palma femur tuum percutis exclamando: verè nunc fraudem agnoſco, (a) & teipſum admiraris adeo fuiſſe ſtupidum, vt te fraudibus paſſus ſis illaqueari, nec exiguo pudore cõfunderis ex irriſione quã te deceptum exſibilarunt: *Confuſus ſum & erubui.* Eadem Regem Dauid cœpit admiratio, quam elegantioribus verbis expoſuit interprete Diuo Gregorio: *Ego dixi in exceſſu meo: proiectus ſum à facie oculorum tuorum.* Sequitur D. Gregorius lectionem, quam D. Hieronym. refert, quaſdam expendens pſalmorum lectiones quas nonnulli ſequebantur: *Ego dixi in pauore meo.* & D. Hieronymus ait ſibi placere aliam lectionem quam ille ſequebatur: *Ego dixi in ſtupore meo & admiratione mea,* & omnes illæ conſiſtunt in energia vocis Hebrææ. Inſinuat Dauid, ita D. Gregor. ſe tanto ſtupore perculſum, quando Deus illum illuminauit vt malum agnoſceret, in quod per peccatum corruerat, quidque perdiderat, quid lucratus fuerat: qualiter iacturam boni paſſus erat infiniti & malum immenſum ſibi conquiſierat quod ex amico Dei ſeipſum ſeruum diabolo deuouerat: quod ab æterna ſua damnatione & lapſu in barathrum nonniſi medio digito aberat: tanto hinc inquam horrore & pauore proſternebetur, vt quaſi mentis inops hæreret attonitus.

XI. Similitudo.
(a) *Agorádoy en la cuenta.*
*Lib.18. mor.c.26. & lib.23. c.21.*
*Pſ.30.23.*
X. Dauidis verecundia de peccatis ſuis.

XI. Effectus mirabilis ſtuporiſ.

Refert eximius Doctor M. F. Barth. de Medina cum operarius quidam iumento vectus in agrum abijſſet, illo die fluuius ita increuit qui profundus erat vt pontem ſecum abriperet, relicto nonniſi ligno quodam vel aſſere, cui vix poterat inniti. Reuerſus noctu & rei euentum ignorans in ipſis tenebris duci ſe paſſus eſt ab aſina quæ lignum tranſiuit pontem eſſe credens ſubſtratum Domum reuerſus & inquiſitus à ſuis qua ratione tranſmiſiſſet, accenſis facibus duxerunt eum, vt locum inſpiceret: quem vt vidit ſtetit attonitus: Fierine poteſt vt ego hac tranſierim? tali fuerim expoſitus periculo? tam vicinus ſubmerſioni tranſierim? Tantus cor eius pauor conſtrinxit vt ibidem mortuus corruerit. Hoc Dauid contigit quando aſina vectus ſuæ paſſionis horrendum illud tranſierat præcipitium, tali tamque tremendo expoſitus diſcrimini, quando Deus oculos illi aperuit: totus enim ſtetit attonitus & exclamans: Quis credat fieri poſſe vt tam periculoſo me labyrintho cæcus expoſuerim?

Hinc illa ſtupenda eius de ſeipſo admiratio: *Ego dixi in admiratione mea.* Quid admiraris ô Dauid? meipſum. Credamne quod Deum ego commouerim, vt me pelleret à ſe profugum? an ergo Deum ab anima mea ego propulerim? an adeo mentis impos, vt tantum proditionis ſcelus aggreſſus ſim in Dominum meum, Regem meum, Patrem meum, ſponſum meum & amicum integerrimum? Quis mihi perſuadeat, quod ſtultam adeo & ineptam commiſerim permutationem? ex illis procedit tanta illa verecundia quantam ipſe declarauit: *Tota die verecundia mea contra me eſt & confuſio faciei meæ cooperuit me.* Hinc quoque profluit, vt ait Diuus Gregorius quod in veris notamus pœnitentibus, non enim coram diuina præſumunt comparere maieſtate. *Pſ.43.16.*

59 XII. Diſcrimẽ inter ſeruos fideles, & proditores, iuſtos & pœnitẽtes peccatores.

Patet hic, inquit, diſcrimen inter ſeruos Regis fideliſſimos & commiſſæ in eum proditionis reos: illi namque ſemper eius optant oculis adſtare præſentes, illi Regiæ gaudent præſentiâ. Sicut de ſeruis legimus Salomonis, quos Regina Saba beatos canonizat: *Beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper.* Hi verò præ nimia confuſione & verecundia Regiæ non audent adſtare præſentiæ: ita res ſe habet in domo Dei. Iuſti & Deum timentes eius ſtudentes ſemper obſequio ſtatuunt ſe & diuinis offerunt obtutibus. Ita licet conſpicere iuſto promiſſum: *Præibis ante faciem Domini.* Sic audies Eliam loquentem: *Viuit Dominus in cuius conſpectu ſto.* Sic audies Dauidem pſallentem *Exultent iuſti, & epulentur in conſpectu Dei & delectentur in lætitia. In conſpectu quidem Domini* (verba ſunt Diui Gregorij), *vel ante Dominum ſtare, eſt teſtimonium bonæ conſcientiæ de amore conditoris præſumere. Edunt itaque in conſpectu eius, qui ex merito magnæ actionis, de ſuprema conditoris ſui gratia ſecuri ſunt.* Eodem modo liquidò

*3.Reg.10.8.*
*Luc.1.76.*
*3.Reg.17.1.*
*Pſ.67.4.*
D. Greg. *In c.12. lib.1.Reg.*

liquidò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quidò conſtat vt ſe peccatores agnoſcentes di-
uinum refugiant conſpectum, nec coram eo fa-
ciem oculoſque leuare auſi ſunt verecundos. San-
1.Eſd.9.6 ctum precantem audi Eſdram: *Deus meus confun-
dor leuare faciem ad te: quoniam iniquitates noſtræ
multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum.* Qualis ad-
ſtabat publicanus reatum ſuum ex corde cognoſ-
cens quod crebro verbere percutiebat: *Nolebat
nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus
ſuum.* Quanta verecundia Rex Manaſſes perfun-
debatur quando Deo cor eius oculoſque illumi-
Luc.18.13 nante cœpit in hæc verba prorumpere: *Non ſum
dignus oculos ad cœlum leuare?* Idcirco ad hu-
meros Dei ſe timidi recipiunt: *Peccatores qui ma-
la committunt à facie Domini fugiunt, ſed cum
redire pœnitendo deliberant, quaſi poſt tergum Do-
mini ſunt: quia & diſcedere longius nolunt & ta-
men præſumere de Deo quaſi amici non poſ-
ſunt.*

XIII. Bonum conſiliũ Samuelis præſcrip. peccatoribus.

Ex præfatis prudentiſſimum, inquit ille, capi-
mus conſilium, quod Propheta Samuel quibuſ-
dam ſuggeſſit peccatoribus, quorum Deus actio-
nes & agendi modos ſe moleſtè admodum ferre
declarauerat. Quocirca terrere cœpit eos fulmine
tonitru, igniſque radijs, quibus perculſi Prophe-
tam adierunt ſupplices poſtulando remedium,
1. Reg.12.20. quod ipſis quale foret indicauit: *Vos feciſtis vniuer-
ſum malum hoc: verumtamen nolite recedere, à
tergo Domini.* Magna fuit indubiè hæc veſtra ca-
lamitas: quandoquidem eo ipſo quod commi-
ſiſtis, tantum feceritis malum quantum fieri
poteſt: *Vos feciſtis omne malum hoc.* Ac ſi dicat:
*Vos feciſtis hoc, quod eſt vniuerſum malum.* Quid
hoc Propheta SS. propter vnicum peccatum ab
XIV. Peccatũ eſt malũ. eis commiſſum, an malum commiſerunt vni-
uerſum? Commiſerunt: quia in vnico peccato
mortali omnia mala comprehenduntur: primò
namque Deo ſpoliat qui eſt bonum vniuerſale:
*Omne bonum*, & qui illo priuatur, qui eſt om-
ne bonum, in quo omnia bona concluduntur, eo
ipſo incurrat neceſſe eſt omne malum: quando-
quidem malum non ſit aliud quàm priuatio boni.
Secundò: quia, vt aliàs diximus, quodlibet pecca-
tum mortale radix quædam eſt & ſemen malo-
rum omnium corporis & animæ: ſicut in nuce
ſemine tota latet virtus nucis arboris: vnde poteſt
Iacob.2.10. intelligi illa D. Iacobi ſententia: *Qui offenderit in
vno, factus eſt omnium reus.*

Hoc ſuppoſito, ecce quàm apta peccati mor-
talis definitio: *Vniuerſum malum.* Vos ipſi ſic Pro-
pheta loquitur, hoc peccato, quod commiſiſtis
omnia vobis mala damnaque conquiſiſtis. Ve-
ſtrum autem remedium in eo conſiſtit, vt ad
Deum confugiatis ſine quo nullum vobis ſperan-
dum eſt; non autem conſulo vobis, vt vos co-
ram ipſo ſiſtatis: iam enim ſcio iuſta eum vos
vindicta puniturum: ſed à tergo Domini conſiſta-
tis: *Quia pro commiſſis iniquitatibus ſemper eru-* XV. Verecundia neceſſaria peccatori
*beſcere debemus, & in quibus confundimur deuita-
re, Samuel peccatoribus imperat, vt à tergo Domini
non recedant.* Hoc ex ſententia præfati Doctoris
egit, mulier illa ſanguinis profluuio laborans: cũ
ſciret enim in hoc ſibi parati remedium, quod
Christum accederet, eum acceſſit, ſed horridam
plagam ſuæ cognoſcens infirmitatis à tergo ve-
nit immunda mundanda: *Retro illa ſtetit, quæ fim-
brias eius tetigit, & fluxu ſanguinis ſui curari me-
ruit. Retro quidem ſtat pro verecundia peccati, ſed
tangit per virtutem ſpei.* Idem hoc feciſſe lauda-
tur noſtra peccatrix: *Peccatrix mulier retro ſtetiſſe
dicitur vt pedes Domini deoſculari mereretur.* Pudo-
rem & timorem ſociauit: ſi namque diuinæ mi-
ſericordiæ non fideret, ad eum accedere non
præſumeret: pudor illam à vultu retraxit illo
diuino & ad humeros tergumque reiecit, taliſ-
que euaſit qualem ſponſæ ſuæ ſponſus decla-
rat: *Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ.* Ve- Cant. 4.5.
recundia colorem in vultu prouocat, & maxillas
tuas rubore tingit coccineo: velut fragmen mali
punici rubebant maxillæ Magdalenæ. O quàm
verecunda, quàm erubeſcens ſtetit à tergo Do-
mini! tanta fuit eius erubeſcentia, vt illi vocem
ademerit: etenim hic eius cenſetur effectus quan-
do grauis eſt, vt tollat loquelam mutumque effi- Lib.2.contra Pelagia.
ciat.

Sic Deus animæ cuidam loquitur, vt notat D.
Hieronymus, cui criminum ſuorum infunderet
cognitionem, vt tanto ſcilicet pudore confunde-
retur, vt ipſa confuſio os illi obſtrueret fieretque
lapide elinguior, ſic vt nec vnum profari verbum
foret illi poſſibile: *Vt recorderis & confundaris,
& non ſit tibi aperire os.* Hanc verecundiam pe- Hiere.12.13.
ti à peccatonbus Deus per Vatem ſuum Hiere-
miam: *confundemini à fructibus veſtris.* Quid
vobis perſuadetis, nihil aliud agendum eſſe,
quàm peccare & quantum eſt ex parte veſtra
Deo colaphos infringere, & multigenis eum
prouocare conuitijs, atque reiectâ omni verecun-
diâ ſtatim vos diuino eius præſentare cõſpectui?
mea quidem ſententia (loquitur ſanctiſſima illa Lib. vitæ ſuæ c.8.
magiſtra D. Thereſia) non mihi videtur maiori
animo opus eſſe ad quælibet huius mundi pera- XVI. Similitudo.
genda quàm in regem moliendam proditionem,
& ſcire, eam ipſum non latere, & nunquam
ab eius ſe remouere conſpectu. Huic conformi- Cap.6.
ter de ſeipſa narrat ſæpe ſibi contigiſſe, quod

orare non præſumeret culpas ſuas agnoſcens-præ nimia confuſione & pudore, quo premebatur, conſiderans ſe coram illo Rege ſtare quem tam grauiter offenderat. Perpende quæ nam fuerint huius feminæ peccata, quam pia quorundam opinio credit numquam peccatum commiſiſſe mortale, & quæ ſatis efficax habebat argumentum, quò crederet, ea ſibi remiſſa: nihilominus ita erubeſcebat adſtans coram Deo, vt illi tormentum eſſet quale ipſa ſibi perſuadebat: Quid ergo de vobis iudicabimus?

Pudor eſt & confuſio, videre vos impudicos, nec mirum: cum nec veſtras agnoſcatis culpas, & quod pro ijs meriti ſitis vt totus in vos mundus inſurgat. Hæc eſt ita hæc eſt vera & ſuprema Magdalenæ verecundia, de qua naſcebatur hoc, vt non timeret ab hominibus confundi: quocirca dicteria negligit, quæ ſibi à Phariſæis præſciebat imponenda murmuratoribus: qui namque in rei veritate coram Deo pro commiſſis erubeſcit delictis parum eum remoratur confuſio pudorque coram hominibus: *Quia ſemetipſum grauiter erubeſcebat intus, nihil habuit quod verecundaretur foris*, ſic Diu. Gregorius. Mulier illa quæ pectore ſuo cancrum gerit quo viua conſumitur illum non erubeſcit oſtendere Chirurgo curandum: quam pœnam, dolorem, & confuſionem ſentit in anima Magdalena? Hæc operatur, vt foris homines non erubeſcat: *Cerno* (ſic D. Ephrem Syrus) *feruentis illius animæ magnitudinem, & pulchra illius mulieris honeſtam inuerecundiam*. Pulchrum admirare Epithetum: *Honeſta inuerecundia*. Optimè foret illa tua honeſtas ſi clarè confeſſario tuas aperires inhoneſtas actiones, & illa prudentiſſima verecundia, non verecundari illas diſtinctè, vt conuenit, aperire. Simili phraſi vtitur Diu. Auguſtin. *Quæ erat peccatrix, quæſiuit pia impudentia ſanitatem. Pia impudentia*: hæc ea eſt quam habes (ſi fari ſic liceat) quando remotis omnibus latebris animæ tuæ detegis immunditias. Quid confeſſarium erubeſcis? Quid vulnera tua detegere verecundaris? hanc ego verecundiam optarem ne illa incurrerem. Signum eſt te parum illa ſentire, parumque tibi adferre moleſtiam.

XVII. Ex interiori pudore homines Magdalena non erubeſcat.

D. Greg. *Hom. 33. in Euang.*

D. Ephr. *Ser. in mulierem peccatricē.*

D. Aug. *Lib. 50. Ho. Ho. 23 Tom. 10.*

§. 21. Lacrymis cœpit. *A lacrymis orditur ſatisfactionem dignioris operis: quam aquarum de Petra, de illis Deus locutus eſt Iob, & aquis diluuij ſunt conferendæ.*

INcipit hæc ouis ſuum ſequi paſtorem, iuxta conditionem quam Dominus in ouibus ſuis 60 ☞
prænotauit. *Sequuntur me*: Illum autem ſequi fit per pœnitentiam: vt enim diximus hæc via eorum eſt, qui à via virtutis aberrarunt. Vera pœnitentia duas complectitur partes, dolorem & verecundiam de præterito, correctionem & opera ſatisfactionis in futurum. Hoc eſt (ſic doctor moralis) quod Samuel Propheta quibuſdam præſcripſit primæ notæ peccatoribus, de quibus ante diximus, qui perterriti immiſſis à Deo fulminibus, tonitru, & fulgetris Prophetam adeunt ab eo inſtruendi, quid illis agendum eſſet, vt diuinam placarent iram, quibus hoc conſulit: vt primo de præteritis doleant, & ad tergum Domini confugiant: an hoc ſufficit? nequaquam, ſed addit: *Et ſeruite Domino in omni corde veſtro: quia vero non ſufficit conuerſo peccatori, vt peccatum non agat, conſequenter adiunxit: ſeruite Domino in omni corde veſtro.* Hanc ſententiam probauit D. Auguſtin. illa Salomonis exhortatione. *Fili peccaſti? non adijcias iterum, ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Si ſufficeret ad remedium peccatoris à peccatis abſtinere nihil aliud dixiſſet quam peccaſti? à peccato deſiſte, nec alia ſi peraddas: ſed adiunxit (inquit D. Auguſt.) *Et de priſtinis deprecare.* Vt illa tibi Deus ignoſcat. Sub nomine deprecationis omnes intelligit actus pœnitentiæ. Abſtine à peccatis in futurum & de præteritis age pœnitentiam.

I. Duæ partes pœnitentiæ: dolor & ſatiſfactio.

*Lib. 1. de Nuptiis & concupiſc. c. 26.*

*Eccl. 21. 1.*

Hæc duo vera complectitur noſtra pœnitens. Primum, ex integro & perfectè viam deſerendo peccati. Etenim primò recurrit ad Deum tota pudore confuſa vt diximus. Nunc, ſecundum aggreditur: Opera enim profert ſatiſfactoria omnia eius conſecrans obſequio, quibus ante eum offenderat, atque vt medium aſſumens pœnitentiæ, quidquid medium fuerat ei peccatorum: Oculos adfert, capillos, os, manus, vnguenta, corpus & animam: Quia verò multa ſunt in ſingulis attendenda, ea ſingillatim enumerat Euangeliſta. Primùm nobis oſtendit oculos vtique in vultu ceteris eminentiores, & eos qui fontes fuerant profluui laſciuiarum, illis merito comparandi de quibus Diuus Petrus: *Habentes oculos*

II. Confirmantur in Magdalena.

*2. Petr. 2. 14.*

III. Eductio aquarum de Petra renouatur in Magdalena.

*oculos plenos adulterij*, in fontes mutat lacryma-
rum adeo copioſos vt verè dicere licuerit: *La-
crimis cœpit rigare pedes eius*. Incipit hic opus
illud Dei detegere multo præcellentius illô,
quod olim cooperante Moyſe perfecit.
Inter illa caput extulit vt primicerium, quod
in Petra Oreb duriſſima operatus eſt, illam in
fontes commutans aquarum vberrimos: etenim
eâ de cauſa Dau d Dei magnalia decantans il-
lud ceteris præfert non ſemel ſed bis, ter, imo
quater: *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum,
Pſ.77. 15. & rupem in fontes aquarum.* Vult autem ſpiritus
Pſ.104.41 Dei vt opus illud expendatur: idcirco namque
Pſ.106.35 crebro deſcribit Petræ qualitates. Nunc illam
Pſ.113.8. vocat altiſſimam: *Sitierunt & inuocauerunt te
Sap.12.4. & data eſt illis aqua de Petra altiſſima.* Opinan-
tur nonnulli ſignificari Petram fuiſſe magnam
& eminentem, altiori loco omnibus cõſpicuam.
Hanc enim totius populi oculi coram ſe con-
ſpiciebant. Modo vocat illam duriſſimam: *Re-
quies ſitis de lapide duro.* Et iterum: *Qui eduxit
Ibidem. riuos de petra duriſſima.* Inſuper aduertit D. Hie-
ronymus nobis per hoc ſignificari petram fuiſ-
Deut.8:15 ſe duriſſimam: vnde ſic ipſe transfert: *Silicem in
fontes aquarum.* Erat igitur petra ter maxima,
omnibus conſpicua, & tantæ duritiei, vt magis
congrua videretur, vt percuſſa ſcintillas ignis e-
mitteret quàm torrentes aquarum. Nihilominus
percuſſa vel ſemel virgâ illâ mirabili, gurgites
aquarum effudit adeo copioſos vt dicere licue-
rit ex ea aquarum flumina profluxiſſe: celebrat
hoc prodigium ipſe Dauid: *Interrupit Petram
Pſ.77.15. in eremo, &c. & eduxit aquam de Petra, & edu-
xit tanquam flumina aquas*.
Genebrardus Archiepiſcopus hæc verba pon-
Genebrar. derans opinatur ex Petra fluuium proſilijſſe adeo
In Pſ.38. abundantem, vt per quatuor milliaria deflueret,
id eſt à monte Horeb vſque Raſidim, quod vti-
què tanto populo erat neceſſarium, cuius nume-
rus præter ſexcenta millia virorum ad bella
promptiſſimorum, infinitus erat puerorum, ſe-
niorum, mulierum, gregum & armentorum.
Nec hoc adeo multum eſt quandoquidem indi-
In Pſ.38. cet D. Ambroſius flumen hoc aquarum ſecu-
tum fuiſſe populum quocumquè proficiſceretur. Imo D. Chryſoſtomus credit quòd ipſa Pe-
Tract. Quod nemo læditur niſi à ſeipſo. tra in fontem mutata conſecuta fuerit tantam
populi multitudinem: pro cuius confirmatione
verba profert Apoſtoli: *Conſequente eos petra*,
quinimo opinantur alij plures ex illa profluxiſſe
1.Cor. 10. 4. riuulos: Hoc enim canit Dauid: *Eduxit tam-
quam flumina aquas*: & iterum: *dirupit Petram
Pſ.4.41 & fluxerunt aquæ, abierunt in ſicco flumina.* Ma-
gnum eſt hoc indubiè miraculum, & quod ce-
teris præferri mereatur quæ Deus tunc temporis
operatus eſt: ceterum excellentius multò quod
per illud ſignificare voluit in eo, quod hodie in
hac muliere operatur: nam idcirco à nobis po-
ſtulat vt in eam, vtpote petram ab omnibus cog-
nitam, oculos mentemquè conijciamus: *Petra
altiſſima*, omnium conſpectui patentiſſima, cog-
nita vt dura & in peccatis ſuis obfirmata: *Pe-
tra duriſſima. Ecce mulier quæ erat in ciuitate pec-
catrix*: Virgâ etenim percuſſa illâ Domini di-
uina & efficaci, qui quodlibet, quomodolibet,
& vbilibet operabatur, conuertitur in fontes
imo in riuos adeo abundantes, vt terram illam
ſanctiſſimam pedum ſe.licet, poſſint rigare
Saluatoris: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.*
Cœpit, inquit, quia ſicut vetus illa Petra non
ceſſabat aquas populo miniſtrare ſitienti, ſic nec
hæc lacrymas pedibus Saluatoris effundere, quo
tempore vita fuit illi ſuperſtes vt poſtmodum di-
cemus.
Magnum prodigium, quod vt opinor Deus 61
IV. Proponitur hoc ænigma à Domino Iob Allegoricè.
patientiſſimo Iob propoſuit. nam finem dolori-
bus illius impoſiturus, & ex illis lucrum illi &
magnam collaturus vtilitatem; notitiam illi in-
fundit arcanorum Dei, operumque eminentium,
quæ facturus eſſet factus homo: hæc etenim ea
erant, quæ Sanctiſſimi illi Patriarchæ tantò o-
rexi deſiderabant ſibi à Deo communicari, &
eorum ſe poſſe promiſſis exhilarari. Exponit il-
la ipſi quibuſdam ænigmatibus quibus intelle-
ctus illius non parum recrearetur, noſter autem
exerceretur, & hoc arbitror eſſe ſecundum San-
ctorum doctrinam, quod dicere voluit nec hæ-
ret in ipſo nudo naturalium effectuum cortice,
ſicut quidam litterales nimis intendunt: etenim
arcta nimis eſſet hæc ſcientia, & ſi de iſtis intel-
ligi deberet, multa ſatis proponit illi Deus, ve-
lut inexplicabilia, quæ ſi in eſſe tantum natura-
li conſiderentur, ſunt clariſſima etiam homini
vulgari & idiotæ: velut quænam ſit origo &
via lucis, formatio nubium, & pluuiarum. Di-
cit igitur illi: *Numquid eleuabis in nebula vocem* Iob 38.34.
*tuam & impetus aquarum operiet te?* Numquid
tibi vires ſunt vt oriente inde nube ſpiſſa quadã
& obſcura, illi verbis imperes & fontem efficias
aquarum adeo copioſum, vt te ipſum contegant:
hoc quod tu agere minimè vales, efficiam ego:
vocem etenim dabo ſecretam & taciturnam in
nube obſcura & condenſa, efficiamquè vt ſu-
per me rabido impetu torrentes depluant aqua-
rum: *Impetus aquarum*, quodnam eſt hoc in-
ſolutum paradoxum? Exponit quod homo fa-

ctus in peccatoribus eſt operaturus, & ni fallat, potiſſimum loquitur de caſu hodierno. Erat mulier hæc nubes obſcura & tenebroſa. Obſcura per peccatum, prodiga famæ, paſſa iacturam nedum claritatis & diuinæ gratiæ, qua cœlitibus fieret illuſtris ſed etiam illius quæ dabat ei generis nobilitas, & qua etiam in terris magnificeretab omnibus.

V. Chriſtus in Magdalena lacrymas excitauit.

*Erat in ciuitate peccatrix.* Attollit Dominus vocem ſuam diuinam & efficacem, quam licet parum intellexerint aures corporis, tam potenter tamen & viuaciter in ſonuit in intimis cordis ipſius viſceribus, vt confeſtim illam conuerterit in fontes pluuiarum copioſiſſimos quibus operuit & rigauit pedes Redemptoris: *Impetus aquarum operiet te.* Hic primò conſideranda eſt vis doloris quæ lacrymas illas excitauit: nō enim guttatim effluxerunt, ſed impetu vehementi, velut efficaciter expulſæ magna doloris vi, quo cor illi premebatur: non effluebant, velut de ſublimatorio guttatim ſed vbertim & abūdanter pleno gurgite, nec minori impetu quàm aquæ prodierunt de Petra mirabili illa virga percuſſa. Depromebat illas foras doloris acerbitas & ardor ignis intus accenſus, non minori violentia quàm ignis in interiori tormenti bellici accenſus glandem æneam tanta explodit violentia, vt qui eam retineat ſciamus eſſe neminem. Poterat equidem Phariſæus obmurmurare, poterant & conuiuæ iudicare, tales tantaſque lacrymas tali conuenire handquaquam occaſioni, & propoſito repugnare conuiuio: nam illas cohibere non valet illa, quæ intra ſe continet, qui illas fortiori impetu foras propellit, ſuntque velut ſagittæ quas arcus de viſceribus eius emittit manu directas potentiori, quia dolor comprimit atque de

Pſ. 126. 4. illis effari licet: *Sicut ſagitta in manu potentis ita filÿ excuſſorum.*

Aduertamus ſecundò: harum rationem lacrymarum: omnes enim ſuper Chriſtum effunduntur, ita vt dicat, quod illis operiatur: *Operiet te.* Per hoc abundantiam declarat lacrymarū, ſicut Euangeliſta dicendo: *Cœpit rigare &c.* Sed altius aperitur nobis myſterium: nempe perfectæ veræq; illas fuiſſe contritionis: Hoc enim eſt cadere ſuper Chriſtū, illum vt finē vltimū intueri, in ipſo ſiſtere, lacrymæ effuſæ ex mero dolore quod Deum offenderit, talem Dominum, talem Patrem, amicum talem, quia eius exciderit gratiā, & amicitiæ ſit paſſa naufragium. Multi ſua deplorant peccata, quidam ex eo quod illis infortunium aliquod, vel damnum acciderit: alÿ quia ſe propter illa vident damnatos, alÿ quia

VI. Lacrymæ effuſæ propter Chriſtum.

honoris detrimentum incurrerunt: alÿ quia nominis ſui iacturam paſſi ſunt. Alÿ ob ſibi pœnas inferni conquiſitas: alÿ ob ius æternæ gloriæ, quod norunt ſibi periſſe.

Bonæ ſunt illæ lacrymæ, & ex quacumq; ratione crimina lugeas commiſſa, nemo te reprehendit. Quandoquidem ex illis omnibus deplorari merentur: porro lacrymæ ſelectæ & pretioſæ, illæ ſunt quæ ſuper Deum cadunt & purè effunduntur ob tam grauem cōmiſſam à te malitiā, ob nempe tantum contemptum Dominum tanto ſuper omnia cultu venerandum, amore diligendum, & obedientiā cognoſcendum. Hoc docet Theologia definiens contritionem: *Dolor eſt de peccatis propter Deum ſummè dilectum,* hoc illud eſt opus omnipotenti brachio Dei proprium eiuſque viribus conſecratum, quibus ita cor percutit, vt licet homo ipſe lacrymas fundat, tamē virtute diuina adiutus & roboratus. Idcirco ſe Deus Patrem agnominat pluuiarum Iob locutus: *Quis eſt pluuia pater aut quis genuit ſtillas roris?* Quis pluuias in nubibus producit, illas velut ſpongias exprimens in media regione aëris? Ita lacrymas has pater generat cor illius dolore viuo comprimens & efficaci. Ex his collige nō quaſlibet lacrymas efficaces eſſe & eluendis peccatis ſufficientes, ſed illas tantum quæ de corde procedunt viuo dolore compreſſo, moto & excitato fauore omnipotentis Dei brachÿ ſupernaturalis. Iob. 38. 28.

Deleturus olim Deus peccata mundi, & tantam lauaturus immunditiem, quā horrebat, ait Moyſes: *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ & cataractæ cœli apertæ ſunt.* Quid per hoc ſignificas? reſpondet noſter Caietanus: *Ab inferioribus & ſuperioribus deſcribuntur cauſæ immenſarum aquarum.* Fontes etenim & riui de terra ſcaturientes & de mari profluentes tanto impetu alueum ſuperarunt ripaſque tranſcenderunt, vt vias quibus decurrebant perfregerint: ſimiliter cœli cataractæ diſſolutæ ſunt, ita vt omnia repagula, quibus impetus earum ſuſpendebatur, ſoluerentur: vnde tam immenſa aquarum copia confluxit, vt omne viuens in mundo potuerint abſorbere, & arcam ad ſublimiora attollere: *Arca ferebatur ſuper aquas Conſumptaque eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram.* Aquæ neceſſariæ ſunt cœleſtes & terreſtres: illæ conueniant in vnum omnem carnem quæ viuit conſumpturæ, & arcam in ſublime eleuaturæ. Ad multorum demerſionem peccatorum aquæ requiruntur lacrymarum fletuſque abundantes. Quænam illæ? de terra & de cœlo. Gen. 7. 11.

VII. Allegoria de aquis ſuperioribus & inferioribus.

Deſe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VIII. Qualis eſſe debeat contritio.

Deflere debes & ingemiſcere, dolorem pariter excitare. Sed hunc comitari debet locumque tenere primum cœli auxilium cor tuum mouens efficaciter. Non ſufficiunt aquæ de terra, illæ, inquam, quas tuis ſolis effundis viribus, nec illæ quibus terrenam deploras iacturam, damna defles tuis tibi conquiſita ſceleribus: non ſolum temporales, ſed æternæ (licet illæ bonæ ſint & ad plures earum diuinæ concurrat fauor gratiæ) requiruntur aquæ de cœlo, lacrymæ quæ procedunt ex auxilio diuinæ gratiæ efficaci quæ cor mouet, illudque dolore comprimit amatiori. Idcirco quantumuis flagitia tua plangas, certò ſcire non potes vtrum his aquis illa demerſeris: quia ignoras vtrum illæ procedant de cœlo, de auxilio efficaci diuinæ clementiæ, vtrum Deus fuerit, qui cor tuum primariò commouerit. Quæ tales ſunt, quæ de cœlo terraque profluunt, de te & de Deo, quas Deus tamquam pluuiarum Pater in nubibus cordis tui generat, quæ in eo ſiſtunt, id eſt quæ propter eum ſummè dilectum & per peccata offenſum effunduntur, illæ inquam peccata demergunt, & arcam animæ attollunt vt ſedem figat, ſuper altiſſima cacumina montium. Tales aſſero fuiſſe huius peccatricis lacrymas, quæ Deum operiunt, omneſque ſuper eum effunduntur, omnia peccata ſubmerſerunt, & eam vſque ad altitudinem extulerunt Seraphinorum, quos amor incendit flagrantiſſimus: *Dilexit multum.*

§. 22. Lacrymis cœpit. *Oculorum lacrymæ cordis teſtantur dolorem, fitque Magdalena ſimilis pellicano, nycticoraci, & paſſeri ſolitario.*

☞. 62 VT primum principium materiæ de pœnitentia ſtatuunt Theologi dolorem cordiſque triſtitiam. Hanc noſtra pœnitens oſtendit tam magnam, quam lacrymæ ſunt, quas effundit vehementes & abundantes. D. Thomas

1.2. q. 22. vſque 49.

anatomiam quandam componit animæ, ſingillatim omnes eius diſtinguens affectus & paſſiones admirabili vtriuſque Philoſophiæ diſcurſu, naturalis & diuinæ, cuiuſque declarans naturam, proprios aſſignat effectus, quos in ipſa operatur. Hic illam acuit, alter reprimit, hic animat, alter deijcit. Hic gaudium, alter adfert moleſtiam: & particulariter duos attendit affectus, alacritatem ſiue gaudium, & triſtitiam ſiue dolorem. Vt etenim ſunt inter ſe contraria, contrarios etiam ſortiuntur effectus. Gaudium & alacritas cor dilatant, quod à triſtitia comprimitur.

I. Gaudium cor dilatat quod dolor ſtringit.

Hinc aliqui præ nimio gaudio moriuntur, ſed multò plures dolor occidit & triſtitia: quia ſicut alacritas cor dilatat, ſæpius ita extenditur per illam vt dirumpatur: ſed ſicut triſtitia cor comprimitur, per hæc vitales præfocantur ſpiritus & vita terminatur: *A triſtitia feſtinat mors* ait Salomon. Idcirco D. Gregorius Nyſſenus illam vocat mortis effectricem. Itaque dicit Doctor Angelicus proprium eſt dolori & triſtitiæ coanguſtare cor, quam D. Gregorius Nyſſenus & D. Damaſcenus eſſe dixerunt: *Aggrauationem animi.*

Eccl. 38. 19. Ser. de Beatitudinibus. 1. 2. q. 37. ar. 2.

II. Vnde lacrymæ dolorem cordis teſtantur.

Ex prædictis ſequitur indicium cordis triſtitiæ & doloris eſſe lacrymas oculorum. Habes in manu tua ſpõgiam aquâ plenam imo totam immerſam: optimum argumentum eſt illam à te nequaquam comprimi ſi nec gutta elabatur: etenim quando firmiter illã conſtringis aqua pleno gurgite profluit, nec aliquid magis euidenter oſtendit te illã conſtringere quàm aqua quam ex ſe emittit. Muſtum in torculari ex vuis profluit: ſi nec guttam quidem a ſuertas effluentẽ, liquidò tibi conſtat illas pedibus non conculcari, & premi torculari: quantò namque fortiùs illas torcularis pondus comprimit ſeu alius cochleis atterit tantò celeriùs effluit & abundantiùs, dolor & triſtitia coarctant & comprimunt cor quaſi effectu ſibi proprio, vnde profluunt lacrymæ. Quocirca ſi ſcire deſideres num dolore & triſtitia cor conſtringatur, lacrymas attende profluentes: tantò enim hæ profluunt vberiùs, quantò cor fortiùs dolore conſtringitur.

III. Similitudo.

Quàm vberes effudit Iacob lacrymas quando mortem intellexit Ioſeph ſibi chariſſimi? tanta fuit earum copia, vt vndecim illius filij modum non inuenirent, quò illas cohiberent, licet plurimos adhibuerint, ſed omnes hoc reſponſo repulit: lacrymæ meæ in ſepulchro finientur, illas mihi mors abſterget cum ad funus vſque cor mihi ſit dolore pœnaque conſtringendum: *Noluit conſolationem accipere, ſed ait: deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Quàm abundantes illæ fuerunt velut de fonte impetuoſo, quas Anna Mater Tobiæ effudit ob nimiam moram quam filius trahebat in itinere, & quia eum credebat mortuum? illas appellat Spiritus S. irremediabiles: *Fleuit irremediabilibus lacrymis.* Eô modô quô muſti curſus cohiberi non poteſt, quo tempore vis illa torcularis perſeuerat, quâ comprimuntur vuæ & coarctantur. Quis explicet vberes pijſſimæ Matris Samuelis, Annæ lacrymas, quando dolore afflicta nimio

Gen. 47. 35. Tob. 10. 4.

ob il-

ob illatum ſibi ſterilitatis opprobrium, Dei tabernaculum acceſſit oratura: *Cum eſſet Anna amare animo orauit ad Dominum flens largiter.* Tantumque laxabat fræna lacrymis & ſingultibus vt ſummus Sacerdos Heli eam iudicarit ebriam, atque vt talem cœperit irridere & conuitio laceſſere: *Vſquequo ebria eris? digere paulisper vinum quo mades,*

1. Reg. 1. 10

Cui illa: heu Domine mi tantum abeſt ab eo quod iudicas, vt nec vinum biberim nec quidquam, quô poſſim inebriari: ſed hoc tibi certò conſtet, maximum eſſe cordis mei dolorem mentiſque afflictionem, quâ dum tantâ premor violentia, non poſſunt non riui emanare lacrymarum: *Ex multitudine doloris & mœroris mei &c.*

IV. Dauidis dolor ex lacrymis probatur.

Notatu dignam legimus Hiſtoriam contigiſſe in ciuitate Siceleg. Erat Dauid illius defenſor ac propugnator, contigit autem die quodam, vt multis ſtipatus ciuibus ad bellicum egrederetur ſtratagema: interim arma mouent Amalecitæ copias adducunt, impetum faciunt in ciuitatem, tantaquè ſtrage illam depopulati ſunt, vt omnia ſibi, nullo reſiduo, in prædam abſtulerint, viros ac mulieres, ſic vt nullus euaderet incolumis. Reuertitur cum ſuis Dauid cladem aduertit ſuorum & cædem nimiam, at ſuper omnia dolenter tulit Dauid & ingemuit binas vxores ſuas Achinoam & Abigail abreptas in ſeruitutem. Pariter & alios dolor oppreſſit irremediabilis: quidam etenim ablatos ſibi lugebant filios & mulieres, alij fratres ſuos, alij bona deperdita, ex quibus omnibus tanta cunctos inuaſit amaritudo dolorque cordis, vt omnes continuò tam amaras & vberes effuderint lacrymas, vt exſiccatis cordibus illis lacrymæ fletuſquè deficerent: *Leuauerunt Dauid & populus qui cum eo erat, voces ſuas & planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.*

1. Reg. 30. 4.

Perpende quanta cor illius amaritudine pœnaque adeo rigoroſa comprimeretur.

a Lib. de Hominis opificio c. 13.
b Lib. 50. Ho. ad Monachos. Ho 25. Habetur. T. 2. Biblioth. vet Patrũ Vide Lori. in Pſ. 41. v. 4. ad fin

Indicat hic Spiritus S. admirabilem Philoſophiam quam eleganter proſequitur D. Gregorius Nyſſenus, *a.* & fuſius atque egregijs argumentis magnus ille D. Macharius. *b.* Monachus; qui magiſtros coluit celebres illos viros D. Antonium & D. Pachomium, diſputans qua ratione producantur lacrymæ: Quibus medijs aquam elicis roſaceam? magnam roſarum copiam injicis ſublimatorio, quas continuo ſuo calore ſuccendit ignis & commouet: quo fit vt vapores ad conuexum aſcendant ſublimatorij, cũ autẽ ſit vel plumbeum vel vitreum ex natura frigidum, ibi condenſantur & in aquam transformati per tubũ diſtillant guttatim & quãtò calor fuerit vehementior, tantò vapores qui exhalantur copioſiùs aſcendunt, & aqua defluit vberiùs: porro eo vſque procedere poteſt, vt partes roſarum humidæ conſumantur, roſæque exareſcant: cum autem nullus iam humor ſupereſt euaporandus, ſiſtit aquarum curſus.

V. Similitudo de ſublimatorio.

Hominẽ licet cõparare ſublimatorio: injicitur cordi illius triſtitiæ quoddam & doloris obiectũ ex vi caloris, quem amorem eſſe dico, paſſionum primam, aſcendunt vapores in cerebrum ex natura frigidũ, hic coagulantur & in aquas mutati per canales defluunt oculorum, eo vſque procedere potes in hoc, vt vapores finiantur nec aliquid cor habeat, quod amplius emittat quo fit vt modus finiſq; ponatur lacrymis: tantũ prælij pondus vuas comprimit vt vinum vlterius non effluat.

VI. Vnde deficiant aliquando lacrymæ.

Doloris pœnæque Dauid & ciuium illorum perpende magnitudinem, quâ corda eorum premebantur, eo modo lacrymæ diſtillabant, vt omne eorum humidum in tantum exſiccaretur, vt non ſupereſſet vnde lacrymæ formarentur: *Donec deficerent in eis lacrymæ.* Legit Vatablus, *Vt nullum eſſet amplius in eis robur flendi.* Illæ igitur patens ſunt indicium afflictionis cordis eius triſtitiæ atque ex earum abundantia, ad cordis argumentatur afflictionem. Quando lacrymæ non defluunt indiciũ eſt nullo cor dolore, nulla premi calamitate.

VII. Similitudo.

Appulit ex Flandria in hanc vrbem noua nuntians miles, refertque vt verum in tali prælio ad latus illi percuſſum corruiſſe talem nobilem inde oriundum. Quoſdam conſpicias præſentes quibus nec vultus dolore contriſtatur, nec à priſtino mutatur ſtatu, nec in oculis vllum patet lacrymarum indicium. Alterũ videbis ſenem optimum turbari, contriſtari, lamentari & anxiè valde de caſu illo inquirere lamentabili & pariter cum verbis ipſis de ore profluentibus ex oculis dimanare lacrymas, quid hoc Domine mi? ne mireris, reſpondet ille: hic etenim de quo ſermo eſt filius meus erat ac proinde me tangit, & de præſentibus nemine... aliũ: vnde hoc mihi inoleſtum fuit, illud dolorem intulit & ſumma cor preſſit amaritudine.

63

Ex prædictis colligo cum D. Cypriano, quàm modica ſeu nulla ſit cordis tui triſtitia dolorque peccatorum, quandoquidem tam parcam videam effluere lacrymarum abundantiam. Illis ipſis teſtaris quantum te affligat iactura temporalium: ſi namq; tibi filius hinc excedat immaturus aut vxor abripiatur chariſſima aut tibi maritus, aut diuitiarũ paſſus es naufragiũ, pleno gurgite tibi lacrymæ proſiliũt, & vix accedit qui te cõſoletur

L. de lapſis.

VIII. Quia non doles de peccatis, ideo non lacrymaris.

tibiquè

tibique condoleat quia lacrymæ te reſponſum dare non patiuntur. Si dolore & triſtitia premeretis ob animæ tuæ perditionem, ſi offenſam in Deum commiſſam lugeres, ita cor tuum cõſtringeretur vt magna illæ copia regurgitarent: *Si quem de tuis charis mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter, & flores, facie inculta, veſte mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia mœroris oſtenderes. Animam tuam miſer perdidiſti, ſpiritualiter mortua ſuperuiuere hic tibi, & ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti, & non*

IX. Temporalia deflemus, non antè ſpiritualia.

*acriter plangis, nec iugiter ingemiſcis?* Quos extremos non edis planctus morte filij deſolatus? quos non gemitus orba marito? quos ploratus ob diuitiarum iacturam? Porrò quàm es excitatus & facie ſerena mille criminibus inquinatus? Deum amiſiſti, eius gratiam, amicitiam & denuo Patrẽ hunc offendiſti cœleſtem, qui tibi regni ſui æterni parabat hereditatem: eius iram prouocaſti, tibi tartarum aperuiſti, te diabolo tradidiſti, miſeram hanc animam tuam crudeliter interfeciſti: vbinam, quæſo, ſunt lacrymæ? quales de corde gemitus, quænam ſuſpiria, quænam ob hoc anguſtiæ?

Hinc videbis quam ſis omnis expers doloris & anguſtiæ & quantum diſcrimen inter iacturã & iacturam ipſe ſtatuas, nec non quàm multò grauiùs feras corporis quàm animæ calamitates, & temporales præferas ſpiritualibus, multoq; minoris facias Deum eiuſque cœlum, quàm quatuor aſſes & viliſſimam terræ voluptatem: ſi per effectum debet de cauſa ferri iudicium: principalis autem doloris & triſtitiæ ſint lacrymæ; perpende num credere debeam dolore te premi, tuãque contritionem eſſe conuenientem? Hoc inter alia mœrore conficiebat D. Ambroſi. dum videret pœnitentium vultus adeo ſerenos & excitatos, adeo ab omni ploratu alienos, vt potius ad riſum viderentur eſſe compoſiti: quocirca dicebat: vix inueni pœnitentem, qui mihi integrè plenèque ſatisfaciat: quid diceret hodie?

*Lib.1. de pœnit. ca. 10.*

☞ 64

X. Dauid pœnitens tribus cõparatur auibus.

*Pſ 101.7.*

Scatent myſterijs ſymbola, quibus præclarus ille pœnitens Dauid veram ſuam voluit indicare pœnitentiam: *Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio: vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* Adeſt hic Diu. Auguſtin. monetque aduertendum tres nobis à Propheta aues proponi: tria quoque loca ſingulis deputata. Profecto magnum hic latet arcanum: deprecemur inquit Dominum, vt noſtrum illuminet intellectum: *Tres aues, Pellicanus, Nycticorax & Paſſer: tria loca, ſolitudo, parietina & tectũ.* Pellicanus in ſolitudine. Nycticorax in parietina, Paſſer in tecto: *Similis factus ſum Pellicano &c.* Quid hoc Dauid ſanctiſſime? quænam ſunt illæ metamorphoſes? an fortè tales quales poſtmodum Poetæ finxerunt nominatim autem Ouidius in libris Metamorph. de Nictimene Nympha quæ in pœnam enormis delicti mutata eſt in Nycticoracem oculos fugiens mortalium: ſic Antigone ſoror Regis Priami mutata fingitur in ciconiam quæ producta circa palatia pretioſa ſemper nidum conſtituit in turribus altioribus. Philomela in Alaudam, eiuſque ſoror Progne in hirundinem: Pigmæa in Gruem, Argos in pauonem, mirabile ſcrutemur hoc myſterium.

XI. Natura pellicani, Nyctoracis & paſſeres.

Pellicanus auis eſt incognita, non enim inter nos communiter viuit, ſed ad ſolitudines recedit præcipuè circa fluuios & torrentes Nili fluminis Ægypti: de hac aue refert D. Aug. (ſiue verũ ſit ſiue non) ex aliorum opinione, quòd proprio roſtro pullos interficiat, verumtamen cernens illos mortuos facti pœnitens in proprium inſurgit vindex pectus illudque diſſecat & dilaniat, donec ſanguis ebulliat, quo perfuſi vitam denuò conſequantur. Nycticorax lucifuga eſt, & amica tenebrarum, inter illas perpetuò obuolitat in parietinis & veterum domorum moratur macerie, vt ait Iſaias. Paſſer ſolitarius tectis inhæret, imbres & pluuias, imo magnam aquarum prænunciat inundantiam.

*Iſai.13. & 34.*

Ecce ego (ſic Dauid) harum auium ſymbolo, ſum deſignatus. Primo: verum eſt & reum me ſiſto, vtique qui filios meritorum meorum, ſanctorum operum, virtutum, gratiarum & animæ donorum interfecerim. Illuminauit me Deus & cruentam adeo ſtragem percipiens factus Pellicanus in pectus meum inſurrexi velut alter qui *Percutiebat pectus ſuum*, q. d. inde omne mihi paratur incommodum. Quid poſtmodum egiſti? vt vidi pectus meum grauium ſentinam eſſe nequitiarum, quibus Deum offendi, tanta faciem meã operuit confuſio, vt velut veſpertilio lucem fugerim pudore confuſus, ſi quis me fortè conſpexiſſet, imo & me ipſum mei pudebat, meoſque propter oculos verecundabar. Porro nõ hæc mihi ſufficiebant, ſed tactus dolore cordis intrinſecus, grauique mœrore abſorptus mutatus ſum in paſſerem ſolitarium, indicia clara denuntians pluuiarum, & inundantiæ lacrymarum toto ſpectante mundo: talia namque crimina, talia damna, naufragia talia, tales depoſcunt imbres lacrymarum. O Magdalena ſanctiſſima, quàm appoſitè verèque tibi idem licet effari: cum illo pœnitens non fueris inferior. Illam primò conſidera

*Luc.18.13*

XII. Lẽ Magdalena.

ra mutatam in Pellicanũ:etenim in propriũ mouetur cor & intima: *Vt cognouit* infortunium ſuum ſtatumque miſerrimum:hinc facta Nycticorax pudibunda, radios non audet inſpicere vultus ſolis iuſtitiæ ſplendidiſſimos? ſed à tergo ſtetit *Stans retro* & tandem in paſſerem ſolitarium transformata ſigna pluuiarum & imbrium denotat: etenim tales ſunt lacrymæ ex eius oculis dimanantes, nec vna ſola, imo plures, *Lacrymis*, ijſque tantis vt nedum lauent ſed etiam rigent pedes Saluatoris: *Cœpit rigare pedes eius.* Si quid noui, D. Lucas Euangeliſta ſingulari omnino conſilio de hac felici agens peccatrice, declarat nobis lacrymarum pœnitentiæ eius magnitudinem, eodem vſus verbo, quo præclarus ille pœnitens Dauid ſuam declarat in illo Pſal-
Pſ.6.7. mo, quo Pſalmos orditur pœnitentiales: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.*

§.23. Lacrymis. *Sapientes fuere lacrymæ Dauidis, tales fuerunt & huius peccatricis & tales tuas eſſe oporteret.*

☞ 65 TAnti ſunt hæc verba ponderis vt ea ſin-
*Habetur* gillatim SS. PP. perpendant:nominatim
*Tom.1.* D. Ephrem, Syrus qui ſuper hæc principa-
*p.561.* le fundat argumentum tractatus elegantis de
I. pœnitentia: illam primò deſignat Dauid in cor-
Pœniten- de contrito & dolore ita confecto, vt ex vi
tia Daui- huius contritionis ſuſpiria emitteret adeo for-
dis varie tia, quæ corpus illi contererent, hoc demon-
commẽ- ſtrans, inquit, quod Deus exigit à peccatore &
datur. per Prophet. Ioel exponit: *Scindite corda veſtra*
*Ioel.2.13.* *& non veſtimenta veſtra. Hoc eſt laboraui in gemi-*
II. *tu meo.* Adeo vehementes emiſit gemitus vt a-
Ex con- nima euelli videretur & cordis illi viſcera dila-
tritione niari: Secundò dicit lacrymas ſuas tales fuiſſe
& abun- quibus ſuum poſſet rigare ſtratum lectumque
dantia abluere. Fuit illius peccatum, inquit D. Ephrem
lachri- peccatum lecti & ſtrati, in quo enim vxore alie-
marum. na illicitis vacabat voluptatibus:ſint in lecto ſtratoque lacrymæ, vt peccato pœnitentia reſpondeat, & culpæ contritio. Hic pœna ſit & lacrymæ vbi culpa fuit & deliciæ: *Lacrymis lauit lectum ſuum, nam adulterio contaminatus erat: ideo & lacrymis ſtratum ſuum rigauit, quod nefario complexu polluerat.*

*Hom.30.* Prateritis proximè diebus docuimus qualiter
§. 10. debeat culpæ reſpondere pœnitentia, quódque ibi remedium ſit applicandum vbi viget malum: ſi namque in carne tua laſciua & ſuperba tuum ſit malum, ibi ſit & moleſtia qua mortifices illam, & diſciplinis, ieiunijs & durioribus affligas caſtigationibus: quod ſi malum tuis inhæreat ciſtis, quibus pauperum bona concludis, ibi vigeat pœnitentia eruendo illam & reſtituendo.

Tertiò: cordis ſingultus excipiebant oculorum, lacrymæ: nam ſi dolor oculos comprimat, indubiè gurgites profluent aquarum vberrimi:
*Primum ſuſpiria edidit & ſic illacrymatur*, inquit *Loc. cit.*
D. Ephrem. Numquam alterationes notaſti quæ fiunt in aëre? cœlum nubibus inuoluitur craſſioribus, & ſicut in illa media regione aëris premit illas frigus in ea dominans; illæ vero partes habeant calidiores ob vapores ardentes, quos includunt, emittunt ilico tonitrua & fragores ita horrendos vt dirumpantur & aperiantur, diceresque cœlos diffringendos & confeſtim per hoc in aquas conuerſæ, eandem ſtillatim demittunt; imo nonnumquam velut plenis hydrijs terram inundant: dicis etenim: *Primum tonitru cum fragore perſtrepit & ſic nubes diſtillat.* Habes hic veram Dauidis pœnitentiam dum enim illi cor præ dolore & triſtitia comprimitur, diffringitur, de ſe tonitru & fragores edens quàm maximos, ſingultus inquam & gemitus adeo vehementes, vt illi pectus dirumpi videretur quos ilico ſubſecuta eſt planctus & lacrymarum pluuia copioſiſſima.

Quartò: lacrymarum notemus abundantiam, III.
quæ tanta erat, vt illis ſtragula lecti ſui totum- Quibus
que lectum madefaceret: *Lauabo per ſingulas no-* ſtratum
*ctes lectum meum*, & ſtratum rigaret, cui quietu- ſuum ri-
rus incumbebat: *Lacrymis meis ſtratum meum ri-* gabat.
*gabo.* Quid hoc eſt lacrymis rigare ſtratum? Tu *Pſ.56.cit.*
dicito quid ſit aream rigare vel campum ſcilicet aqua cooperire. Hoc eſt: *Stratum rigare.* Legit D. Hieron ex vi verbi hebraici, quod ita transferunt, huic innitentes: *Natare faciam ſtratũ meum*, tanta lacrymarum, & talium abundantia, vt illis ſtratum meum inatarer. Nemo non videt hic hyperbolen eſſe, ſed quæ declaret apprimè, quales fuerint eius lacrymæ, non veſtris ſimiles, quibus abſtergendis medium ſtrophiolum, quid dico ſufficit imo plus ſatis eſt, & adhuc nondum madeſcit: *Per ſingulas noctes*, Quod enim vnica vice deliquit hoc totâ defleuit vita: *Ille vna no-*
*cte peccauit* (ita D. Ephrem.) *Et quotidie lacry-* *L. de Com-*
*matus eſt.* Dicit, quòd vnica vice, vel nocte pecca- *punct. a-*
uit, quia omne Dauidis peccatum comprehendi- *nimi pag.*
tur in adulterio cum Bethſabee: nam idcirco Spi- *592.*
ritus S. illud referens dicit fuiſſe vel vnum verbũ.
*Non declinauit ab omnibus quæ præceperat ei.* *1. Reg. 15.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dominus, cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethai.*

IV. Et hoc per multa tempora.

Deinde audiuerat illud ſibi à Dominò remiſſum ob actum illum pœnitētiæ, quem toto corde elicuit exclamans: *Peccaui Domino:* confeſtim enim illi reſpondit Nathan: *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* Illud nihilominus perpetuis & adeo copioſis quotidie lacrymis expiauit, vt licet apertè magnitudo hic pateat diuinæ miſericordiæ in tam facili breuique tanti ſceleris indulgentia, tamen liquidò vera conſtat potentia pœnitentiæ: quæ peccatum etiam remiſſum deflet, lacrymis rigat & indeſinenter toto vitæ curriculo oculos profert, vere pœnitens, fontes lacrymarum: *Pœnitentiam egit B. Dauid* (Sic audio D. Chryſoſtom.) *Sic dicens; Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Et quod iam olim admiſſum fuerat peccatum, poſt tot annos, poſt tot generationes, tamquam recens accidiſſet, defleuit.* Hæc eſt, ita hæc eſt perfecta veraque pœnitentia tanto ornata dolore, qualem tales lacrymæ proteſtantur. Nec illas conſideres taliter qualiter, cum Diuo Chryſoſtom. ſed perpende quis ille ſit, qui eas ita ex animi ſententia lugens effundat, erat enim Rex inclytus mille curis diſtentus, & negotijs intricatus: *Non ſolum hoc conſideres quod lugebat & flebat, ſed quis erat ille qui flebat & quid agens lugebat:* tu autem nec regia clarus dignitate, nec tantis impeditus occupationibus, nec minoribus implicitus ſceleribus, vide num tale quid agas? perpende quam infirma ſint tua ſuſpiria, tuique gemitus quam debiles: paruam profectò, tibi inferunt moleſtiam tuumque conterunt corpus, indicium ſanè modicæ cordis tui contritionis, attende ſi ſingultus lacrymæ comitentur, & quales ſint quando fauſto omine illas effundis: nam certe tales non ſunt quæ lauandis lodicibus tuis ſufficiant & lectulo. Nec quidem vt lintea mutes, ſed nec ob vnum peccatum quotidie perſeuerant ad exemplum Dauidis, ſed cum tam multa ſint quam hæc modica, vix illa deploraſti, quando iam nedum illæ abſterguntur, ſed ad alia committenda reuerteris, non ita Magdalena non ita: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.*

D. Chr. Ho. 31. in Epiſt. ad Hebræ. in Mor. To. 4.

D. Chr. Lib. 2. de Compunc. cordis ante mediū. Tom. 5.

☞ 66]

V. Cōfertur Magdalena cū Dauide.

Ex prædictis, infero ab Euangeliſta ſanctam hanc pœnitentem Dauidi comparari: vt enim hic magiſter extitit pœnitentiæ in lege veteri, hæc fit magiſtra in lege Euangelica; qualis fuit Dauidis illa pœnitentia? à duobus commendatur? Primò: ab immenſo dolore & peccati ſui contritione hæc patet in doloroſis ſuſpirijs quæ de corde eructabat, corpus ſibi dirumpendo: *Laborauis ingemitu meo*, & lacrymarum abundantia; quas oculis tam vbertim emittebat vt dicere potuerit: *Rigabo lacrymis ſtratum meum.* Secundo: à perſeuerantia in hoc dolore & fletu: etenim his vitæ finem impoſuit. *Per ſingulas noctes.* Itaque tantum abſuit vt noua committeret ſcelera, vt etiam antiqua commiſſa numquam deplorare deſtiterit. Hæc duo in noſtra contemplemus pœnitente: Primum: ecce quis dolor cordis contriti, de quo tales defluunt lacrymæ: ſi namque tales fuerint Dauidis vt ſuum illis ſtratum irrigaret; Hæ tales eſſe laudantur, quibus Chriſti pedes irrigauit: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Confer illud huius *Rigare pedes* cum illo illius *Rigabo ſtratum:* & ſi illa fuit contritio dolorque perſeuerans, aduerte quod fuerit & huius: hoc enim illo verbo declaratur *Cœpit*, quaſi dicat tam abundantes notaſne lacrymas? ne igitur credideris illis finem impoſuiſſe: non enim aliud fuerunt, quàm ſcaturigo quædam fluminis illius, quod effluere debebat, imo & toto vitæ eius decurſu, eoque ſatis longo, manauit.

VI. Verbi Cœpit exponitur energia.

Vtitur hoc verbo *Cœpit* communiter Spiritus Sanctus dum de veris loquitur pœnitentibus, qui nō vulgari lacrymarum & gemituum fletu pœnitentiam ſuſcipiunt. Ne tibi perſuaſeris quod curſum faciant, vt dicis equi Francici ſeu Siciliani, qui confeſtim ſiſtit à currendo, pedemque figit: ſed quod in illo curſu tanto perſeuerauerit animo, vt hic non niſi principium fuerit eius quod toto vitæ tempore eſſet ſecuturum. Ita locutus de pœnitentia Petri Simonis ait, *Cœpit flere:* non hic fuit terminus lacrymarum vltimus, ſed principium ad illarum proſecutionem cum reuera per totam vitam oculos à lacrymis non abſterſerit. Teſtatur autē de illo D. Clem. Papa eius diſcipulus, ſemper oculis illius lacrymas innataſſe ſic vt ex nimio fletu rubeſcerent toti ſanguinei, & noctibus præſertim ad Galli cantum excitatus, in tantas effluebat lacrymas, vt oculi iuges eſſent fontes lacrymarum: Qua de cauſa linteolū communiter manibus deferebat lacrymis aptum detergendis. Idem inſinuat Euangeliſta de hac peccatrice: *Lacrymis cœpit rigare.* an illam aduertis adeo copioſas effundentem lacrymas, vt foſſæ ita plenæ videantur, quibus pedes riget ipſa Saluatoris? noueris igitur, hoc non niſi principium eſſe eius quod tota vita agendum ſuſcepit vt illi dicere poſſimus quod Dominus de alia dixit in illa occaſione, qua non tolerandos exprimit

*Lib. 2. Recognitionum c. 37.*

Mat.24.8 mit dolores & cruciatus: *Initia dolorum hæc.*

VII. Qualiter ſit agenda pœnitentia.

Aduerte peccator qualiter tibi ſit agenda pœnitentia, quo animo ſuſcipienda: non enim eo modo tantum eſt facienda, vt ilico vultus ſerenus appareat, diſcedat mœror, & in noua labaris denuo crimina, vel de nouis ad priſtina: ſed tantum abſis à nouis committendis vt ſemper vetera deplangas, & talis ſis qualis Apoſtolus; quamdiu enim ſuperuixit, continuò cor pertulit clauo doloris viui transuerberatum, eo quod Chriſtum fuerat perſecutus, Zelo deluſus indiſ-
Rom.9.1. creto & pernitioſo legis Moſaicæ: *Veritatem dico in Chriſto Ieſu non mentior, quia continuus dolor cordi meo eſt: optabam enim ego ipſe Anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis &c.* Huius, rationem
D.Greg. aſſignat Diu Gregor. Quantò namque peccator
Lib. 18. pœnitentiam agit & ſtrictiorem & perfectiorem,
Mor.c.26. tantò creſcit in illo lux diuinæ gratiæ ſplendidior, quâ clarè cognoſcit, quantum malum ſit peccatum; vnde procedit, vt in illo pro commiſſis criminibus perpetim dolor augeatur & verecundia: *Quanto plus homo caperit ſcire quod perdidit, tanto plus lugere incipit corruptionis ſua ſententiam quam inuenit: conſiderat namque vnde lapſus eſt.* Cuius rei iacturam fecerit quid ſibi conquiſierit, quem offenderit quam iuſtè flammas mereatur æternas. Et hoc eodem Aucto-
Eccl.1.18. re teſte nobis Salomon indicauit: *Qui addit ſcientiam, addit & laborem*, qui crimen ſuum agnoſcit, quo clariùs, eò magis creſcit in ipſo dolor & lacrymæ. Quia quantò quis clarius cognoſcit, quis Deus ſit, quanto cultu dignus, quantum malum illum offendere, dolorem in ſe concitat tantò grauiorem.

## §. 24. *Has lacrymas à plusquam millenis annis præuidit Dauid, ob quas glorioſam celebrat Chriſtus de diabolo victoriam.*

☞ 67 NOn credam vt imprudentem opinionem ſi quis dixerit Euangeliſtam his verbis, *Lacrymis cæpit rigare pedes eius*, deſignare glorioſum triumphum, quem Chriſtus de diabolo & peccato retulit, ſpectans illum quem Dauid vt illuſtriſſimum & omnino ſingularem verbis cecinit myſterioſis. Vt enim Deus intellectum huius Prophetæ Regiſque ſanctiſſimi colluſtrauit luce planè diuina, qua Chriſti caperet myſteria, ſicut ipſe teſtatur intellectum ſuum per hanc ita fuiſſe ſerenum, clarum, fulgidum, & de-
2.Reg.23.6. terſis nubibus ac tenebris fulgidum: *Sicut aurora mane ſine nubibus rutilat:* Propoſuit triumphos illius illuſtres & glorias celebrare: dum autem plures eſſent illæ & eminẽtes ea intentione pſalmum compoſuit 67. qui cum ſit longus pluribus abundat myſterijs quàm litteris quem ſic ordi-
tur: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius, & fugiant &c. ſicut deficit fumus, &c.* Quantum ſapio, Pſ.67.1.
hic introducitur aliquis laudes ducis inuicti celebraturus dum enim orditur ſic effatur, apage, apage, foris foris &c. ſuum proſequitur intentum triumphos enarrans Domini illius qui pro nobis naturam aſſumpſit humanam: quia vero hi figurabantur in ijs quos olim obtinuerat, illos Dauid verſibus celebrat, his alludens poſterioribus. I. De quibus triũphis hic agat Dauid.

Arbitrantur nonnulli gloriam hic decantari antiquorum facinorum Dei in populi ſui beneficium, dum Pharaonem & principes illos ſuperauit terræ Chanaan: nec non beneficia eidem præſtita populo, dum illum eduxit de Ægypto tot glorioſis operibus & miraculis prodigioſis, quæ per deſerta paſſim operatus eſt. Aliorum ſententia eſt hic decantari Heroica facta Saluatoris: ea etenim perſpicuè luce vidit Prophetæ. Porrò vere dixerim hæc celebrat & illa ſpectat anteriora, prout ſimiliter aliàs diximus idem de cantico Prophetæ Habacuc. In huius Pſalmi diſcurſu inter alios cantare ſtudet triumphum illum, quem vidit à Chriſto de diabolo, peccato, morteque referri: *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis.* Quamuis loquatur in communi per hoc, quod illum videat de his agere triumphum inimicis, animas de poteſtate eruendo ſatanica, ſalutem illis impertiendo gratiæ, qua à peccato reddebantur immunes, atque à mortis vnguibus eripiendo, quos iam illa deuorauerat, credo firmiter, quòd potiſſimum oculos ſuos deflexerit in hiſtoriam Magdalenæ in qua & per quam efficaciter de illis triumphauit: nec vobis mirum videatur hæc à nobis proponi.

Arbitratus eſt D. Chryſoſtom. in tantam Do- In Pſ.40.
mini ceſſiſſe gloriam miraculum, quod patrauit II.
in paralytico apud piſcinam, vt Dominus illud D. Chryſoſt. opinatur eũ loqui de Magdalena.
Dauid ſingulariter reuelarit inter quædam opera quæ inter alia, quæ fecit in hoc mundo, caput altiùs attollunt: vt autem eius prædicet celſitudinem Pſalmum quadrageſimum ab eo cenſet D. Chryſoſtom. fuiſſe compoſitum: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem &c.* Melio- Pſ.40.1.
ri ratione dicemus quòd Dauidi præoſtenderit clarè mirabilia, quæ operaturus eſſet ad huius S. peccatricis emolumentum: quandoquidem illa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illa fuerint ceteris quæ fecit, vt per illa glorificaretur, multò ſuperiora. In hac opinione magis confirmor, dum video quòd Dominus ex illis extolli voluerit: quandoquidem decreuerit vt in Euangelio ſuo à quatuor deſcriberentur Hyſtoriographis, vitæ ſuæ commentatoribus & perpetua memoria in Eccleſia ſua vigerent vſque ad vltimum mundi terminum, & hoc ipſum ſolemni confirmat iuramento: *Amen dico vobis vbicumque prædicatum fuerit Euangelium hoc in vniuerſo mundo, dicetur, quòd hæc fecerit in memoriam eius.* Perpendit eleganter D. Chryſoſtomus hæc verba ſæpius taliſque energia vt ex eorum impletione Iudæis veritatem oſtendat Euangelij, verborum Christi, eiuſque veriſſimæ diuinitatis. Probat illis Domini noſtri diuinitatem ex particularibus quas dixit ipſe ſententijs: quæ cum non videantur veriſimiles, omnes tamen eas oſtendit pleniſſimè completas, velut ea fuit quam D. Petro dixit: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam &c.* Similiter ea quæ dixit ſeparandum à patre filium, & à matre filiam, & hominem ab ijs omnibus quibus afficiebatur, vt eum ſequatur. O rem omnino difficilem & arduum negotium! Porrò completam illam admirare in tot martyribus, monachis religioſis, monialibus &c. Potiſſimum expendit verba! quæ dixit in ordine ad hanc mulierem ſanctiſſimam: etenim eorum videbatur impoſſibile complementum. Ecce inquit qualis illa fuerit mulier: peccatrix enim erat & tam vili habita, vt eſſet ciuitatis opprobrium: Hoc quod egit, in domo peractum eſt particulari, & quaſi in angulo & coopertum: prima vice in domo Simonis Phariſæi, altera verò in Bethania in ædibus Simonis leproſi, & vtrobique paucis teſtibus & ſpectatoribus.

*Orat. 1. in Iudæos To. 5. Ho. 82. in Matt. T. 2.*

*Matt. 16. 18.*

III. Madalenæ factũ toto orbe notiſſimum.

Quænam præclara plures effecerunt Reginæ? quis cœnas referat Cleopatræ! quis facinora Semiramis expoſuat quæ in fundatione primæ Monarchiæ totius orbis partem habuit eminentiorem, Chaldæorum inquam vel Babyloniorum? facta Heroica legimus Monarcharum oculis totius mundi publica? Quænam inſigniora non ſunt aggreſſi facinora vt nomen ſuum famamque traderent æternitati? quas fundarunt ciuitates? quot obeliſcos erexerunt & Pyramides, & quæ Mauſolea ita ſtupenda fabricarunt? & cum omnes eaſque mundi maximas vires impenderent, & per hæc intenderent ſui memoriam nũquam tradendam obliuioni, cuncta tamen tempus edax rerum perpetua ſepeliuit obliuione.

Verte folium & attende quid hæc fecerit mulier: nam omnium oculis nihil eſt, locus autem vbi hoc fecit, quaſi ſecretus eſt, ipſa verò mulier, qualem audiuimus, & norunt omnes: nec tamen ipſa nec eius facinus nedum non deleuit obliuio, quinimo potius videmus omnium totius mundi recenti conſeruari memoria: vobis adfero D. Chryſoſtom. *Interrogo Iudæum, & ſi millies perfricaueris frontem, vtrum ne mentitus eſt an dixerit verum, qui dixit: Amen dico vobis quia vbicumque &c. in vniuerſo mundo, dicetur quod hæc fecit in memoriam eius. In omnibus Eccleſijs appellari mulierem audiuimus: ſunt conſules ſunt duces, viri, mulieres, nobiles, illuſtres, ſplendidi in omnibus vrbibus & in quamcumque orbis partem deueneris, ſummo cum ſilentio audiunt omnes huius mulieris officium, nec eſt vlla mundi plaga, quæ factum hoc ignoret. Atqui quot Reges multa & magna in multos contulerunt beneficia, magna cum laude geſſerunt, trophæa ſtatuerunt, gentes gubernarunt, ciuitates erexerunt & innumeris commodis auxerunt rempublicam: & tamen ipſi cum ſuis benefactis ſilentio teguntur?* Quàm parua ſupereſt memoria, quàm multi ignorant Alexandri magni ſtratagemata! Quàm perpetua ſunt ſepulta obliuione facinora præclara & victoriæ Cæſarum orbiſque Monarcharum? *Item Reginæ primariæq; feminæ innumera beneficia contulerunt in eos quibus imperabant quæ ne de nomine quidem vlli nota ſunt. Hæc autem abiecta mulier, quæ tantum effudit vnguentum toto terrarum orbe decantatur, neque temporis immenſa longitudo memoriam illius vel extinxit vel extinguet vnquam: Idque cum neque multi teſtes adeſſent &c.* Factum hoc mulieris perpetua mundus ſeruabit memoria & pari cum illo fine terminabitur; ſic vt nullo poſſit tempore tradi obliuioni, ex his cognoſce virtutem, potentiam, & triumphum Christi glorioſum. *Quis igitur* (interrogat D. Chryſoſtom.) *huius mulieris factum proclamauit ac diſpergi fecit vt per totum ſit orbem, & ab omnibus audiretur?* Virtus profectò eius qui hoc prædixerat, qui ita decreuit vt ſingulis annis ac ſæculis retro futuris extenderetur & celebraretur feſtiua tantorum operum gloria: credere poſſumus quod horum voluerit multò ante dare notitiam, vt ſpiritu prophetico
prædicarentur, velut inter illa quæ in mundo 68
erat operaturus, inſigniora.

D. Chr.

IV.

Hæc, inquã, facinora Regi Prophetæ reuelauit Illuſtriſſimo, quæ in prædicto pſalmo ſolẽnizauit eleganter. Duo opera proponit excellentiora & notatu digniora inter triumphos Chriſti Saluatoris: *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, & Domini nos fa-*

Duplici- ter dici- tur *Deus, Deus ſal-* *Do-*

*Domini exitus mortis.* Huius Domini celebrat victorias contra diabolum, qui totum ſibi ſubiecerat humanum genus, & animas per peccatum, ratione cuius illas captiuas detinebat, nec non & corpora per mortem, quam per peccatum introduxerat, in cuius pœnam illa in ſepulchris corrupta detinebat: illas obtinuit Dominus perfectè: quia ſaluauit, & brachij ſui omnipotentis viribus animas de poteſtate eripuit diaboli: *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi:* corpora verò de morte liberauit, viua reſuſcitans illa quæ iam deuorauerat: *Et Domini Domini exitus mortis:* opera ſunt hæc ſoli Deo reſeruata. Etenim ipſe ſolus per gratiam poteſt ſaluare peccatores, tribuens vitam animabus: & mortuos de mortis eripere poteſtate, vitam illis corporibus mortuis largiendo. Hoc præcinit Propheta Regius, ex eo quod luce cæleſti illuſtratus vidit quæ ſibi Deus reuelabat, & ob oculos proponebat Chriſtum in mundo myſterioſa hæc agentem facinora: Et quia potiſſimum vtraque hæc Dominus operatus eſt in hac muliere: illa fuit: de qua particulariter loquitur: quia ipſam de poteſtate Satanæ ſaluauit, fratremque eius Lazarum iam mortuum de mortis faucibus eripuit, de ſepulchro ad vitam reuocauit vt diximus die Veneris præterito: deinde quia abſque vlla comparatione illuſtrior eſt ille triumphus, quo liberauit illam de poteſtate Satanæ & per gratiam ſuam ſaluauit.: pluribus illū decantat verbis, & tantò magis proprijs, quantò magis in hac muliere reperimus id quod Diuus Chryſoſtomus vt rem notat omnino ſingularem: nam inter illos omnes, qui ad Chriſtum acceſſerunt, cum multi acceſſiſſent vt ſalutem obtiuerent corporalem, illa prima fuit quæ acceſſit ſalutem quæſitura ſpiritualem; acceſſit Chananæa filiæ ſuæ malè à diabolo vexatæ ſalutē impetratura: ſanguine fluens, vt fluxus ſanguinis ille ſiſteretur, quem tota non poterat ars cohibere Phyſicorum. Acceſſit Synagogæ Princeps vt illi filiam defunctam excitaret: Regulus vt filio moribundo auxiliaretur: Centurio quo ſeruum ſuum à paralyſi curaret, Salome filijs ſuis dextram poſtulans & ſiniſtram. Porro hæc accedit præciſè poſtulans animæ ſuæ ſalutem confeſſa eiuſdem auctorem proprium Chriſtum eſſe Saluatorem: *Deus noſter Deus ſaluos faciendi*, audite D. Chryſoſtomum; *cum cetera omnes curationis corporeæ gratiâ adijſſent: ſola hæc ad honorem, & animæ incolumitatem acquirendam acceſſit, nulla enim corporis ægritudine laborabat. Vnde meritò de animo atque affectione ipſius erga Ieſum quiſpiam admirabitur.*

V. Magdalena prima omnium ſalutem popoſcit animæ.

Hoc opus David declaraturus adeo præcellens & prodigioſum verba hæc ſequentia particulariter annectit: *Dixit Dominus ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris, vt intingatur pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.* Ps. 67. 23. Sunt verba hæc adeo profunda & obſcura, vt etiam ex opinione SS. in ſenſu grammatico ſint intellectu difficilia, ita vt quilibet illa ſuo modo explicet, nec ſenſu tamen incongruo. Ait igitur Dominus: conuertam habitatores Baſan eoſque educam de profundo pelagi: hoc eſt (interprete D. Auguſtino:) *Conuertam in profundum maris, id eſt, de profundo maris*; hinc ortum eſt Domine mi, inquit David, vt pedes tui in ſanguine tingerentur tuorum inimicorum & per hunc canes tui linguas ſuas exacuent, dentes & molares prouocabunt, illos impugnaturi, illos deuoraturi: hoc etenim indicat D. Hilarius his verbis indicari: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo, q. d. ipſo ſanguine vertetur lingua canum tuorum contra inimicos:* Arabicum ſonat hoc & myſteria continet planè cæleſtia, quæ præclaris ſymbolis eleganter ad viuum exprimit præſentis hiſtoria peccatricis, ita ad Chriſti gloriam vt hic patenter clareque oſtendat ſe Deum, qui ſaluat animas eaſque de poteſtate ſuorum eripit inimicorum: *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi.* Quomodo patebit hoc? *Dixit Dominus: ex Baſan conuertam &c.* Habitatores Baſan ad meliora conuertam, eoſque de abyſſis eruam Oceani profundioribus. Erat Baſan ciuitas in deſerto, quod filij Iſrael pertranſierunt ad terram tendentes promiſſionis: Hic regnabat ſuperbus ille Rex &c. qui ſe populo Dei aduerſarium oppoſuit in via & armatus iter præcluſit: cui idcirco bene quadrat, ex mente D. Auguſtin. nomen Og id eſt: *Concludens* vel *occludens* qui viam concludit, *In pſ. 134.* deſtruit & ſemitas auertit alio quàm tendere ſolebant.

VI. Chriſti de diabolo triumphus exponitur.

D. Hila.

Plurima continet hæc ciuitas Baſan myſteria cuius nomen multa ſignificat quæ omnia SS. Patres ſolicitè perpendunt. Primò ſignificat ait D. Hilar: abundantiam: eo quod illa regio multis abundaret paſcuis adeo fœcundis & fertilibus vt ibidem alerentur celeberrimi illi Tauri dicti Tauri de Baſan, ſicut modo dicimus tauri de Xamara: vnde vbi noſtra littera vulgaris habet: *Tauri pingues obſederunt me*, Hebræa legit *Tauri Baſan.* Quinimo in eodem pſalmo quod latinus textus ait: *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus mons pinguis* loquitur Hebræus: *Mons Dei, mons Baſan, mons excelſus, mons Baſan.* Secundò ſignificat turpitudinem, hanc ſignificationem

VII. Ciuitatis Baſan ethymologia myſtica.

Vide Pag. ... in.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VIII. Cur Iſraelitæ ab Og Rege Baſan tranſitum non petierint.

tionem ſequitur Origenes, ex illa in ſenſu allegorico cauſam eliciens. Quare filij Iſrael terram petentes promiſsionis cum ab alijs regibus poſtulaſſent liberum illis concedi tranſitum per terras & ciuitates ſuas: à Rege Og per terram ſuam & ciuitatem Baſan tranſitum non petierunt immunem, & tantum hoc dicitur, quòd illam deuaſtarunt, diripuerunt, Regemq́ue interfecerunt: quatenus nobis innoteſceret, qui cælum petimus, quàm longè diſtare nos oporteat ab omni carnis ſpurcitie, vt nec ad illam à mille leucis propinquemus, ſed illi bellum inferamus, eam deſtruamus & euertamus ſic ſuadente

Epheſ. 5.4. Apoſtol.: *Turpitudo nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: ideo non petitur tranſitus per eam* (ſic

Orig. Ho. 13. in num. Origenes,) *ſed ab initio expugnatur quia nullus acceſſus ad turpitudinem eſt habendus.* Tertiò denotat confuſionem & huic ſignificationi inhæret D. Auguſt. ideòque ciuitas hæc aptiſsimum refert ſymbolum figuramq́ue expreſſam peccatorum, qui ceteros omni vitiorum genere antecurrunt: in quibus velut in proprio regno ſuperbus ille Rex Og imperij clauum moderatur; dia-

Iob 41.25. bolum intellige, de quo ſic fatur Iob: *Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ*: cui apprimè conue-

D. Aug. Pſal. 134. Tom. 8. nit nomen illud, vt D. Auguſtino credimus: quia vt diximus Og idem eſt ac concludens vel occludens ſemitam viamq́ue communem: & hoc

IX. Og Regis interpretatio. proprium eſt dæmonis exercitium & communis eius agendi modus: *Og interpretatur conclusio, malus ille Rex, qui intercludit viam ad Deum. Hoc enim agit diabolus ſemper*, de quo diximus Dominicâ tertia declarando qualiter occluſos occuparet ſenſus miſeri illius hominis quem poſſidebat: hic regnat in Baſan in grauioribus peccatoribus, quos expreſsè ſignat hæc ciuitas, cuius nomen cum ſuis ſignificationibus totum eorum exprimit negotium & communes confabulationes: ſunt etenim de paſcuis pinguioribus, ad res inhoneſtas & de his ad confuſiones.

☞ 69 X. Ethymologia Baſā peccatoribus applicatur.

Primò ſunt Baſan ob vbertatem paſcuorum, epularum, compotationum, deliciarum, recreationum, & voluptatum, quibus ſe tradunt ijs omnibus fræna laxantes quæ voluptas poſtulat & appetitus, idq́ue ita perfectè vt ventrem ſuum, Deum ſuum æſtiment ſuamq́ue beatitudinem:

Philip. 3. 19. *Quorum Deus, venter eſt.* Hinc impudicitiæ naſcuntur, & ſenſualitates, quas Apoſtolus ebrietatibus, epuliſq́ue copulauit: *In commeſſationi-*

Rom. 13.13 *bus & ebrietatibus, in cubilibus & impudicitijs.* De quibus fusè egimus in noſtris tractatibus. His ſe manciparunt, ipſo Apoſtolo hoc ſcriben-

Epheſ. 4. 19. te: *Semetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ &c.* Hinc in abyſſum deuoluuntur confuſionis, ipſo iterum Apoſtolo teſtante:

Philip. 3. 19. *Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum &c.* In mentem tibi veniat filius ille prodigus ciuis Baſan; illum primò conſidera inhærentem ferculis, commeſſationibus, ebrietatibus & voluptatibus indulgentem. Hinc ſtatim ortæ ſunt impudicitiæ adeo horrendæ, vt nedum illi facultates conſumpſerint, ſed etiam ſalutem euerterint, & propriæ carnis corruperint ſubſtantiam. Tandem in illam lapſus eſt verecundam ſubulci confuſionem adeo mirabilem pro vt ipſemet teſtis aperuit; quando apertis oculis paternæ domus cœpit conſiderare magnitudinem ex qua ſe præcipitem deiecerat, & vilitatem in quam corruerat conuiua porcis, perditus & euerſus, Og regi ſubditus id eſt diabolo cui ſe mancipium miſer addixerat: vt ſuo loco diximus.

XI. De his Chriſtus triūphat.

His inquit Deus mihi triumphus paratur glorioſus: etenim verbi mei viribus conuertam habitatores Baſan, illos quibus imperat Satan; efficiam vt omnes illorum commeſſationes conſumantur abundantes & voluptuoſæ: finem habeant eorum laſciuæ turpitudines, & deſinat illorum confuſio, de qua velut de profundis maris abyſſis, quibus iacebant inuoluti illos educam incolumes: *Conuertam de profundo maris.* O quale opus illud ita prodigioſum, præcelſum & virtutis maximæ ſignificatiuum, Ionam de profundo maris fluctuum abyſſis, cetique ergaſtulo

Iona 2.16. educere, ipſomet prodigium prædicante: *Circumdederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum*, hoc igitur opus eſt triumphatoris huius victorioſi, qui deſtruens omnem regis Tartarei potentiam grauiſſimos peccatores, delitijs ſuis immerſos, & impudicitijs, nec non in profundum vſque nequitiæ & confuſionis abſorptos, liberos educit & ab omni periculo reddit abſolutos. Paulum intuere pelagi rabie demerſum, ita grauiter commotum vt ſpumas ore vomeret, quem cetus ille horrendus odij in Chriſtum, eius diſcipulos, & Eccleſiam, abſorbuerat: ad portum ſalutis ſuæ adeo ſecurum educit, vt nedum in illa conſtans ipſe permanſerit: ſed inſuper & mediator fuerit, vt innumeri alij peccatores eundem ſalutis portum aſſequerentur. Habes & Zachæum abyſſis vſurarum iniquorumq; contractuum obuolutum & ab inſatiabili cupiditatis Balena deuoratum, quem tamen ad portum adeo conſtantem inducit, vt ipſum per

vitam

viuam fidem filium Abrahæ faciat legitimum: domum autem illius, officinam prius lucrorum & furtorum, in domum conuertat ſalutis; dicatque. *Hodie huic domui ſalus facta eſt.* Luc. 18. 9.

XII. Prædicta Magdalenæ applicantur.

Notanter autem hoc conſiderandum eſt in opere hodierno. Erat Magdalena vrbis Baſan inhabitatrix: in illa maledictus Rex Og imperabat, nimirum Diabolus cum immenſo numero vitiorum, qui tantum in illa acceperat dominiū, vt eam tanquam proprium ſibi regnum occuparet, in quo quamplurimi principes infernales morabantur, vt declarat Euangel. Marcus, quod ſcilicet à ſeptem eſſet occupata dæmonibus. Perpendamus quàm eleganter eam hodie deſcribat Euangel. Lucas huius incolam ciuitatis, *Erat in ciuitate peccatrix.* Quamuis enim intelligat illam ciuitatem, in qua viuebat, accipere tamen poſſumus de ciuitate Baſan cuius præcipuè ciuis nominabatur. Primò ob nimiam voluptatum abundantiam, quibus ſe totam expoſuerat, cibo, potui, dormitioni, alijſque delitijs indulgens. Hinc ortæ ſunt ſecundò execrabiles illius turpitudines, quibus tandem in vltimam eſt lapſa confuſionem eamque adeo magnam, vt iam proprium illi nomen non audiretur, ſed paſſim ab omnibus mulier diceretur in vrbe peccatrix. Iacebat immerſa pelago vitiorum, abyſſo abſorpta ceti, quem Spiritus S. teſtatur inſatiabilem: hoc dixeris de vitio ſenſualitatis & impudicitiæ. O quam potens es Domine, & quam bene te Deum oſtendis qui animas ab omnibus ſaluas periculis incolumes: *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi.* Quandoquidem hanc mulierem conuertas, vt quæ prius erat inhabitatrix Baſan vitiorum, ciuis ſit gratiæ; finiantur in ea deliciæ, luxuriæ, voluptates, de confuſione egrediatur extrema; nec non de publico ſcandalo in quod ex vita ſua nefandiſſima corruerat, atque de abyſſo profundiſſima & immenſa culparum ac vanitatum, depoſitarium fiat diuitiarum donorumque cæleſtium: ecce mulierem conuerſam de Baſan: ecce mulierem de profundo extractam vitiorum: ecce mulierem quæ prius erat in ciuitate peccatrix: iam ad ſecurum appulit portum pedum Chriſti Saluatoris, multò tutior quàm Ionas, dum ſe in arenam ore Balenæ gaudet eructatum. O portum eminentem, pedes ſanctiſſimos, quàm ſecuri ſunt illi qui ad te de mari confugiunt.

**§. 25. *In hoc ſita fuit huius triumphi Chriſti gloria, quod de ſanguine pedibus ſuis balneum effecerit, quo linguam canum ſuorum exacuit.***

DIcito nobis ô Dauid in quo huius triumphi gloria ducisque honor clariùs innoteſcat? ad illum Pſalmographus conuertitur, aitque: *Vt intingatur pes tuus in ſanguine.* In hoc triumpho tuo Domine mi, non vulgaris apparet magnitudo quod pedes tui ſanguine tangantur inimicorum. Hic facinus indicat Diu. Hilarius illa verba expendens quo vtebantur duces inuicti: nam de victis hoſtibus ſuis victoriæ triumphum celebrabant, quam ab illis retulerant, eorum ſanguinem conculcando pedeſque ſuos illo abluendo: illos enim torrentibus eorum ſanguinis imponebant, itaque illis abluebant. Hac phraſi vtitur Rex Propheta, qui victoriam expoſiturus qua iuſti de reprobis in die iudicij triumphabunt, ſic in eorum gloriam canit: *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.* Legit D. Hieron. & illi qui vim ſequuntur verbi Hebraici: *Pedes ſuos lauabit.* Quid huic ſimile arbitror ſignificaſſe eundem prophetam quando in extremo ſpiritu filio ſuo Salomoni præcepit vt delictum à duce Ioab commiſſum puniret, etenim proditorie pugione Ducem Abner interficiens baltheū ſuum & calceos, eius ſanguine intinxerat, quo ſuam de illo intendebat ſignare victoriam: *Effudit ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorem prælij in balteo eius, quod erat circa lumbos ſuos & in calceamento ſuo, quod erat in pedibus eius.* q. d. Ecce hic ſummum illius triumphi faſtigium, quem de capitali meo hoſte reportaui. Nam pedibus meis illius protero ſanguinem. Eſt ſanguis vitæ fundamentum, & totius hominis fortitudinis: etenim in illo anima reſidet: *Anima omnis carnis in ſanguine eſt.* q. d. Maximè pretioſum & hoſtis mei robur primarium pedibus meis proſterno & conculco: nam illud corporis mei pars eſt infima. Cæleſtem te ô Triumphatorem (exclamat Dauid.) Hic enim ſupremus patet gloriæ tuæ vertex & triumphi faſtigium, vnde manibus diaboli peſſimos eruens peccatores tuis illos pedibus proſternis eorum ſanguine abluendos. 70

Pſ. 58. 11. I.

Hic locus explicatur.

3. Reg. 2. 5

Leuit. 17. 14.

Eleganter dixit D. Gregor. Nyſſen. ſanguinem cordis humani viuaciorem lacrymas eſſe: Hunc enim effundit dum vulneratur: *Vulnerum animæ longe à*

D. Greg. Nyss. *Orat. de obitu Pulcheriæ.* Nō

*tanquam princ.*

*tanquam ſanguis lacrymæ ſunt* Quando pungitur,
II. ſecundum id quod eſt carnis animalis ſanguinē
Sunt lachrimæ ſanguis cordis. effundit carni proprium eumque rubrum, qualis
eſt carnis pars principalis: porro quando læditur
ſecundum quod eſt rationale emittit ſanguinem
proprium, nimirum lacrymas. Ideircò namque
illum non effundit cor animalium. Conſpiciunt
Iudæi Redemptorem noſtrum in morte Lazari
flentem, vnde inferunt cor ille fuiſſe vulnera-
*Ioa. 11. 36* tum: *Ecce quomodo amabat eum.* Hic liquidò patet
Domine mi, tuus ille triumphus glorioſiſſimus:
quandoquidem pedibus tuis proſtratam illam,
quæ diabolicæ ſubiacebat poteſtati, ſic tibi ſu-
biectam detineas, vt cordis illius ſanguine tui
pedes intingantur: nam huic impetuoſo torren-
ti lacrymarum eius impoſiti illis abundantiùs
irrigantur: *Lacrymis capit rigare pedes eius*, modo
patet quod omnino tuis cor illud pedibus ſub-
ſtraueris, cuius ſanguine & lauantur & irrigan-
tur. O animæ ciues Baſan tunc verè mihi per-
ſuaſero verè vos à Domino illo liberatas de po-
teſtate Regis infernalis, atque de illo in vobis
triumphaſſe, quando vos videro ipſum cordis ſan-
guine, nimirum lacrymis, pedes illius irrigare.
III. Eia age anima profaniſſima, cuius hoc vnicum
Lacrymæ ſigna sūt cordis vulnerati. eſt exercitium carnis tuæ vacare commeſſationi-
bus & ebrietatibus ex quibus enaſcuntur impu-
dicitiæ & non tolerandæ turpitudines; de quibus
in confuſionem maximam lapſa es ſtatumque
verè pudendum, in quo prodigum conſideraſti,
dæmonis imperio ita perfectè ſubdita, vt illi
velut Domino illius, cuius te ſeruitio conſecraſti
promptus obedias illò gradiaris, quò te ducit, e-
ius plateas appetiui, illi tuos ſacrifices annos,
dies & noctes, corpus tuum, animā, ſenſus, actio-
nes, curas, facultates & quæcunque poſſides, mul-
tum vereor te illius ſubiacere imperio, cum te
videam adhuc & huius Baſan incolam, nec illo
ſis egreſſus vbi tuis te totum dedicas voluptati-
bus, delicijs & turpitudinibus: non enim dare
locum voluiſti ſupremo illi triumphatori, quô te
de miſerando hoc ſtatu liberaret: vocibus illius
ſemper fuiſti refractarius, ad eius ſurdus inſpira-
tiones, ad eius pertinax promiſſa, eiuſque minis
inflexibilis, vbinā cordis ille ſanguis quo pedes
eius irrigas? vbinam illæ lacrymæ ad pedes con-
feſſarij vel crucifixi vberrime profuſæ? profectò
ſignū eſt cor tibi non eſſe vulneratū: *Ecce mulier
in ciuitate peccatrix, lacrymis capit rigare pedes
eius*, adhoc enim venit, adſtat & gemit, vt illo quē
videmus ſanguine illius pedibus ſuperinfuſo nos
prædicatores linguas noſtras cōtra eius acuamus
inimicos: *Lingua canū tuorum ex inimicis ab ipſo.*

Noťandum cum D. Auguſtino: quod quamuis 71
nomen canis abſolute ſumptum quoſdam deſig- IV.
net peccatores furibundos, & de talibus dicat Canis
Apoſtolus: *Videte canes, videte malos operarios*: Dei præ-
porro quando dicuntur canes Dei, prædicatores dicatores
indicantur & miniſtri Deo fideliſſimi, quiq; ſuis deſignat.
latratibus terribiles in fugam abigunt lupos in- *Philip. 3. 2.*
fernales, & ſomno peccatorum excitant letargi-
cos: *Canes laudabiles non deteſtabiles, fidem ſeruan-* D. Avgv.
*tes Domino ſuo & pro eius domo contra inimicos* *in pſ. 67.*
*latrantes. Propterea non tam dixit canes ſed canes* *Tom. 8.*
*tuos, canes quidem qui edunt de micis dominorū ſuo-
rum. Reprehenſi ſunt quidam canes à Propheta Iſaia
non quia canes, ſed quia latrare neſcierunt, dormire
amarent.* Inſuper ea de cauſa duos illos eximios
verbi Dei præcones D. Bern noſtrumque Patriar-
cham Dominicum vtero adhuc materno inclu-
ſos, nondum mundo excluſos Deus canum ſym-
bolo præſignauit. Quorum latratus propriè ſen- V.
tiebant matres, deſignando eorum ſubiectionem Canis
& fidelitatem ex qua maximè canis commen- natura
datur, quem licet Dominus fuſtibus abigat, non laudabi-
tamen in eum inſurgit, nec deſerit eum irrita- lis.
tus: eſt etiam illius linguæ virtus quàm maxima
latrando fugandoque lupos & vulpes, oues pro-
tegendo, ſaliua ſua inueterata & vlcerata curans
vulnera: vix enim quidquam eſt illis curandis,
ipſa lingua & ſaliua canis efficacius. Inhæreamus
loquendi formulæ vatis adeo mirabili, vt dicen-
do & ſupponendo plures eſſe canes, vnicam tan-
tum dicat eorum eſſe linguam: *Lingua canum
tuorum.* Quamuis enim prædicatores Chriſti nu-
mero plus ſint vt elapſis diebus diximus, vnica
tamen lingua loquuntur: & hoc ipſum ab eis
poſtulabat Apoſtolus: *Obſecro vos fratres vt idip-* *1. Cor. 1.*
*ſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata.* 10.
Hoc ipſo ſanguine Domine mi, inquit Dauid, ca- VI.
nes tui linguas ſuas contra tuos exacuent inimi- Ex la-
cos: ex his etenim lacrymis ſingulare depromeent chrimis
argumentum, quo peccatoribus perſuadeant pœ- Magda-
nitentiam quo letargiam eorum excitent quo lenæ ſu-
corda moueant, quo illuminent intellectum & munt
inflamment voluntatem. Quod pectus adeo per- prædica-
uicax, quod illis lacrymis non emolliatur? Quis tores
peccator adeo ſceleribus ſuis contumax vt has argumē-
aduertens, ad ſimiles non excitetur? Sic enim in- tum ad
terrogat D. Gregor. *Cuius enim vel ſaxeum pectus* pœniten-
*illæ peccatricis lacrymæ ad exemplum pœnitendi non* tiam.
*emolliant?* D. Greg.
Hoc ſanguine linguæ prædicatorum exacuun- *Ho. 33. in*
tur, vt peccatores ad meliora reducant. Hinc ete- *Euang.*
nim eliciunt & declarant prægrandem Dei miſe-
ricordiam, qua longanimis illos exſpectat, Dei

bonitatem, qua benignus illis inſpirat, Dei gratiæ fortitudinem, qua potens illos conuertit, Dei benignitatis abyſſum, qua illis miſericors ignoſcit. Ex his ſuas acuunt liguas contra illos qui turpioribus inquinati criminibus pœnitentiam quidem agunt, ſed remiſſam, ſed flaccidam ſed inconſtantem: huius SS. pœnitentis illis exponendo pœnitentiam oculorum eius lacrymis illorum arguit ariditatem: animo illius conſtanti, quo ſe lacrymis infuſa ad Chriſti pedes proſternit vt nec conuiuium nec conuiuas revereretur, tuam arguit deſidiam & corripit negligentiam, quem quidlibet ab agenda cohibet pœnitentia.

VII. Canes Dei hic FF. Prædicatores intelliguntur.

Et quamuis vt verum aſſeram, quòd Dauid loquendo pluraliter de canibus Dei, hoc nomine omnes comprehendat prædicatores: cum omnes illi linguas ſuas hoc ſanguine exacuant contra peccatores: nihilominus credo quod ſingulariter de illis intellexerit qui filij ſunt canis maculoſi noſtri Glorioſi Patris D. Dominici. Canes ſunt canum catuli, fuit antonomaſticè præclarus ille Apoſtolus canis Dei, cui ex munere incumbebat, ſua prædicatione Dei hoſtibus adlatrare, ſaliua doctrinæ ſuæ, & Sacramentorum adminiſtratione inueterata curare vulnera, cuius adeo ſtrenuè officium eſt exequutus, vt illo ipſo centum millia hæreticorum ad fidem reduxerit. Canes Dei erant eius catuli. Illi in particulari ſuas debent hoc ſanguine linguas exacuere. Quia illa ipſa ſancta pœnitens ipſos vt ſingulares prædicatores elegit Fratreſque ſibi chariſſimos adoptauit.

VIII. Exemplũ.

Pro huius confirmatione illa ipſa hoc ei nomen impoſuit, apparens loquenſque Carolo hoc nomine primo fratri S. Ludouici Galliæ Regis, qui ipſe obtinuit & perdidit regnum Siciliæ. Bello nauali captus ab Aragonienſibus & captiuus detentus Barcelonæ ſeipſum vnicè S. Magdalenæ commendauit: apparuit autem illi ipſa nocte profeſti ſui conductum illi promittens: & modico temporis ſpatio non ſine miraculo illum ex vrbe Barcelona tranſpoſuit in Franciam. Cui in ſignum gratitudinis præcepit vt conuentum extrueret fratribus ſuis. Cum autem inquireret, quinam illi eſſent reſpondit: fratres mei fratres ſunt Prædicatores, fusè narrat hanc hiſtoriam Theologia & iuriſprudentia clariſſimus Syluester Pierius Romæ magiſter S. Palatij Apoſtolici.

*In Roſa aurea fe. 5. infra. Oct. Paſ. Vide Ribadine. in flore SS.*

§. 26. Lacrymis. *Optima pœnitens quæ non loquitur ſed plorat, oſtendens ſe culpam ſuam agnoſcere, & viam aperiens petitioni per lacrymas, quia cum harum ſymbolum ſit aqua pura, illam Deus magnifacit.*

72

IGitur aduoluta pedibus Saluatoris & cataractas ſoluens lacrymarum, tanta cœpit illas vbertate profundere, vt verum fuerit de illa proloqui: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Si quid ſapio proponendæ forſan à nobis quæſtioni D. Euangeliſ. reſpondet. Dicito nobis Hyſtoriographe diuiniſſime, quas mulier hæc propoſuit Domino rationes? quibus verbis eſt illum allocuta? an forte ſic incæpit: *Miſerere mei Deus*? an hoc eius fuit exordium: *Tibi ſoli peccaui*? non hinc exorſa eſt ſalutis ſuæ remedium, non loquendo cœpit ſed plorando, non de ore verba proferendo compoſita, ſed de corde per oculos lacrymas fundendo copioſas: *Lacrymis cœpit.* Optimum principium, quod egregia comprehendit cæleſtis Philoſophiæ documenta, quæ data opera tractat D. Ambroſius, non ſemel ſed ſæpius illud expendens, quod Euangeliſtæ nobis proponunt de pœnitentia D. Pet. de quo hoc tantum commemorant, quòd commiſſa culpa trinæ negationis in ſe cõuerſus ex Galli cantu admonitus, & præcipuè Chriſti Domini contuitu, & luce oculorum illius illuſtratus: *Egreſſus foras fleuit amare.* Notandum cum D. Ambroſio in SS. Euangeliſtis non legi quod locutus fuerit, ſed quod fleuerit: *Inuenio quod fleuerit, non inuenio quod dixerit: fleuit & tacuit* An ergo non ſuadet æquitas, vt edoctus à Dauide pſalmum intonet: *Miſerere* &c. vel: *Domine ne in furore tuo* &c. cum nemo dubitet, quin pſalmos noſſet pœnitentiales, eorumque efficaciam? an non conueniens fuiſſet hic prologus quẽ Dominus refert locutum fuiſſe Publicanum quo ſalutem obtinuit: *Deus propitius eſto mihi peccatori*? Nihil horum, ſed ne verbum quidem depromens lacrymis fletuque ſuam orditur pœnitentiam, & quidem prudentiſſimè, idque pluribus de cauſis.

I. Cur Magdalena nihil dixerit.

D. Ambr. In ca. 22. *Luc. de negatione Petri. Et ſer. 46. de Pœnit. Petri Apoſt. T. 3. & 4.*

Prima ſit: quod illis oſtendat ex mente D. Ambro. quòd culparum ſuarum perfectam habeat notitiam: proprium eſt illi qui peccata ſua non agnoſcit in eorum loqui defenſionem: verumtamen qui illa cognoſcit & grauitatem intelligit ſibique totum imputandum, tacet, & tantò ſtrictiùs quantò clariùs conſpicit ſibi culpam imputandam & minus ſupereſſe quod in ſui producat

II. Silentiũ hoc indicat culpæ cognitionem.

ducat exonerationem. Videamus hoc cum Diu.
Amb. in Adam: cum enim peccatum ſuum com-
miſiſſet, & coram Deo vocatus adſtaret hoc toto
contendit animo, vt culpam procul à ſe reijceret,
& in mulierem vt culpæ ream pondus inijceret,
Gen. 3. 12 dum ſic effatur; *Mulier quam dediſti mihi ſociam.*
III. In memoriam reducatur ille male pœnitens
Mali Saul. Etenim licet dixerit ſicut Dauid: *Peccaui* :
ſemper ſe non tamen fuit eius admiſſa pœnitentia. Cum e-
excuſant. nim Propheta Samuel illi peccatum ſuum expro-
braret, quò fuerat Dei præcepto refractarius; illi
namque præceperat vt exercitum produceret in
Amalecitas, ipſos omniaque eorum, armenta &
greges gladio cædente demoliretur, ipſe nihilo-
minus craſſiores ſeruauit greges, ipſique Regi
vitam condonauit. Cum hæc igitur illi Samuel
imponeret, plures cœpit in ſui exonerationem
producere rationes, & opus ſuum illud malum
bona cohoneſtare intentione; Ea ſcilicet mente
factum vel alia ad Dei honorem cultumque ſa-
crificij Multa loquens ô Rex: quid inde colligi-
mus, niſi te peccati tui grauitatem ignorare: nam
ex clara culpæ cognitione hoc ſequitur, vt pœni-
tens ſibi occludat os, obmuteſcat & nequaquam
In Naz. ſe conetur excuſare. Iam Dominica præterita di-
Orat. 15. ximus nihil ſic os alicui occludere quam culpæ
n. 6 apud propriæ cognitionem; hanc etenim (vt aduertit
Lorin. in Elias Cretenſis) ſignificat talenti plumbum, quod
pſ. 506. propheta Zachar, vidit impoſitum ori amphoræ,
ver. 41. ad quam primùm eam intrauit iniquitas per mulie-
finem. rem figurata.
Zacha. 5. 8 Decantat nobis Propheta regius quid futurum
ſit in Die iudicij, quando ſupremus ille Paſtor di-
uidet oues ab hœdis & ſingulis cauſas diuerſas
IV. deſignabit pro vt ipſo die memorauimus: ait au-
Reprobis tem hœdis ſiue reprobis os occludendum: *Poſuit*
in die iu- *ſicut oues familias, Videbunt recti & lætabuntur, &*
dicij os *omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* Quid indicas ô
obſtrue- Propheta? Hoc efficiet Deus vt ita clarè & di-
tur. ſtinctè ſua crimina cognoſcant, vt quid in ſui
Pſ. 106. 42 defenſionẽ producant nihil inueniant. Hoc præ-
Iob. 5. 16. dixit Iob Proph: *Erit egeno ſpes, iniquitas autem*
*contrahet os ſuum*, cui correſpondet proph. Mi-
Mich. 7. chæas. *Videbunt gentes & confundentur, &c. ponent*
16. *manum ſuper eos.* Similiter Salomon de miſero
peccatorũ fine loquutus, qui nunc bonorũ ſortẽ
deriderent vt infauſtam, omnia prædicit immutan-
Sap. 4. 19. da: *Illos Dominus irridebit, & erunt poſt hæc deci-*
*dentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos*
*in perpetuum: quoniam diſrumpet illos inflatos ſine*
*voce*, verba ſunt hæc ponderatu digniſſima. Ver-
bum illud, *Diſrumpet*, indicat quod Deus illos
omnino diſtringet, in illos terribili eius irruente
ſententia, ſicut propoſita metaphora parietis qui
ſuper teſtam corruit vates explicat Iſaias: *Et cõ* Iſai. 30.
*minuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione* 14.
*perualida & non inuenietur de fragmentis eius teſta*
*in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur*
*parum aquæ de fouea*, notat Epiſcopus Gandauen-
ſis Ianſennius verbum illud: *Inflatos* ab alijs legi In cap. 4.
*inflammatos*, ſumpta metaphora ab eo qui pudore Sap.
confuſus inflammatur, cui vultus inſtar carbonis
igniti exardeſcit. Ait igitur: reprobos Deus com-
minuet, qui tanto pudore confundentur vt illis
os obſtruatur, videantque clarè nihil in ſui de-
fenſionem adferendum, os ſuum contrahent &
obmuteſcent.
Eodem modo Dominus oſtendit in miſero il- 73
lo qui cum ingreſſus eſſet non debitè veſtitus
nuptiale conuiuium, atque à Rege ea de cauſa
reprehenſus fuiſſet iuſtèque damnatus: *Obmutuit*: Matt. 22.
Itaque ex criminis, culpæ agnitione & quantum 12.
peccator pœnam mereatur, oritur vt loqui neſ- V.
cius obmuteſcat ſe conuictum fateatur, imò ſe- Omnes
ipſum condemnet. Inſuper hinc patet, quàm pa- ſe conan-
rum culpæ tuæ cognoſcas grauitatem. Quando tur excu-
quidem illam faſſus, nihil ita ſtudioſè agas quàm ſare.
vt rationes rationibus adiungas operum tuorum
excuſator. Ego hoc non intendebam. Porro ni-
mia fuit alterius importunitas. Non ego hoc
cogitabam, ſed accurrit alius & me prouocauit
inprouidum. Talis me preſſit occaſio, neceſſi-
tas viſit, & colera ſuperauit, hoc à me exigebat
ratio defenſionis. Loquere tuaſque multiplica
rationes: noueris autem quod quanto plura con-
geras, tantò te minus agnoſcas, tantoque diſtes
longiùs à debita verè pœnitenti culpæ cogni-
tione.
Proh. quanta confeſſarij conſolatio, quando VI.
pedibus eius proſtratus hoc primò agis: vt caput Optimũ
dimittas, manus complices, fiantque oculi tui eſt ad pe-
fontes lacrymarum. Quando ita accedis opti- des con-
mè accedis, & optimum præmittis confeſſioni feſſarij
tuæ principium. Idcirco nihil loquitur Petrus flere.
(ait D. Ambroſ.) etenim ita clarè ſuam agno-
uit culpam, vt quid proponeret criminis ſui de-
fenſor, non inueniret: Vnde verbis renuntiat qui-
bus culpam extenuet, lacrymas aſſumit quibus
grauitatem eius fateatur: non enim habet quod
iuſtè obtendat & meo quidem iudicio illud Regis
aſſumit Ezechiæ: *Quid dicam aut quid responde-* Iſa. 38. 15
*bo, cum ipſe fecerim: rectè planè* (loquitur D. Amb.) D. Ambr.
*Petrus fleuit & tacuit quia quod deflere ſolet, nõ ſo-*
*let excuſari, & quod defendi non poteſt ablui poteſt.*
*Lauat enim lacryma delictũ quod voce pudor eſt cõ-*
*fiteri.* Hoc idẽ hæc vera agit pœnitẽs: etenim luce



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuina ſuam agnoſcit culpam eique præ confu-
ſione os obſtruitur. In ſe illa complens verba,
L.2.cont. quæ D. Hiero. annotauit quibus Deus ſic animæ
Pelag. minatur peccatrici *Vt recorderis & confundaris, & *
Ezech.16. *non ſit tibi aperire os.*
63.

VII. Ante orationẽ pro remiſſione Deo munus offerendum lacrymarum.

Secunda nunc profertur ratio ex doctrina,
quam præteritis diebus expẽdimis: quòd ille qui
Deum offendit, priuſquam os aperiat ad oratio-
nem, agat oportet aliquid quo Deum placet: non
enim quis hoc dixerit imprudenter factum, ſi
quis acceſſerit aliquid flagitaturus, qui grauiter
te offendit & cui iuſtè iraſceris, niſi prius quid
fecerit quo bilẽ tuam temperet, & placet indig-
nationem. Quibus congruè explicauimus ex mẽ-
te doctoris Angelici illam Salomonis admonitio-
nem: *Ante orationem præpara animam tuam, &*
2.2.q.97. *noli eſſe ſicut homo qui tentat Deum.* Nihil ita mi-
a.3.ad 2. tigat iratum & ſedat offenſum ac lacrymæ. Si
Eccl.18.11 namque ignis eſt colera & ita feruor ſanguinis
circa cor, lacrymæ aquæ ſunt quibus extingui-
tur: *In omni igitur culpa ante flendum eſt quam pre-*
D. AMBR. *candum:* ait D. Ambr. prudentem procedendi mo-
In ca.22. dum expendit D. Chryſoſtomus cuiuſdam S. E-
Luc. circ. piſcopi. Erat Imperator grauiter iratus Antioche-
fin. To.4. nis qui rebellionem excitarant in cuius argu-
Ho. 20. ad mentum arma, ſtatuas, & inſigna imperatoris
popul. quæ in foro erecta videbantur, funditus diruе-
VIII. Exemplum. rant. Illos voluit gladio conſumere, eoque animo
copioſum cõflauit exercitum: vt ſe viderunt An-
tiochenſes in arcto poſitos SS. rogarunt Antiſti-
tem vt mediator eſſet, & apud Imperatorem deli-
cti veniam impetraret. Hic cum primo Deo ne-
gotium commendaſſet, eiuſque ad hoc gratiam
poſtulaſſet, curiam acceſſit Imperatoris, & intro-
greſſus palatium coram Imperatore ſtetit à lon-
gè, nec verbum locutus, ſed demiſſo capite cæpit
effuſiùs lacrymari: *Vt magnam ciuitatem illam aſ-*
*cendit, & regias ingreſſus eſt aulas procul à Rege*
*conſtitit mutus, lacrymans, deorſum inclinatus.* Ad-
ueniebat inquit D. Chryſoſt. in perſona refracta-
riæ ciuitatis quam in ſe ipſo repræſentabat quaſi
ipſe reus eſſet læſæ Maieſtatis. In ſignum quod
culpam agnoſceret nec haberet quod obtenderet
& obmutuit. Atque vt Imperatoris viſcera flecte-
ret ad miſericordiam iuſtæque iræ flammas ex-
ſtingueret lacrymas fudit vberiores: *Hæc autem*
*faciebat luctibus prius monere volens ipſum ad mi-*
*ſericordiã, & tũ defenſionem pro nobis incipere: ſola*
*namque peccantibus relinquitur venia tacere, & ni-*
*hil pro geſtis loqui.* Hoc in Petro commendatur
ex mente D. Ambroſij: *Inuenio & aliud, cur tacue-*
*rit Petrus, ne tam cito veniæ poſtulatio per impu-*
*dentiam plus offenderet quam impetraret. Solet enim*
*citius mereri indulgentiã qui verecũdus deprecatur.*

Præſcribit vates Iſaias peccatoribus modum 74
quo debeant ad Deũ accedere delictorũ petituri IX.
miſericordiã: eſt autẽ hic, vt prius quam loquan- Eleemo-
tur, aliquid illi offerant quo furorẽ illius attem- ſyna mi-
perent viamque ſternant poſtulationi. Nã cõſul- ſericor-
tum eſt vt qui gratiam à iudice quærit obtinere, diæ ante-
quodã minuſculo illius animũ demulceat quod cedat o-
petitionẽ antecedat: hoc autem aſſerit Propheta rationẽ.
eſſe eleemoſynã, mediũ eſt etenim congruentiſ-
ſimũ quo à Deo miſericordiã conſequaris, ante- Iſai. 58. 8.
quam tibi illam tribuat, tu illã pauperi ſis imper-
titus. *Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria* Tract. 2.
*Domini colliget te: tunc inuocabis, & Dominus ex-* nu. 510.
*audiet:* vocat eleemoſynã iuſtitiam ob rationes
dictas alibi, præcedat petitionem tuam munus
quod viam aperiat, eo videbis qualiter tu ſubſe-
quens apertis ab illo brachijs ſuſcipiaris, tunc
opportunum erit & loqui & poſtulare.

Ni fallor Hiſtoriam ſpectat Iacob. Nouerat
hic fratris ſui Eſau animum erga ſe ſic exacerba-
tum, vt nihil amplius quam ignem ſpirare vide-
retur & coleram nec non quadringentis militi-
bus armatum accurrere. Quid agit? ſubducit ſe, X.
& hoc ſibi proponit argumentum. Cum talis ſit Iacob
frater meus qualis eſt, non mihi conueniret vt muneri-
ad illius colloquium accederem, ſed mihi hoc ex bus Eſau
re mea erit, ſi prius pectus illius mitigem vlce- placauit.
ratum, iramque temperem excandeſcentem. Eo
animo non paruum congregat numerum ouium,
caprarum, & arietum, quem illi præmittit munus
dicendo: *Placabo eum muneribus.* Quæ ita gratan- Gẽ. 32. 20.
ter accepit Eſau, vt quaſi aquæ fuiſſent efficaciſ-
ſimæ, furoris ignem extinxerint, quo facto acce-
dens Iacob illum inuenit brachijs dilatatis, qui-
bus exciperetur, & loqui potuit, & ab eo quidli-
bet impetrare. Hoc eſt: *Anteibit faciem tuam iu-*
*ſtitia tua & gloria Domini colliget te. Tunc inuoca-*
*bis* &c. Munus acceptum Deo eſt eleemoſyna, XI.
porro non minus eſt veri pœnitentis lacryma de Lacry-
corde proſiliens. Tibi Deus num indignatur ſce- mæ mu-
leribus tuis incitatus? Sic ait: *Ignis accenſus eſt in* nus Deo
*furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima.* gratiſſi-
Conſultũ tibi foret, ſi lacrymarum copia præce- mum.
das obuius, quibus ignis hic extinguatur, ita tem-
peretur & cor illi mitigetur. Illæ præcedunt &
indubiè te brachijs expectabit expanſis: tunc lo-
qui poteris, tunc libellum offerre ſupplicem: *Tunc*
*inuocabis*, has Magdalena lacrymas præmiſit an-
teſignanas atque ex illis ferculum ſtruxit quod
ori illius ſciebat eſſe gratiſſimum.

Nemo non miratur ceremoniam qua vſus eſt
propheta Samuel quam notat D. Grego. populus
hic

*XII. Cur Samuel ad deflenda populi peccata aquam corã Deo effuderit.*

hic pro more ſuo contumax grauiter Deum ſceleribus ſuis ſed maximè Idololatrijs offenderat. Ita vt vindex in eos iuſtitiæ diuinæ rigor flagella depluere cœperit inimicorum ſuorum manibus ſcilicet Philiſtinorum: in tanti remedium damni conuocat illos Samuel & tanto ſpiritus feruore prædicat, vt ex damnis peccata ſua cognoſcentes ſaniora ceperint conſilia, quibus idola repudiarent, Deo fidem iurarent & obſequium, aſperam ſuſcipiendo pœnitentiam: vt autem hanc ordirentur ait Spiritus S. illos conuocauit propheta in locum aliquem ſanctum qui dicebatur Maſphath: & hoc primum coram Deo ſtantes, *1.Reg.7 6* egerunt: *Hauſerunt aquam & effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt, in die illa atque dixerunt ibi: peccauimus Domino.* Non leuem habent hæc verba difficultatem. Quænam ſunt hæ, O Propheta ceremoniæ, vt pro pœnitentiæ principio aquas haurias & illas in conſpectu Domini effundas? Quænam ſunt illæ aquæ? vnde hauſtæ? in quem finem effuſæ? quid Deo refert, ſi calices aquarum aut hidriæ in conſpectu eius effundantur? Rabini, ſic D. Hieronymus, adducunt vt *Lib.qq.in 1.Reg.* ſolent quaſdam traditiones ſed vix credibiles, quibus illas declarent. D. Gregorius ſic de hac *D Greg. In c.7. in 1.Reg.* aquarum effuſione moraliżat: *Quid eſt enim aquam haurire niſi de profunda animæ pœnitentis confuſione Lacrymarum flumina producere? Velut enim aquam haurimus, dum quàm profunda iniquitate cecidimus conſiderantes plangimus*, iiſque diuinæ iræ furorem ignemque ſtudemus extinguere. Hunc ſenſum approbat Vatablus, & doctiorum probat eſſe auctorum, qui Chaldaicam ſequuntur tranſlationem, quæ ſic habet: *Hauſerunt aquas è puteo cordis ſui, & abundè lacrymas fuderunt coram Domino pœnitentes.* Nec ego hunc ſenſum reprobo: verumtamen opinor, quod ſapiat allegoriam: vnde litterali magis inhærens, credo tale quid eſſe facinus quod cum Prophet. ſtuderet obtinentiæ pro populo criminum indulgentiæ, ſciret autem huic maximè conferre lacrymas, cernens populum lapide duriorem non illas pro debito profundere, de puteis aquas hauſerit, illaſque coram Domino profuderit. Quid per hoc innuit? Quaſi dicat, quod illas gratum Deo dedicabat ſacrificium. Hac enim loquendi

*XIII. Aqua quia lacrymas refert, Deo grata eſt.*

phraſi declarat diuinus ſermo à Dauide oblatam aquam tantopere deſideratam, quam illi tres fortiſſimi milites de ciſterna in Bethleem adduxerant: non enim eam voluit bibere ſed in conſpectu Domini profuſam ſacrificium Deo conſecrauit: *Noluit bibere, ſed libauit eam Domino.* *2.Reg.23.17.* Quale eſt illud aquæ ſacrificium? quid in illa magnificandum? in illa quam obtulit Dauid multa veniunt perpendenda, eo quòd illam tanta orexi deſiderauerat, & diſcrimini vitam trium fortiſſimorum ducum illius obtentione expoſuerat, porro aqua illa de puteo Maſpath qua pollebat virtute? quid tanti referebat vt illa Deo litaretur atque in ſacrificium offerretur: & quod amplius eſt pro tantis tamque enormibus ſceleribus? non latebat Prophetam Samuel quanti Deus lacrymas faceret: ſunt enim illi ſacrificium acceptiſſimum: nam poſtmodum dixit David; *Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus.* Sciebat *Pſ.50.19.* quàm efficaces eſſent ad iræ illius contra peccatores ignem extinguendũ, & quam prudentes ab illis pœnitentia ſumat exordium: vt vidit illas oculis illorum deficere peccatorum, nec defluere Deo conſecrandas, quibus ad ſcelerum ſuorum diſponerentur indulgentiam, aquas hauſit de puteo: quia ſymbolum ſunt hæ & quandam habent ſimilitudinem cum lacrymis de profundo cordis eductis, eaſque Deo libat ſacrificium.

*XIV. Crucis etiam ſignum fugat diabolum.*

Vt ſapienter factum omnes approbant Chriſtiani dum ſigno crucis nos contra diabolicos armamus inſultus, licet in ære factum vel ex cannis vel ex ſtramine. Quid diabolo refert res tantilla? Ratio eſt: quia nihil ſic ac crucem Chriſti exhorreſcit; in qua mortuus eſt, illum deuicit, ſpolia illi detraxit, & triumphum egit de ipſo illuſtriſſimum. Verum eſt quod crux illa, quam ex ſtramine vel gramine componis, illa non ſit, ſed eius habeat ſimilitudinem, & vt talem cum illam non habeas, nec habere poſſis, hanc eius loco ſufficis, cuius intuitu & repræſentatione Dæmonem compellis retrocedere, in fugam abigis, & vires eius eneruas, quibus armatus aderat te tentaturus, illam eius obijciens aſpectibus. Lacrymas cordis tanti facit Deus eiuſque ſunt ita gratæ conſpectui, vt illi ſint ſacrificium acceptiſſimum, quibus omnia libens remittit flagitia. Illas idem optabat propheta Samuel, ſed nequaquam cernens in earum defectum aquas ſubrogat, earum ſymbolum, quæ vt tales poterant in conſpectu Dei eſſe pretioſæ. Si tales fuerunt illi aquæ, quia figuram viceſque referebant lacrymarum, quid non efficient ipſæ lacrymæ? Ex illis peccator ſuam inchoet conuerſionem, ſint illæ, ex quibus primum offeratur Deo ferculum: Hoc etenim illi ſapit dulcius, & hoc illi propinat Magdalena foretque conſultum tu quoque tale præparares ſi tibi velis eſſe proſpectum.

§.27. Lacrymis. *Lacrymis loquitur, hæc loquela non fallit ſicut verborum, eſtq́ erga Deum efficaciſſima.*

☞ 75

TErtia ſtatuitur ratio, quòd ingredi ſuam voluerit pœnitentiam, oſtendendo, quòd illam ageret coram Deo, idcirco loquelam vſurpat Deo magis propriam: eſt autem hæc quæ corde fit: *Tibi dixit cor meum*, inquit David. (Pſ. 26.8.)

I. Loquitur cor melius per lacrymas quàm per verba.

Loquela cordis qualis illa? Omnibus propalam eſt, quòd ſiquidem homo loquatur verbis per os, quibus ſuos aperit conceptus & interiores affectus indicat: ſæpius tamen clariùs loquitur, illoſque meliùs per oculos manifeſtat: vnde dicis: intueri majus quid eſſe quàm loqui. Quãuis autem Dominus ipſa nocte Paſſionis ſuæ ore ſuo diuino locutus fuiſſet, & Diuo Petro plures propoſuiſſet rationes, nulla tamen illi fuit efficacior, quàm illa qua locutus eſt illi per oculos, quando commiſſo peccato illum intuitus eſt. *Reſpexit Dominus Petrum.* Loquela ſecurior qua cor per oculos loquitur, eſt illa lacrymarum: quando etenim illas oculis effundit, apertè propalat affectum, dolorem, & pœnam qua nimis affligitur.

II. Hiſtoria.

Extorris erat poëta quidam Roma, deſiderans autem vt vxor ſua apud Imperatorem veniam impetraret, hunc illi ordinem præſcripſit; vt coram illo conſiſtens, ne verbum quidem ore proferret, ſed lacrymis totum ageret negotium: & Rationem aſſignat quia ſæpe vim habent & põdus efficacius oculorum lacrymæ quàm quæcumque potes verba lingua formare.

*Interdum lacrymæ pondera vocis habent.*

*Loc. cit.* Hoc modo loquendi vſus eſt SS. ille Epiſcopus de quo paulo ante meminit D. Chryſoſtom. veniam ciuitati illi ſeditioſæ ab Imperatore poſtulaturus: & meritò quidem inquit Diuus Ambro. quia hæc cordis loquela eſt multo ſecurior. Illa quæ fit per os loquendo, crebrò decipit, & contingit vt id quod minus ſentimus, magis affirmémus verbiſque teſtemur: verumtamen quæ per oculos fit adeò certa eſt vt ea poſſit intelligi ſecuritate qua de oculis Saluatoris, quando Iudæi illos in morte Lazari lacrymis viderunt innatantes dixerunt etenim: *Ecce quomodo amabat eũ.*

III. Lacrymæ non fallunt.

*Lacrymæ tacitæ* (ſic credo D. Ambr.) *quodamodo preces ſunt: veniam non poſtulant, & merẽtur. Cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur, niſi quod vtiliores lacrymarum preces ſunt, quã ſermonũ: quia ſermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit.* Fatigabant vltra modum (parcite verbo) Iudæi Deum tanta oris loquela, quia quantò magis per illam ſuum illi ſeruiendi & honorandi teſtabantur deſiderium, tantò cor eorum longiùs ab hoc diſtabat: ita vt illis hoc Chriſtus in memoriam reuocauerit quod iam dudũ per Iſaiam prædixerat: *Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt à me.* (Iſai. 29.13. Matt. 15.8.) Optimè cecinit David: *Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei: cor autem eorum non erat rectũ cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamẽto eius.* (Pſ. 77.38.) Milleni, teſte prima veritate, ad Dominũ accurrebant mille verborum inſtructi lenocinijs, quibus feruentem in Dei famulatu animum teſtabantur, nihil agendo quod ipſi non eſſet oppoſitum, dicentes: *Domine Domine &c. diſcedite à me operarij iniquitatis quia non noui vos.* Exigua nimis eſt hæc locutio & ſuſpecta. Quocirca viri ſancti ſermone frequentius vtebantur lacrymarum.

IV. Lacrymis Iacob Deum euicit.

Sæpius meminimus illius luctæ Patriarchæ Iacob cum Angelo, id eſt, Verbo Dei vel vices eius repræſentante. Ita fortiter cum eo luctatus eſt Iacob, vt eum ſibi ſubiecerit. Quænam fuit illa lucta? aliàs expoſuimus ex doctrina SS. PP. quòd res illa brachiorum motibus non fieret, nec pedum conſtrictione, aut vi aliqua ſed oratione: hæc etenim brachia ſunt quibus electi Deum conantur ſibi ſubijcere: *Inualuit ad Angelum precibus & oratione.* (Oſe. 12.4.) Quæ verò in oratione verba protulit? quænam fuerunt illa verba ſic efficacia, quibus vicit inuincibilem? textum accuratè perlege, vix inuenies vel pauca ore ſuo dixiſſe verba: hoc tantum egit: fleuit & lacrymas fudit vberiores. Hæc fuit illius oratio principalis quã propheta Ozeas expoſuit: *Fleuit & rogauit eum.* q. d. rogauit & oratio quam protulit, ardentes fuere lacrymæ. Non tam verba fuerunt ore deprompta, quàm oculorum lacrymæ ex cordis intimo diſtillatæ. Hæ ſunt quæ coram Deo loquuntur efficaciùs, & quæ ſi fari fas eſt, vim illi inferunt maximam: *Inualuit ad Angelum.*

V. Duæ Chriſti propoſitiones cõciliantur.

Duas Chriſtus obiecit propoſitiones, quæ ſibi videntur aduerſariæ: prima eſt: nobis magno vigore viribuſque procedendum ſi cælum velimus obtinere, nec enim illud aſſequuntur niſi fortiores robuſtiores & Gigantei: *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* (Matt. 11. 12.) Secũda eſt. Quod vt cælum ingrediamur, oportere nos eſſe pueros. *Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* (Matt. 18.3.) Videntur, hæ, Domine mi, ſibi repugnare ſententiæ eximias à nobis vires expoſtulas, quibus vim ipſis cæli ianuis inferamus, & ais nobis agendum

ſicut

ſicut elnmbis pueris:quis hoc capit? Vtrūque ve-
rum aſſero. Giganteæ requiruntur vires, quibus
cælum obtineatis,& illas obtinebitis, ſi ad pueri-
lem reuerſi fueritis ſimplicitatem. Quibus ſibi
prævalet puer vt à Patre conſequatur quod ex-
optat? an gladijs,brachijs,lanceis,vtitur aut pedi-
bus? minimè gentium,ſed lacrymis; dum enim
quidquam requirit hoc illis poſtulat, & lacrymis
vim infert: nihil enim ſic pectus expugnat pa-
ternum quàm lacrymæ paſſionis,& quò ſeriùs a-
liquid petit,eò plorat vberiùs. Hæ ſunt quæ me-
liùs loquuntur, quàm quæcumque verba poſſent
exprimere. Hæ verè cordis aperiunt affectum
nec decipiunt. Hæ ſunt quas Deus exaudit, &
Pſ. 6. 9. (ne reprehendar)illum euincunt: *Exaudiuit vo-
cem fletus mei*:ſic audio teſtantem Dauid. An er-
go loquuntur lacrymæ? loquuntur, & ſunt hæ
voces longè tutiores.

☞ 76 Hanc orandi formulam expetijt Propheta
VI. Hieremias ab vrbe Hieruſalem quando cernens
Lacry- eam deſtructam à & Chaldæis euerſam ait illi,in
marum hoc eius conſiſtere remedium,ſi conuertatur ad
orationē Dominum & oculis eum alloquatur. *Deduc quaſi
requirit torrentem lacrymas per diem & noctem, ne des re-
Hiere- quiem tibi,neque taceat pupilla oculi tui.* Quis vi-
mias. dit vnquam pupillas oculi loquentes? bene cor
Thren. 2. loquitur per linguam, at multò meliùs per pu-
18. pillas oculorum,cuius verba veræ ſunt lacrymæ
& quæ non fallunt:imo propterea, (ſic ſæpius re-
latus D. Ambroſius)Apoſtol. Petrus ſuam cœpit
cum illis à caſu reſurrectionem,quatenus oſten-
deret quàm ſecurior earum ſit loquela quàm
verborum.

Multa Saluatori verba dederat etiam duplici
firmata iuramento:fuerunt autem hæc adeo fal-
ſa,vt quidquid promittens affirmauit, negando
& anathematizando negauerit. Idcirco ſuam
agnoſcens culpam & conuerſus ad Dominum
mutat idioma,& omiſſo oris idiomate, aliud aſ-
ſumit oculorum: *Fleuit amarè. Et ideo Beatus Pe-
D. Ambr. trus*(verba ſunt D. Ambroſij:) *iam non vtitur ſer-
Ser. 46. mone quo fefellerat,quo peccauerat,quo fidem ami-
ſit. ſerat* (defuerat fidelitati, quam promiſſis à ſe
VII. factis ſeruare tenebatur) *ne per id ei non creda-
D. Petrus tur ad confitendum,quo vſus fuerat ad negandum;
lacrymis ac per hoc maluit cauſam ſuam flere quàm dice-
loqueba- re:& quod voce negauerat, lacrymis confiteri.* O
tur. quam ſapienter loquereris ſi quando pedibus
proſtratus confeſſarij hoc quod dicis: tantiſque
promittis verbis,ipſum diceres, & vnica imo vel
media lacryma confirmares. O quantò conſul-
tiùs ageres, ſi verba linguæ præſcindens te
ipſum oculis lacrymans extenderes. Si verba eſ-
ſent pauciora, plures autem lacrymæ, plures
ſingultus,plura ſuſpiria. Multa ore proloque-
ris at oculis pauca:quocirca communiter falli-
mur:nec enim comples quod promiſiſti, nec a-
gis quod dixiſti,nec omittis quod te oſtenderas
abominari, nec conatus es quod addixeras te
facturum: etenim ſicut ſola lingua locutus es
ſoliſque verbis dixiſti, illis cor decepiſti, cuius
idioma ſecurum eſt quod fit per lacrymas, qua-
le fuit illud Dauidis, de quo ſuperiùs, & propo-
nebat dum diceret: *Auribus percipe lacrymas
meas*. Quid agis Propheta SS.? parum vt video
profeciſti in Philoſophia, iuxta cuius axiomata
quilibet ſenſus ſuū habet obiectū ſibi proprium,
nec vni dandū eſt quod alteri conuenit:nec enim
odor tangitur ſed olfit, nec olfit color ſed vi-
detur,nec ſapor videtur ſed guſtatur, lacrymæ
obiectum non ſunt auditus ſed viſus. Quomodo
igitur ais:Domine: *Auribus percipe lacrymas meas:* VIII.
iam noſti, inquit Caſſiodorus, Deo proprie hos Dauid la-
ſenſus oculorum & auditus minimè conueni- crymas
re,ſed illos ei metaphoricè attribuimus, vt in- ſuas petit&
dicemus quòd quæcumque agis intelligat, & audiri.
quæcumque illi vis dicere cum verbis oris, tum
oculorum lacrymis; q. d. attende Domine
ad id quod lacrymis oculorum meorum expo-
ſtulo tibique loquor quo ſermone nullus ſecu-
rior.

Illo loquitur Magdalena,quantas etenim fun-
dit lacrymas, tanta cor illius per oculorum pu-
pillas verba proloquitur. Non eſt in his ſuccin-
cta rationibus, ſed adeo profuſa vt ex illis tor-
rentem efficiat q. d. Domine mi, indignatum te
monſtras peccatoribus, qui accedunt te mille
verbis multiloqui ſola lingua formatis ijſque
fallacibus: noui ego idioma, quod tibi maxime
placet, eſſe cordis, quod ore fit lacrymarum a-
bundantia, in quibus nullus fictionem, ſicut in
lingua,ſuſpicatur. Cum illi acceſſit, teſtibus fide
dignis & ſufficientibus feruentis vtriuſque con-
tritionis,& triſtitiæ non vulgaris qua affligeba- IX.
tur. Eleganter deſcripſit nobis Salomon quoſ- Allego-
dam pœnitentes,quibus plenus eſt mundus, ac- ria.
cedentes mille verborum pollicitationibus &
linguæ gemitibus,ſed ne vel vna lacryma. No-
ſti,quærit,quale ſit meum de illis iudiciū? quæ-
dam ſunt nubes quæ linguæ videntur tonitru &
fulgure loquentes:etenim quaſi linguæ eſſent ad-
eo copioſam ſpondent pluuiam, vt rigare to-
tamque terram videantur cooperte, ſed nec
vnam demittunt guttulam: cum exurgens ven-
tus illas inſtar fumi diſſipet. Quando tales vide-
ris,illis diffide nec vllū ex eis ſperes emolumen-
tum:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prou.25.14. tum: *Nubes & ventus, & pluuia & non ſequentes, vir glorioſus & promiſſa non complens.* Quantus eſt illorum numerus: accedis ad confeſſarium, flectis coram crucifixo, mille profers argumenta & gemitus linguâ efformas, vt eximium aliquod quis poſſit ſperare beneficium: porro ſi pluuia non ſubſequatur lacrymarum, omnia ad primum venti turbinem euaneſcunt. Quàm cito eorum omnium quæ Deo ſpopondiſti memoriam abijcis? de quantis dici poteſt illud quod Dominus Moyſi de populo ſuo peruicaci: *Receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis:* quod commodum adfert & horrea replet, nubes dixeris eſſe tacitas, quæ nullo præmiſſo tonitru aut fulgure aquas depluunt temperatas, plura habent opera quàm verba, plura facta quam ſtrepitus, illas bene dixeris aquas optimas & ſaluberrimas: ita hæ ſunt quæ maximi referunt. Ecce mulier hæc quæ nullo tonitru, commotione, ſtrepituque verborum tantam effundit pluuiam, vt *Lacrymis cœperit rigare pedes eius.*

§.28. Lacrymis. *Lacrymis cuncta confringit Draconis capita, quarum virtus efficacior eſt quam aquarum maris rubri.*

☞ 77 QVam propoſiti tenax ouis hæc Chriſtum ſequitur Paſtorem? nouerat etenim quod illius ſequendo vexillum illam diabolus pone eſſet perſecuturus: quod remedium vires illi confringendi & impetus retundendi? Lacrymæ: nihil ſic dæmonis elidit vires, nihil poteſt peccator illi ſic opponere, ac cordis lacrymas. Quàm primùm pertinax ille Pharao vidit Dei populum, quem tanto tempore ſibi ſubditum habuerat, & operibus luti ac laterum oppreſſerat durioribus, nec nõ millenis alijs examinaſſet aduerſitatibus; jam eo tenderet vbi Deo ſacrificaret eiuſque ſe famulatui conſecraret, tanta ferox rabie incanduit; vt animo prorſus commoto eum ſequi decreuerit, quò reducẽ priori ſubijceret premeretque ſeruitute: ſuperbus incedebat & iratus nimis millenos ſecum ducens nobiles, ſpirans minarum & cædis: *Dixit inimicus: perſequar & comprehendam: diuidam ſpolia, implebitur anima mea, interficiet eos manus mea.* Quid conſilij capiet Dei populus? Domine, ſic orat Moyſes, quis nos ab hoſte tuebitur? aquæ, reſpondet Dominus, hoc tu pelagus ingredere. Ingrediuntur & à tergo illos Pharao copijs ſuis inſtructus inſequitur. Quando iam vlterius erat progreſſus, cõglomorantur aquæ cunctoſque medijs inuoluunt fluctibus, ſic vt illis nec conſilium, nec robur ſupereſſet, omnes anxij, omnes miſeri omneſque ſubmerſi. Hoc verſu ſuo celebrauit pſalmographus: *Contribulaſti capita draconis in aquis.* Pſ.73.13.

I. Lacrymæ diabolo caput cõfringunt.

Exo.15.9.

Quamprimùm peccator diuino fultus ſubſidio tyrannicam diaboli cogitat excutere ſeruitutem, & abire vt ſeriò cogitet diuinoque ſe mancipet obſequio, ac de ſeipſo ſacrificium offerat: nouis accenditur furijs in eum diabolus & maiori fertur in eum violentia, copijs & exercitibus, vt ipſe Chriſtus ait, alios ſibi conquirens diabolos potentia non inferiori validos. Ne vobis, filij mei (ſic ſuos hortabatur monachos Diu. Antonius) hoc perſuadeatis quod ſi Dæmonem repudiare ſtatuitis & ad Deum confugere, vos diabolus quietos pacatoſque eſſe patietur: rabie tibi bellum indicet multo ſæuiori, teque ſibi ſtudebit denuo ſubijcere. Quid conſilij? ingredere, ex conſilio D. Bernar. pœnitentiæ pelagus, illam aſſume animo conſtanti & imperterrito, conuoluantur aquæ idest ex ambobus oculis lacrymæ, fiantque fontes: ſunt etenim illæ quæ Satanam medijs demergunt fluctibus, caput eius contribulant, vires eneruant, conſilium eludunt & ſapientiam: *Contribulaſti capita draconum in aquis.* Opinatur D. Bernard. quam primùm aquas cernit lacrymarum Lucifer, ita cum tartareis ſuis legionibus perturbatur, ſicut Pharao, eiuſque exercitus, quando maris ſuper ſe fluctus vndaſque vidit irruentes: *Illi in fluctibus, iſti in fletibus marinis illi amari iſti puto & nunc clamitare dæmonia: fugiamus Iſraelem quia Deus pugnat pro eo.* Quãdo te conſpicit diabolus plorantem, quando feruentes ex corde contrito profundis lacrymas, iam illi vires languent, poteſtas infirmatur, fugamque meditatur. Hæc ex Dauide diſcimus: *Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo: ſicut & in promiſſione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorſum.* Dñe Deus peccata mea confeſſus ſum, & coram te vitæ meæ delicta propoſui flens largiter fundenſque lacrymas: has Domine mi tibi noui eſſe acceptas, vidique quod mihi promiſeras, ſc. inimicos meos terga vertere, nec vlterius poſſe progredi. O quale robur lacrymarum, quibus placatur Deus, confunduntur inimici, & eorum ſuperbia humiliatur. Nefas eſt D. Laurentij Iuſtiniani ſubticere ſententiam: *O lacryma humilis tua eſt potentia, tuũ regnum, tu tribunal iudicis non vereris, inimicorum tuorum accuſationibus ſilentiũ imponis. Non eſt qui ad Deum te accedere vetet. Si ſola intras vacua non redibis: quid plura? nimis inuincibilem ligas omnipotentem,*

II. Ex dæmone demergunt.

D. Bern. Ser.39. in Cant.

Pſ.55.9.

III. Lacrymarum quanta ſit potentia.

D. Laur. Iuſtin. lib. de ligno vitæ c.9.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*potentem, inclinas filium virginis, aperis cælum, fugas diabolum.* Quis mihi tempus dederit & occaſionem, vt his epithetis immoremur explicãdis: Primum tantum & ſecundum expendamus. In primo dicitur: *Tua eſt potentia.* O quam ineffabilis

*Hom. 5. de pœnit.* potentia lacrymarum? Expendit D. Chryſoſt. potentiam ignis peccati & flammarum inferni: tãta eſt ignis peccati potentia tanta vis, vt dum cõprehendit & ſerio ſe paſcit in anima, illum Angeli nequeant extinguere, ſed Dei requiratur omnipotentia. Magna profectò videtur ignis potentia, quem dicunt D. Antonij, qui ſi quempiam apprehenderit licet in extremo tantum digiti vel manus, nullum è medicinis creatis accipit remedium: nec frigidæ ſufficiunt aquæ, nec recentia vnguenta, nec herbarum vigor Indiarum. Eadem imo maior inuenitur differentia quo ad potentiam inter ignem hunc & alterum, quam inter animam & corpus: & ille quem hic habemus ſi comparemus alteri, pictus videtur, calor hic collatus cum altero, frigus eſſe cẽſebitur: nec vlla poteſt ſufficiens afferri comparatio, cum eius actiuitas ad ipſos ſpiritus extendatur. Vnde dum ignis peccati ſuccenditur in anima, ſola po-

*Pſ. 67. 27.* teſt illum extinguere Dei omnipotentia: *Deus noſter Deus ſaluos faciendi & Domini Domini exitus mortis:* ita pſallit Dauid. Nos ab igne ſaluare peccati ſoli diuinæ ſeruatur omnipotentiæ, & à morte ad vitam ſuſcitare, ita illi proprium eſt, vt neceſſe ſit idem bis repetere: *Domini, Domini.* Ignem igitur ſtatue tibi non vnius nec duorum, ſed criminum innumerabilium, flammam excitabunt illa vehementiorem quam fornax egiſſet Babylonica: noueris autem vel vnam lacrymulã (ex mente D. Chryſoſto.) ſufficere vt omnes eorum flammas extinguat, ſi de corde verè contrito proſiliat: *Multus peccati ignis & modica lacryma illum extinguet.*

☞ 73 Ad cælum vſque aſcendebant flammæ pecca-

*Iona 1. 2.* torum Niniue: *Aſcendit malitia eorum coram me,*

IV. conqueritur Dominus Prophetæ Ionæ, & quàm

Lacrymæ peccata omnia demergunt. primùm ex corde fleuerunt omnem hanc extemplò flammam extinxerunt. Expende quod prius diximus de præclaro illo omnipotentiæ Dei facinore, quo maris fluctibus Pharaonem eiuſque populum abſorbuit de quo ſic ſermo di-

*Exo. 14. 6.* uinus: *Iunxit currum & omnem populum ſuum aſ-*

*Lib. 2. Antiqui. ad finem.* *ſumpſit ſecum, tulitq́; ſexcentos currus electos & quidquid in Ægypto curruum fuit & duces totius exercitus.* Multa videtur dixiſſe Ioſephus exercitum hunc roburq́; deſcribens, aiens multos fuiſſe currus falcatos, ſeptem millia equitum, & duodecim millia peditum: ceterum plura dicit Spiritus S. in præfatis verbis, cum dicat quòd in Ægypto non reliquerit aut hominem aut currum aut quid aliud quod ſecũ trahere potuiſſet quod non attraxerit. Suam Deus in hoc eximiam prodidit potentiam: quandoquidem reducens ſuper eos aquas maris, omnes præfocarit in aquis, vt nec vnus ſupereſſet de tanta clade nuntius. Et quomodo? *Inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus &c nec vnus quidem ſuperfuit.* Opus certè diuinum & Dei dignum omnipotentiâ, quod vt tale decantauit ſolemniter Moyſes eiuſque ſoror Maria, omneſque ceteri: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus &c.* Excellens vere opus, quod tamen excellentius viſum fuiſſet, ſi factum fuiſſet in Iordanis flumine: quia in mari copioſæ sũt aquæ quibus ſexcenti inuoluantur exercitus ſicut hic, ſi tot fuiſſent. Verum in Iordane tantò ſunt pauciores, quibus hoſtes implicentur quantò minor eſt ipſo mari fluuius. Quod ſi Deus opus illud vnica aquæ gutta perficeret, quæ cum ſit tam exigua vt caput vnius aciculæ, tantumque illi robur & virtutem tribueret, vt omnes quotquot eſſent inuolueret, & merſos abſorberet, licet multo plures forent, vt nec Rex, nec nobilis, nec equus, nec currus, nec miles ſupereſſet, quale foret illud tam eximium diuinæ facinus omnipotentiæ? Hoc opus eſt, ita hoc opus eſt quod vnica poteſt efficere lacrymula: *O lacryma humilis tua eſt potentia.*

Quàm numeroſum Pharao Tartareus conflauit exercitum dæmonum & peccatorum? Iam Dominica tertia diximus peccatum eſſe Dæmonis equum cui inſidet & cum quo ingreditur. Quàm immenſum iunxerat exercitum contra peccatricem hanc, quam indicat Euangel. dicendo quod à ſeptem eſſet obſeſſa dæmonibus? Quot equos, quot produxit in campum milites peccatorum? Potentiſſimus eſt hic Rex Pharao de quo — V. Vna lacryma omnia delet peccata.

legitur: *Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei.* Potentes ſunt equi, & robuſti milites tantorum criminum mortalium, adeoq́ue fortes vt ad euertendam potentiam vel minimi eorum tota creata natura minimè ſufficiat, ſed nec illa quam Deus creare poteſt, accedat tota licet Angelica. Viden' tantum exercitum? Vna lacryma de corde contrito ſcaturiens ſatis eſt, vt omnes demergat, omnes abſumat, vt nec vnus de tot militibus euadat incolumis. O quæ poteſt huic potentia comparari? an ſimilem in Dei creaturis vel vidiſti vel audiſti. *Iob 41. 24*

Ex præfatis ænigma declaratur à Salomone 79 ☜

propoſitum: *Eſt qui redimat multa modico pretio* *Eccli. 20. 12.*

*& reſtituens ea in ſeptuplum.* Debet plus quàm



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

centum milliones, & illas in ſeptuplum ſoluit re minima quam ventus in aëra ſpargit. Quod eſt hoc minimum tantæ virtutis tantæque potentiæ? Ego conijciam (inquit D. Petr. Raban. quem ſequitur doctiſſimus Nicolaus:) peccati debito quale comparandum? Vnicum mortale tantum inducit vt illius reus debitorem ſe ſtatuat pretij adeo exceſſiui, vt quodlibet aurum, argentũ, gemmæ, creaturæ, licet Angelos adiunxeris non ſint æquale pretium. Si tale ſit vnius tantummodo peccati debitum, quantum augebitur, dum tanta multiplicantur, vt videantur infinita? Hoc tibi ſit compertum, quòd re modica & viliſſima ſoluatur in ſeptuplum. Quænam hæc? vnica cordis contriti lacryma, cuius eſt tanta potentia, vt licet peccata debitaque fuiſſent ſepties multiplicata, illa ſola & vnica ſoluerentur: cum ipſa ſola ſufficeret vt ex integro perfectèque remitterentur. An dari poteſt præclarior maiorque potentia?

VI. Vna lacryma gehennæ delere poteſt incendium. D. AVGVS. *In pſ. 94. Tom. 8.*

Euge age chariſſime: ſic te monet Auguſtin.) an ignis accenſus eſt in anima tua ex peccato vehementior? plora: an anima tua libidinoſa luxuriarum ardet incendio? tua quoque fœnerator ardore diuitiarum? & tua ſimiliter vanis deſiderijs honorum ardelio? Funde lacrymas: *Ardes fortaſſe concupiſcentiâ delicti? lacrymis extingue flammam peccati.* An non efficax eſt aquarũ potentia, quarum vel vnica gutta totum hoc incendium poteſt extinguere? vis igitur ignis inferni, vt ſatis notum eſt ex eo quod intelligimus, ſola ſufficit vt ipſos omneſque dæmones vltra modum excruciet, quorum tanta eſt vis & efficacia, vt omnis totius mundi ignis in vnũ congeſtus ex natura ſua nec minimum eorum tenere poſſet & adurere. Omnes aquæ creatæ à Deo & creari poſſibiles vnã nequeũt ſcintillam ignis illius extinguere; imo talis eſt vt ex ipſis aquis ardor accreſceret, ſicut ignis ille qui cecidit ſuper Ægyptios, de quo teſtatur Salomon, eum ipſis aquis acrius animari: ignis hic eſt, quem, interprete D. Hieronymo, deſcripſit vates Iſaias in figura illius qui ſuccenſus eſt in valle Tophet ad immolandum ſacrificium omnium ſupremum filiorum quos parentes vnicè diligebant Idolo Moloch qui interiori æreæ illius ſtatuæ parte vacua, concludebantur igneque conſumebantur: imo multò futurus eſt efficacior. Etenim hic ab hominibus incendebatur, quibus vires ſunt infirmæ, ſuiſque eum flatibus excitabant qui paulatim deficiebant, & lignis alebatur quæ conſumebantur: hunc verò Deus potentia ſuccendit infinita, ſuo excitat flatu qui numquam fatigatur, & ſulphure picèque perpetua fouebitur, quæ finem numquam ſunt acceptura: *Præparata eſt ab heri Tophet à Rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa. Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.* Expendamus loquendi modum: ſumitur enim Metaphora à fabro qui ſufflaret fornacem talibus quidem follibus, vt pariter ventos excitarent vehementes, ac picem & ſulphur ſubminiſtrarent ardētiſſimum. Idcirco non ſemel vocat D. Ioan. infernũ: *Stagnum ignis & ſulphuris.* Ignis talis eſt vt omnium ignium picis ardor, frigus coram eo eſſe ſentiatur: proh qualis hic ignis! Nihilominus vires obſtupeſce lacrymarum, quarum vel vna totum hunc extingueret, ſi ſuper illum vt decet, incideret: Ita vt ſi ex omnibus oculis omnium damnatorum non niſi vna profueret de corde verè contrito, æternum illum ignem eſſet extinctura, *Ipſum Gehennæ incendium* (ſic opinor cum D. Chryſoſt.) *extinguere norunt lacrymæ.* O potentiam Angelica ſuperiorem.

*In c. 30. Iſai. ad finem.* — VII. Allegoria de Tophet. — *Iſai. 30. 33.* — *Apoc. 19. 20. & 20. 1.*

## §. 29. Lacrymis. *Efficaces ſint lacrymæ, quibus anima fiat Dei thronus & emundetur efficaciùs quam aquis torrentis* Cilon.

NEmo non miratur argumentum D. Hieronymi agentis de Baptiſmo, vbi virtutem aquarũ explicat. Omnibus obuium eſt, inquit, Primum omnium à Deo in hoc mundo viſibili, velut fundamentum eorum quæ producenda erant, fuiſſe aquas: quamuis enim in principio creauerit cælum & terram: terra tamen aquis erat inundata & *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* alia lectione ſcribitur: *Incubabat ſuper aquas:* deducta metaphora, ab aue, quæ ouis incubat, illa ſui pectoris calore fouens quo tandem pullos excludit. Fuerunt aquæ velut oua quibus ſpiritus Domini incubabat: qui eſt amor diuinus quaſi excludens ijſque virtutem tribuens & eas diſponens, vt illis omnis creatura produceretur, ſic Diuus Hieronymus: quia ex illis ortus videtur mundus, imo ipſum cælum & potiſſimum cryſtallinum, quod ſuper cælos planetarum eſt & ſuper illud eſt Empireum quod eſt Dei ſedes & thronus.

80 — *Ep. 83. ad Ocean.* — *Gen. 1. 2.* — I. Ex aquis creatus eſt mundus.

Hoc declarat Diu. Hieronymus, quia cælum hebraice dicitur: *Samaim*; nomen ſumptum ab aquis quæ hebraice dicuntur *Maim*, & idem eſt *Samaim* quod *Ibi aqua*, & hoc verificatur per cælum cryſtallinum, quod Deus ex aquis produxit; & qui cæteris ſupereminent qui ſunt planetarum

Pſ.148. 3.

tarum & ſtellarum, ait David: *Aqua omnes quæ ſuper cælos ſunt.* Hoc cælum opinatur D. Hieronym. SS. litteris vocari firmamentum: etenim ipſum eſt ex cuius motu pendet motus ceterorum cælorum, elementorum, viuentium, & totius mundi gubernationis. Quis aquarum explicet potentiam: ſunt etenim illæ, quæ virtute diuina omne bonum producunt vniuerſi, & ipſos cælos: quatenus intelligamus vires lacrymarum, quæ de vera profluunt contritione: nam ſuper illas & in illis fertur ſpiritus Domini: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*: & quaſi illis incubãs vim eis tribuit ſtellas producendi virtutum, cælos chariſmatum diuinorum, vitamque gratiæ in anima. Ex hoc inquit exponere licet viſionem illam a Deo difficilem Ezechielis de animalibus illis non minùs prodigioſis quam fortibus, ac admirandis quæ Cherubin inſcribuntur. Super quorum capitibus ſtatutum erat firmamentum:

Ezec. 1. 22.

*Similitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis & extenti ſuper capita eorum deſuper.*

II. Locus Ezechielis difficilis explicatur Allegoricè.

Quinimo ſi progrediaris vlteriùs inuenies, ſuper illud cælum cryſtallinum ſuum Deo thronum conſtitui: *Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi ſimilitudo throni &c.* Quis virtutem aquarum exprimat elegantiùs? Primò hoc cælum aquarum ſub ſe habet capita Cherubinorum, & in eo innititur thronus Dei ſedeſque ei præparatur: & nihilominus horribile erat & pauendum nimis: vt oſtendatur talem eſſe virtutem lacrymarum, quæ nedum excedat Cherubinorum potentiam ſed eorum etiam capita & intellectus: non enim ſufficiunt vires eius comprehendere, quo vſque ſcilicet perueniat: tum animam efficere cælum queat, eſſe illi tradere gratiæ diuinum ſuper omnes cælos, quo præparetur vt in ea Deus erigat ſibi thronum velut in cælo mundiſſimo & clariſſimo.

III. Regnum Salomonis ortum apud aquas.

An hoc te fugit, inquit præfatus doctor, regnum Salomonis originem nomenque ab aquis ſuſcepiſſe? *Regnum Salomonis nomen ſumit à fontibus.* Adonias regnum ambierat faſtuque tumidus dixerat: *Ego regnabo.* Præcepit David hoc impediri & Salomonem coronari: vt autem det illius regno principium, mandat Salomonem duci ad aquas fontemque Gihon & ibidem in regem coronatum exaltari: regnumque inchoari: in cuius rei ſignum, ad aquas illas vox

3. Reg. 1. 39.

illa omnium audiatur: *Viuat Rex Salomon*: An ergo cogitas facinus hoc à Dauide præſcriptum myſterio carere ſingulari? Nequaquam: etenim in filio ſuo Salomone Chriſtum præuidit, cuius regnum ſunt animæ in quibus regnat; Adonias id eſt Diabolus illas ſibi ſubingauerat & in eis regnare ambiebat. Quid acturus vt illum expellas, & Chriſtus vt Rex & Dominus introducatur? Quis huic portas aperiet viamque ſternet? Fons lacrymarum: quando iam anima ſua incipit deflere peccata, colligere certò potes quod Salomon huius regni poſſeſſionem acceperit illique acclamare: *Viuat Rex.* Huius rei ratio feſtinè cognoſcitur: quia lacrymæ de corde contrito effuſæ, virtute diuina conuertunt animam in cælum, & de abyſſo nequitiarum, & cloaca ſordium eam reddunt inſtar cryſtalli limpidiſſimam, in qua ſedem ſuam diuina poteſt erigere puritas & munditia collocare,

IV. Regnum Chriſti ab aquis incipit, in anima.

Iſraelitæ demerſo Pharaone aſcenderunt per deſertum Sur vbi ex mente Diui Hieronymi occurrit Angelus Agar à Domina ſua Sara fugienti; Hic aquas offenderunt amaras: Vnde loco congruum nomen impoſitum Mara. Inde tranſgrediuntur & venerunt: *In Elim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarum & ſeptuaginta palmæ, & caſtra metati ſunt iuxta aquas.* Certum erat quod tranſeuntes aquas amaras, palmis occurrerent victoriæ Symbolis; tunc etenim, vt Diu. Hieronym. Crede quod ſecuram obtinebis de hoſte victoriam, quando verè aquas tranſieris amaras, veræ dico pœnitentiæ lacrymas, quæ in Sacra pagina dicuntur: *Amaritudines* aquæ amariſſimæ, & quàm primùm illas tranſieris fontibus occurres conſolationis, non vni quidem ſed duodecim: *Duodecim fontes*, vbi gaudio totus delibutus, quia iam amicum Dei te cernis, bibere poteris aquam diuinorum illius donorum & ſummo requiſcere refrigerio, quo lætaberis, eo quòd te videas in ſtatu longè feliciſſimo.

*De locis Hebraicis.*

*Exod.* 15. 27.

V. Poſt aquas amaras pœnitentiæ ſequũtur fontes refrigerij.

*Epiſt. ad ſabiel.*

Vt mirabilem lego virtutem torrentis illius Ciſon, de quo meminit ſermo diuinus in libris Iudicum, & David in ſuo pſalterio. Erat terra illa promiſſionis quæ dicebatur terra ſancta & terra Dei, repleta cadaueribus viliſſimæ illius Gentis Chananæorum, qui contra Dei populum arma ſumpſerant offenſiua, & morte perierant infortunata. Cum autem tanta vbique ſparſa iacerent cadauera, timendum erat ne ex corruptione lues oriretur contagioſa: huic occurrit malos Deus, & tantum cælitus dimittit aquarum imbrem, quibus adeo intumuerunt torrentes Ciſon aquæ, vt omnia ſuſtulerint cadauera & terram emundarint, abluerint, nitidamque reliquerint, idcirco namque ad tantæ

Pſ. 81.

VI. Torrentis Ciſon myſteria declarantur.

rei memoriam carmen hoc cecinit Debbora Prophetiſſa: *Torrens Ciſon traxit cadauera eorum.* O anima terra Dei, heu quot in illis tuis campis iacent proſtrata cadauera? Quot ſcelera? quot iniquitates? intellectus turget traditionibus doliſque contra Deum & proximum: voluntas affectu repletur terreno: iraſcibilis potentia conſpirationibus: concupiſcibilis turpitudinibus, oculi deſiderijs, lingua detractionibus, manus peruerſis negotijs, pedes inordinatis paſſibus incompoſiti? O anima quàm plena cadaueribus, verendum ne peſtis mortiſque æternæ diſcrimen incurras, ad quod confugies ægra remedium? Prouideat Deus per miſericordiam ſuam de cælo pluuias, effuſas intelligo veraſque lacrymas. Pluuiæ ex eo procedunt, quòd ſol terram ſua luce penetret & vapores attollat in altum, qui in nubes condenſati aquam demittunt in terram. Veræ ſunt illæ lacrymæ, quæ procedunt ex eo quòd ſol iuſtitiæ animam illuminet, peruerſum illi ſuum patefaciens ſtatum: hinc huius virtute ſolis attolluntur triſtitiæ vapores & dolores in caput vbi in cerebro condenſantur & per oculos effluunt exteriùs. Quando illæ pleno decurrunt gurgite omnia proſternunt cadauera, omnia abripiunt peccata, vt nec vnum omittant manetque terra limpida, nitida & pura vt cryſtallum eam eſſe dixeris.

Iud. 5. 21.

VII. Magdalenæ lacrymis appropriantur.

Exemplo tibi ſit Magdalena. O quantis hæc terra polluta cadaueribus: *Erat peccatrix in ciuitate:* omnia vitia in illam irruerant. Iudicauit indecens Phariſæus, vt Chriſti pedes attingeret, & adhuc indecentiùs, quòd Chriſtus conſentiret quod tale os taleſque manus illius pedibus infigerentur. O Simon (ait Saluator noſter) quam multa ignoras. Iam etenim nullum hic cadauer nec paruum nec magnum: quare? *Remittuntur ei peccata multa.* Quis hoc egit? Quis hoc ageret (quærit D. Petrus Chryſologus:) niſi torrens ille lacrymarum? *A maximis peccatorum ſordibus largiſſimo lacrymarum fonte purgata eſt* & hoc ipſe Dominus ait: *Vides hanc mulierem?* Vides illas lacrymas? ſunt illæ torrens Ciſon: etenim omnia traxerunt cadauera peccatorum; ipſa verò effecta eſt Seraphin amore flagrantiſſima: *Dilexit multum*: facta eſt cælum; in quo poſſum quieſcere multò iucundiùs, quàm in domo tua, atque in ea inuenio quod me delectat, magis, quàm in tua, illaque plura mihi quam tu, præſtitit obſequia. Quid illam cælum reddidit cryſtallinum, vbi ſuum Deus thronum ſedemque collocaret? aquæ lacrymarum. Lacrymarum obſtupeſco potentiam. Porro ex altera parte ait propheta quod ſint: *Aſpectu cryſtalli horribilis*: nihil etenim ita Satanas exhorreſcit nihil magis reformidat, nihil ita vires eneruat quàm lacrymæ: ſolo earum aſpectu fugatur, eiuſque in eis capita demerguntur, ſic pſallente Dauid. Quocirca Magdalena præſcia futuræ perſecutionis diabolicæ, ſi Chriſtum ſequeretur ad lacrymarum confugit mœſta potentiam.

D. Petr. Chrys. Serm. 92.

## §. 30. Lacrymis. *Bonæ ſunt illæ lacrymæ pro peccatis effuſæ, illaſq; te docebunt effundere Agricolæ, de quibus Amos Propheta.*

EX præfata doctrina infert Diu. Cyprianus conclusionem aliquam, quam SS. Patres vt primum ſtatuunt principium & declarat Diuus Auguſtinus præclaris argumentis & comparationibus: nam propriè ſuper peccata ex ratione peccatorum effundi debent lacrymæ. Ratio prima producitur à priori vt dicunt Logici ſumpta ex earum cauſa: nam vt diximus ex corde procedunt oppreſſo pœna, dolore, & triſtitia concepta ex alicuius boni naufragio, vel mali alicuius incurſu, & norunt omnes nihil nobis grauius inferre poſſe detrimentum, nec bono priuare meliori, quam vnum peccatum mortiferum: etenim per illud gemma perditur pretioſa gratiæ, quæ titulus quidam eſt ſecurus & irrefragabilis ad æternæ vitæ conſecutionem. Cõſidera quàm grauiter doleret ille, qui litteras amiſiſſet autenticas, quibus ius haberet ad immenſas facultates, quibus nemo contradicat. Quod ſi titulus eſſet ad dignitatem quandam primariam? quod ſi ad regnum? quod ſi ad mundi dominium? quid ergo erit eius amittere ad omnia regna, Deique facultates? Perduntur Spiritus S. Chariſmata, quorum vel minimum pluris valet, quàm quidquid dare poſſunt monarchæ potentiſſimi. Iacturam incurrunt virtutes infuſæ (& duæ quæ poſſunt manere, fides ſcilicet & ſpes mortuæ ſunt) quarum minima omnibus præponderat gemmis & monilibus quæ tota poteſt natura conflare: perit animæ vita tantò pretioſior vitâ corporis, quanto præualet adamas pretioſiſſimus ſordido luto, & ſydera ſterquilinio.

81 Li. de lapſis. Serm. 151. de tem.

I. Lacrymæ propriè pro peccatis effundũtur. Ratio 1.

*Te ipſum miſerè perdidiſti,* inquit Diu. Cyprianus: etenim cum hac iactura lucra omnia nullius ſũt æſtimationis: *Quid enim prodeſt homini ſi mũdum* Matt. 16. 26.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Matt. 16. *dum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimen-*
26. *tum patiatur:* Quid vltra? Deus amittitur. Quod
II. ſi noueris quid Deus ſit, quanta ſit hæc iactura
Animæ facilè cognoſces: de quo latè ſupra meminimus.
detrimē- Eo ipſo damnum incurritur maximum, & ma-
tum ma- lum quo dari non poteſt horribilius: etenim
xime de- per illud quis incurrit mortem æternam corpo-
flendum, ris & animæ flammas ſempiternas, grauiſſimos
Ho. 13. §. eoſque tales cruciatus, qualis nec oculis vidit,
2. & ſeqq. nec auris audiuit, nec potuit capere creatus in-
tellectus: & ſicut aliàs diximus, non poteſt tota
Ho. cit. §. ſua Deus omnipotentia tantum inferre damnum
5. & 12. tantoque malo animam affligere, quanto vnum
mortale peccatum. Si cauſa legitima & adæ-
quata, quam dicunt Dialectici lacrymarum ſit
iactura bonorum & triſtis malorum euentus, &
certum ſit, quòd quæcumque bona creata perdi
poſſunt in natura & quæcumque mala in illa to-
lerari, minus ſunt quam vmbra vanuſque ſomnus
reſpectu boni illius, cuius ſit iactura & mali,
quod per vnum mortale peccatum acquiritur:
picta & quaſi ſomniata eſſe deberet illa triſtitia
qua lugemus illa, reſpectu illius qua hæc lugere
deberemus.

Imo hinc patet peruerſum noſtrum iudicium,
& quam verè dixerit David, quòd omnia ſtateris
appendamus mendacibus nos ipſos vane deludē-
Pſ. 61. 10. tes: *Mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiant
ipſi de vanitate in idipſum.* Quodque pueris aſſi-
mulemur, & tales eſſe deſideremus, quibus bene
Prou. 1. Spiritus S. exprobrat: *Vſquequo paruuli diligitis in-*
22. *fantiam?* etenim vt tales nec magni facimus, nec
nos lætificat ius & titulus ad æterna regna, & 
dona abſcondita ſed pomum vincum, campanu-
la, fiſtula, veſtis ornatior, conditurǽ & ſimilia,
quorum iacturam gemitibus lugemus & lacry-
mis irremediabilibus.

Ratio. 2. Secunda ratio eſt à poſteriori ſeu ab effectu,
vt loquuntur Logici: quia lacrymæ ob tempora-
lium iacturam triſteſque damni ſucceſſus, vtiles
non ſunt, nec deperdita reſtituunt bona, nec ma-
la dimouent acquiſita; plora, ingemiſce, & mare
fias lacrymarum, quia tibi morte ſublatus eſt ma-
ritus, vel filius, non idcirco illum recuperabis,
aut ad vitam denuo reuertetur. Fiant oculi tui
III. fontes, quia domus tibi corruit, perijt nauis, cau-
[illegible]ry- ſa cecidiſti, vel te preſſit dolendum nimis infor-
[illegible] pro tunium: nihil horum ipſis lacrymis reparabitur,
[illegible]ra- porro plora & effunde, non dico fontes, ſed vel
[illegible]nis vnicam cordis verè contriti lacrymam, & hæc
nullum tibi vnica, perdita bona reſtituet, & ab omnibus
adferunt malis quibus affligebaris, eripiet. Hæc eſt illa
fructum. ratio quam David moriente filio protulit: dum
enim adhuc decumberet infirmus, fleuit & pro
vita illius apud Deum interceſſit: oculos autem
abſterſit & faciem exhibuit hilariorem: vt vidit
eum iam obijſſe; cuius facti hanc dedit rationem
quòd lacrymæ tales forent inefficaces; quando-
quidem per illas, etiamſi mare conflaſſent, illum
non poterat reuocare: *Propter infantem dum ad-* 2. Reg. 12.
*huc viueret, ieiunaui & fleui &c. nunc autem quia* 21.
*mortuus eſt quare ieiunem? nunquid potero reuocare
eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero nō
reuertetur ad me.* Quod inde mihi commodum,
licet cordis per oculos intima diſtillentur? Quid
inde lucri ex tanto luctu ob mortem filij chariſ-
ſimi? Quid ille ploratus adferet ſolatij ob alte-
rius in te ingratitudinem? omnes hæ lacrymæ
vanæ ſunt, & inutiles, nullius commodi, & nul-
lius effectus: illis peccata tua defle: nam tantum
tibi commodum adferent vt cuncta deleant &
abluant; tibique bona valoris acquirant infiniti,
quæ perdidiſti, imo & ipſum Deum.

Cenſet D. Hier. in ſenſu Allegorico verba poſ- 83
ſe intelligi vatis Amos, quibus loquitur & expo- IV.
nit officium prædicatorum, cui ſit illis anniten- Agrico-
dum, nimirum vt moueant ad fletus & lacrymas læ nos
peccatores: vt autem doceat illos qualiter de- docent
beant eas effundere inquit: *Et vocabunt agricolam* modum
*ad luctum & ad planctum eos, qui ſciunt plangere:* lacry-
Ignoſcat mihi Deus, quid agricolæ cum lacry- mandi.
mis. O quis audiuit vnquam quòd illi docere Amos 5.
poſſent flendi methodum? non extra rem hoc 16.
eſt: cum iam David dixerit Dei ſeruis quòd la-
crymas ea profunderent abundantia qua ſpargit
agricola ſemina: quantò namque ſementis cum
luctu ſpargitur amariori, tātò meſſis gaudio col-
ligetur vberiori: *Euntes ibant & flebant mittentes* Pſ. 125. 6.
*ſemina ſua: venientes autem venient: cum exulta-
tione portantes manipulos ſuos.* Verba hæc propo-
ſito congrua notanter expendit D. Auguſtin. ve- Ser. 145.
rumtamen maximè proprium eſt quod ait Pro- de S S. In
pheta, propter duo quæ cōſideramus in Agricola. feſto plu-
Primum notat Richard. de S. Victore, quòd num- rim. Mar-
quam aquas habeat ſufficientes, & quantumlibet tyr.
multæ depluant, ſemper plures deſiderat, & illas Ratio 1.
diſtribuit per Canales & aquæ ductus, per quos Apud Bo-
illas ad hanc & illam dirigit areolam, ad hunc rin.
& illum campum, ad hanc & illam arborem, & in pſ. 118.
quæ procerior eſt ſuaſque latiùs extendit radices v. 136.
aqua perfunditur copioſiori. Talis oportet vt ſit V.
verus pœnitens. Nunquam à ploratu ſatietur, Semper
ſemper lacrymis madentes circumferat oculos: flendum
vt ante diximus de D. Pet. hoc David expoſuit pro pec-
dum ait: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac* catis.
*nocte,* An non aptiùs diceres: fuerunt mihi po- Pſ. 41. 6.

tus? nequaquam reſpondet D. Augu. etenim profundum hic latet arcanum. Potus ſedat ſitim, quam cibus prouocat, & quantò quis amplius comedit, tantò ſiti exardeſcit acriori; panis ſicci comede fruſtum, quantum tibi ſitim excitabit? ait Dauid quòd noctedieque ſemper ploraret; verùm has lacrymas nedum illi ſitim harum aquarum extinxiſſe, imo acriùs incendiſſe: quia verus pœnitens lacrymis numquam exſatiatur. Illas effundere debet ſicut agricola, ſemina, quæ cadant ſuper hæc & illa peccata, abundanter ibi, & alibi minus pro eorum grauitate, nam ſuper illud maiori decidat vbertate, quod malitiam præfert enormiorem.

Hoc quoque verus ille pœnitens Dauid verbis illis explanauit: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.* Legit D. Hierony. *Riui aquarum fluebant de oculis meis.*

VI. Qualiter peccata ſint deflenda.

Alij. *Riuos aquarum produxerunt oculi mei.* Quid tibi perſuades, cum peccata ſint ſine numero, ita lacrymæ ſine vllo eſſe debeant numero, vt vix vna bene formata videatur? multæ tibi conueniunt aquæ, & illæ quidem per canales diſpoſitæ quæ defluant ſuper hoc & illud peccatum, illud & aliud, tantò magis vel minus, quantò fuerit aliud magis vel minus execrandum. His conformiter proponit D. Greg. argumentum, prælegens Prædicatoribus documenta, quibus admonere & inſtruere debent peccatores. Primo: inquit moneant illos, vt lacrymæ culpæ conueniant, etenim multæ maculæ multas poſtulant aquas quibus emundentur. Et hoc ait Dauid lacrymas fundendas pro menſura & proportione flagitiorum:

D. Greg. In Paſtor l. 3. p. 1. admo. 30. Pſ. 79. 6.

*Admonendi ſunt qui peccata deplorant operum, vt conſummata mala perfecto diluant lamento, ne plus aſtringantur in debito perpetrati operis, & minus ſoluant debito ſatisfactionis. Scriptum quippe eſt: potum dedit nobis in lacrymis & in menſura: vt videlicet vniuſcuiuſque mens tantum pœnitendo compunctionis ſuæ bibat lacrymas, quantum ſe à Deo meminit aruiſſe per culpas.* Secundò: docendi ſunt vt peccata ſua deflentes canales faciant velut agricolæ, vt defluat aqua quatenus ſuper hoc & illud & aliud dimanet, ſicquè vnicuique taliter, vt malitiæ eorum correſpondeat apte grauitati. *Admonendi ſunt vt queque admiſſa conſiderent, & dum per vnumquodque erroris ſui inquinationem deflent, ſimul ſe ac totos lacrymis mundent.* Hoc, interprete eodem autore, indicauit vates Ieremias quando pœnitentiam acturus

Thre. 4. 48

pro peccatis vrbis Ieruſalem hæc ait: *Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus. Diuiſas quippe ex oculis aquas deducimus, quando peccatis ſingulis diſpertitas lacrymas damus. Neque enim vno eodemque tempore æque mens de omnibus dolet, ſed dum nunc huius nunc illius culpæ memoria acrius tangitur, ſimul de omnibus commota purgatur.*

VII. Sufficit dolor in communi de omnibus peccatis.

Quærunt Theologi vtrum neceſſarium ſit ad bonam ſcelerum tuorum pœnitentiam, vt ſingularem elicias contritionem & dolorem de ſingulis peccatis in indiuiduo? hæc illis relinquamus. Tantum dico cum D. Thoma & eius ſubtili commentatore Caietano: non tantos à te requiri cõtritionis & doloris actus, quot ſunt peccata; porro neceſſarium eſſe vt lacrymæ, triſtitia ſeu dolor de omnibus excitetur, ſicut de aqua

1. 2. q. 113. a. 5. ad 3.

qua ruſticus arua rigat, ſiquidem vnus aquæ ductus ad ſingulas herbas ſeu plantas non deriuatur: opus tamen eſt vt earum copia ad omnes & ſingulas peruadat, vt ne quidem vna ſit quæ his aquis non demergatur. Hoc primum eſt quod te

Ratio. 1.

docet agricola: ſecundum: quibus vtiliter has lacrymarum aquas impendas. Nihil agricolæ pretioſius ipſa aqua, nec de alio loquitur agit, aut deſiderat, ſemper inuigilat quæritque modum illas obtinendi. Hinc inuentiones illæ riuorum in fluminibus, canalium & antliarum, de illis & propter illas frequentes commouentur lites & indignationes; porro hoc ſtudioſius procurat vt eo defluant vbi commodum poſſunt adferre maximum. Arua ſeminat, deficit illa aqua, conqueritur: videt duci aquæ ductum, quia via ſternitur vlteriori, nec illi vllum adfert fructum, quinimo multum incommodi, perturbatur & ait: vtinam hæc aqua in meum deriuetur pratum quam ego meſſe gauderem copioſa: adeſt Aprilis & Maius, quando prata magis aquarum copia indigent, ab his eſt etenim optimæ meſſis origo: quàm diligens hinc inde riuulos conquirit, quibus campus irrigetur; quo non dolore premeretur ſi meſſem ſuam cerneret languentem ex aquarum penuria: videret autem, vicinum aquæ ductum dirigere per dumeta & ſpineta, idque inutiliter? Heu frater mi, vt quid inutiliter aquam expendis, quæ nedum nullum adfert commodum ſed potius detrimentum: illam ad hanc partem dirige & per illam cumulos acquiram mihi diuitiarum. An opus illud & induſtriam notaſti agricolæ? Hic igitur te methodum docebit lacrymandi.

Quàm pretioſa eſt quantique valoris aqua la- 84
crymarum? Quàm diuitem producit meſſē? porro
verum eſt hoc, ſi loco cadat debito. Quàm do-
lendum eſt, quòd omnem eius gurgitem effun-
das, vbi nullum profert fructum, ſed damni plu-
rimum Quid fruſtra torrentem dirigis per ſpi-

VIII. Lacrymæ ſtercori comparantur.

neta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æra mundi, ob iacturam temporalem, ob mortem filiorum vel mariti, ob infortunia vt dicis terrena? Heus amice quantum aberras & quàm infructuoſæ ſunt omnes illæ lacrymæ. Quid illis recuperas? Cui vitæ ſuccurris; quæ debita ſoluis; quam iacturam reſarcis? reduc illas & in pratum dirige animæ tuæ, in quo virtutes perierunt, dona conſumpta ſunt, in quo tot derines cadauera quot peccata commiſiſti: etenim illa aqua damna reſarciuntur, vita perdita recuperatur, debita remittuntur, adeo per vires tuas inſolubilia, vt tota cœleſtis & terreſtris natura non ſufficeret vel pro minimo eorum ſatisfacere. Hoc argumentum proſequitur Diuus Auguſtinus agricolarum inſiſtens induſtriæ, qua docemur modum lacrymandi. Nihil ita proficuum, inquit ille, agricolæ quam ſtercus & alluuium aquæ turbidæ: etenim ſi per campum ſpargatur fructum profert vberrimum: quod ſi verò ſuper lapides fori vel platearum vel domus tuæ cubiculum ſpargatur nedum fructum non adferet vllum, ſed & damnum maximum: omnia enim coinquinabit:

D. AVGV. Ser: 151. *de temp.* *Tom.* 10. *Stercus non loco ſuo poſitum immunditia eſt, immũdam facit domum, loco ſuo poſitum fertilem facit agrum.* Ab agricola diſce, quod ſi aqua hæc turbida de oculis profluens velut ſtercus ſuper hæc terrena cadat, plus damni adferet quàm emolumenti, mallum commuta, vt ſuper pratum cadat animæ tuæ: etenim hæc arida eſt & ſterilis, quo poſſit reddi fœcũdior: accidit mihi, inquit D. Aug. vt quemdam viderẽ tot feruentes & abundantes effundentem lacrymas, quæ poſſent eſſe vtiles; acceſſi illũ & interrogaui quam ob rationẽ illas effunderet? reſpondet ob nauis interitum, opum iacturã, filij mortem, & obitũ amici. Cui ego: væ tibi, miſereret me tui, quis quæſo huius fructus? *Inueni neſcio quem triſtem ſtercus video, locũ quero dic amice: vnde triſtis es? perdidi, inquit pecuniã locus immundus, fructus nullus, Audi Apoſtolum: ſeculi triſtitia mortem operatur. Non ſolum fructus nullus ſed & magna pernicies: ſic & de ceteris rebus ad gaudia ſecularia pertinentibus, quas longum eſt enumerare &c. Inſpexi alium rurſus gementem & flentem: ſtercus agnoſco locum quæro; intendi autem orationi eius, & audio dicentem: Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccaui tibi.* Confeſtim conuerſus ad Dominum gratias illi retuli & meſſem huic prædixi copioſam. *Gemit peccatum, agnoſco agrum, exſpecto fructum, Deo gratias. Bono loco eſt ſtercus, non ibi vacat, fructum parit &c.* Ab agricola diſce ex aquis referre fructum, quæ tantam tibi pariunt vtilitatem. Si regale cubiculum odore fœtido repleretur, alterum autem

IX. Exemplum.

videres hydriam aquæ angelicæ effundentẽ ſuper immundum ſterquilinium, quid illi diceres? O te mente captum, huic ne tam pretioſam impendis aquam; illa cubiculum aſperge regium, in quo Rex poſſit cũ filiis, ſuiſque morari magnatibus. Si quis alius calicem præferret aquæ dulciſſimæ ſitique periret, eam tamẽ in mari profunderet: quid illi diceres? O te virorũ ſtultiſſimum, quis inde fructus? an forte dulcem efficiet maris aquam? attende, quod ſi illam biberis, vitam tibi reſtitues iam ſiti deficientem. Hoc tibi ſimiliter inculco, qui aquam adeo pretioſam effundis ſuper immunda ſterquilinia, & aquam adeo ſuauem ſuper amariſſimas pelagi huius mundi aquas: illam deriua eo vbi eſſe poſſet vtilitati.

§. 31. *Multis flentibus dicere poſſumus quod Eſdras mulieri:* O ſtulta &c. *Optimè Dominus inſtruxit filias Hieruſalem mortem illius deflentes.*

QVam multis dicere poſſumus, id quod olim cuidam mulieri famoſus ſacerdos Eſdras? Scriptum legimus hoc in lib. 4. Eſdræ, qui licet auctoritate non fulgeat libri canonici, magnam tamen illi tribuunt SS. PP auctoritatem. Vates hic SS. & ſacerdos ex Angeli præſcripto, ieiuniis, & orationi in deſerto vacabat, Deum deprecans vt populũ ſuum de miſera illa captiuitate, quæ premebatur eriperet, tantaque damnaque ciuitatẽ S. Hieruſalem obruerant, repararet, Templumque ſuum iam combuſtum & euerſũ dignaretur erigere, flebat amarè nimis, & hæc illũ cogitatio torquebat acerbius: die quodam vltra modum afflictus inexpectatò oculos conuertit & à longè mulierẽ cõſpicit gemitibus flentem inenarrabilibus, veſtes ſuas diſcerpentẽ, caputque cinere cooperientem: *Vidi mulierem in dextera parte, & ecce hæc lugebat & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde & veſtimenta eius diſciſſa, & cinis ſuper caput eius.* Vt eam vidi, magnum mihi intulit dolorem, magnamque intellexi illius animi eſſe triſtitiam, acceſſi illam & aio: Domina, quæ cauſa gemitus? Quis tantus te dolor oppreſſit? quid oculos tuos fontes reddidit copioſos? ſine me te Domine, ſic illa: etenim ſiniſter ſucceſſus qui familiam meam grauat, tantam intulit iacturam, vt licet tota vita hanc deplorem, non tantæ ſufficerent lacrymæ. Quis ille triſtis euentus? noueris Domine mi: pluribus iam annis marito iuncta vixeram prolis infœcunda, recurri ad Deum,

I. Hiſtoria de Eſdra proponitur.

4. *Eſdræ* 9. & 10.

precéſque

precesq́ue obtuli ſupplices, vt prole me dignaretur honorare, inſuper & multorum ad hoc ſuffragia poſtulaui, nec irrita vota etenim filium mihi conceſſit ſic omnibus partibus abſolutum, vt non eſſet quod amplius optarem. Magno meo & totius vrbis gaudio illum enutriui: pinus etenim erat aurea ceteris excelſior, iam adoleſcenti ſociam illi dare conſtitui, vt familiæ meæ lucerna maneret inextinguibilis, vxorem accepit, prægrandi lætitia nuptiæ celebrantur, & ecce eadem nocte (ingemiſco referens) dum ſtrato decumbit, ſubitanea hinc morte diſcedit; hoc ſpectaculo nos omnes quaſi tenebris obuoluimur, ſequenti luce tota conſluit ciuitas me dolentem conſolatura: porrò tantus me dolor afflixerat, vt occidente ſole noctis ſilentio domo ſim egreſſa: *Et veni in hoc campo, cogito iam non reuerti in ciuitatem ſed hic conſiſtere & neque manducare, neque bibere ſed ſine intermiſſione lugere*; Stomachatur Propheta & vlcerato vultu ſic eam alloquitur: *Stulta ſuper omnes mulieres*. Incommoda cernis quibus Dei populus affligitur, S. ciuitatem Hieruſalem destructam, templum combuſtum, polluta vaſa ſacra, captiuos ſacerdotes, diuina ſacrificia obliuioni tradita, Deo dicata altaria conculcata & hæc non deploras, de his non contriſtaris, non lacrymas fundis non emittis ſuſpirium: Cum iactura hæc his poſſit lacrymis reſarciri ſi veram coram Deo pœnitentiam egeris, & tantas effundis idq́ue ſine menſura ob aliquid quod ipſe decreuit & fieri voluit tuæque expediebat ſaluti; & quæ nullam tibi adferre poſſunt vtilitatem? *Sion mater noſtra omni triſtitia triſtatur & humilitate humiliata eſt &c.*

II.
Quænam dicantur ſtultæ lacrymæ.

Parce mihi Deus; quot mulieribus has licet proponere rationes. *O ſtulta ſuper omnes mulieres*. Quot enim lacrymas effundit illa ob filij mortem, & altera ob filiæ diſceſſum, cuius cum anima mille eſſet obnoxia criminibus, nec vnam quidem effudit? imo quot viris licet exprobrare, qui ob quatuor aſſium incommodum attriſtátur & affliguntur, & mortem filij gemunt lugentq́ue inconſolabiliter, quibus Deus hoc contulit beneficium, vt illum ad gloriam ſuam transferret, qui ſi viueret ſolo, cœlo periret; nec mutat quidem exterius faciem ob mortem animæ, ob templum ſpiritus ſui combuſtum, ſenſus corruptos, altaria intellectus ſui profanata, & voluptatis aras iniquis mille fraudibus pollutas factamque illam turpitudinis omnis & voluptatum triſtē fœdamq́ue colluuiem Hæc tibi ſunt deflenda, lacrymæ namque talia poſſunt reparare incommoda, quotquot enim ob alia profuderis, quamuis pelagi exæquent aquas nullum inde lucrum, vtilitas nulla, nulla fertilitas.

Heu quantum doleo, ſic de ſe D. Aug. conſide- 86
rans quam inconſiderate homines triſtitiæ ſe tradant & alacritati, quàm vanè rideant, quàm vanè plorent: *Rident homines & plorant homines, & quod rident homines plorandum eſt: ſed plorat alius damnum ſuum plorat alius preſſuram ſuam, quia in carcere eſt conſtitutus, plorat alius quod amiſerit aliquem amicorum ſuorum &c.* Hæc deplorando nihil proficiunt, nec illud plorant quod in ploratu vnicum habet remedium peccata ſcilicet: huic lacrymas ne impendas. Meritò miramur omnes verba Chriſti ad filias Hieruſalem: videntes etenim eum crucem ſibi baiulantem plagis ſaucium, & ſanguine conſperſum, vulneribus vndequaque confoſſum, illi compatientes fræna laxarunt lacrymis & ſingultibus: quibus ſic ille: *Filia Hieruſalem nolite flere ſuper me ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros, quoniam venient dies &c. tunc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos &c. quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?*

D. Avgv. Ser. 45. de ſanct. cit. Tom. 10.

Luc. 23. 28

III.
Cur Chriſtus mulieres flere vetaverit.

Quid hoc Domine mi, mulieribus iiſque piis lacrymas prohibes doloribus tuis compatientes? Nihil eſt in quo quiſquam euidentiùs oſtendit humana ſibi eſſe viſcera, & non feralia Tigridis, quàm ſi calamitatibus compatiatur alienis, vt alias fusè diximus. Propheta Iob afflictum aliquē cernens & flentem, ipſe pariter affligebatur & flebat: *Flebam ſuper eo qui afflictus erat &c.* Cōmendatæ fuerunt illæ puellarum lacrymæ quas effuderunt in morte filiæ Iephte: quia mortem ſuſtinebat, quo Pater votum ſuum ſtultum & indiſcretum compleret, cum ipſa necdum ſua potita eſſet vultus & corporis elegantia. Non incongruæ patri tuo David viſæ fuerunt illæ lacrymæ in oculis filiarum Hieruſalem quando Saul Rex gladio ceciderat hoſtili, quinimo illas ad fletum planctumq́ue prouocabat, dicendo: *Filiæ Hieruſalem flete ſuper Saul, qui veſtiebat vos coccino &c.* Quanto magis excitaret vt illas nunc effunderent in morte tua: cum tantum differat tua perſona ab illo Rege perfido, & tanto ſint dolores tui crudiores, & abſque vlla comparatione maiora dona quæ de manu tua receperunt; an ergo cenſes lacrymas has ita perperam effuſas? certum eſt nedum non eſſe malas, nec illas reprehendendas quæ ob mortem Chriſti effunduntur: imo ſunt adeo iuſtæ vt fontes non fieri eius oculos, qui Saluatorem cernit crucifixum, cordis increpet duritiam.

Iob 30. 25

2. Reg. 1. 24.

Si quia Chriſtus amore Lazarum proſequebatur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. Mors Chriſti plangenda.

*Ioa.11.36*

tur, quando mortuus illi oblatus & ſepultus, & à ſororibus lamentatus, lacrymas fuderit adeo feruidas, vt illas circumſtantes notarent dicerentque: *Ecce quomodo amabat eum:* quid agẽdum illi, qui Chriſtum cernit afflictum in ligno cruciatibus adeo horrendis morientem, eiuſque piiſſimam matrem ad pedem crucis adſtantem factam mare lacrymarum? plorat ſol nigrumque induit peplum, terra tremit & finditur, lapides præ dolore dirumpuntur, & cor de carne compoſitum non dirumpetur? Quotieſcumque lego quod de ſe narrat D. Ephr. Syrus. *a.* & D. Grego. Nyſſe. *b.* quòd intuiti depictum Abrahæ ſacrificium, Patrem educta machera terribilẽ, attollentem brachium ictum librantem, filium autẽ genibus prouolutum in altari ſuper ligna obuelatis oculis, incuruo capite ictumque exſpectantẽ, lacrymas nequibant continere: quid in cordibus operari debet, ſi contemplemur æterni Patris filium in ara crucis, qualiter obediens factus vſque ad mortem, quodque non deſiſtat Pater, nec in ſolo hæreat apparatu, ſed eum ſacrificet occidatque per manus furentium inimicorum ſuorũ, quibus pati non poterat grauiores? bonæ ſunt iſtæ ſanctæque lacrymæ, imo adeo iuſtæ, vt illas non habere cordis duritiam arguat ipſis petris obſtinatiorem. Itaque non damnat Chriſtus lacrymas compaſſionis pro morte ſua effuſas vberiores.

*a Tract. de Abra. & Iſa. p.624*
*b Refertur in 7. ſynodo Gen. quæ eſt ſecunda Nicenus.*

V. Duæ rationes indicantur.

Quid ergo ſignificat? nonnulli dicunt quod indicare voluerit altiſſimum ſuæ paſſionis myſterium quæ fuit voluntaria, ita vt magis dicere liceat, quod ipſe ad mortem ſponte tenderet quàm quod ipſum traherent inuoluntarium: hoc ſuppoſito ſignificat, ne vobis perſuaſũ ſit hoc quod patior, meæ repugnare voluntati, imo ſum ipſe qui hoc volo, & vltroneus iam tendo me ipſum oblaturus in ſacrificium: *Super voſipſas flete & filios veſtros:* etenim calamitates quæ vos manent adeo terribiles erunt, vt ad eas euitandas optaturæ ſitis, vt montes in vos irruant viuaſque ſepeliant: *Tunc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos &c.* Mellifluus Doctor Bernard. opinatur aliud ab illo mulieribus indicari myſterium, illud ſc. quod prædixerat paulo ante paſſionem: *Etenim ea quæ ſunt de me finem habent*, & cito citius omnia hæc tormenta præteribunt, quia tertiò die ſum à morte ſurrecturus: *Tradetur Gentibus &c. & tertia die reſurget.* Porrò afflictiones quas ciuitas illa, earumque filij paſſuri eſſent, nullo fine claudendas, vnde hoc illis innuit: *Quæ videtis mihi præparari temporalia ſunt: quæ non videtis æterna. Si temporalia ſunt, tranſitoria ſunt &c.*

*Luc. 22. 23.*

D. BERN. *Ser. de obitu Huberti circa fin.*



Vtrumque vt bene dictũ non reprehendo, cui ſuperaddo ſine dubio Chriſtũ declarare voluiſſe id quod modo nos exponimus Intelligendum eſt ex eo quod D. Aug. notat ad illa verba Proph. Regis in perſona Saluatoris iam duriſſima quæque patientis: quod cum tam inhumanos ſuſtineret cruciatus pœnaſque acerbiſſimas, non eſſet qui cum illo triſtaretur: *Suſtinui qui ſimul mecum cõtriſtaretur & non fuit.* O potentiſſime Domine, quærit D. Auguſt. vnde hoc? primò namque tuos omnes videris damnare Apoſt. quos omnes inuenimus tibi comites in horto, ipſa nocte tuæ paſſionis, tanta cordis triſtitia abſorptos, vt tu ipſe eos excuſares, quòd non loquerentur, & præ triſtitia obmuteſcerent: *Nemo ex vobis interrogat me quo vadis: ſed quia hæc dixi vobis triſtitia impleuit cor veſtrum:* dum Petro, Iacobo & Ioanni animæ tuæ mœrorem indicas: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, tantus pariter illos dolor oppreſſit vt deiectis ſenſuum viribus præ triſtitia obdormirent, Petrus & Ioan. ſecuti ſunt te vſque in domũ Pontificis, & nemo dubitat quin eorum luctus fuerit acerbiſſimus. Ceterum his omiſſis euidẽter nobis proponuntur ab Euangeliſtis piæ iſtæ mulieres tanto mœrore fletuque depreſſæ vt ipſe illis diceres ſuas lacrymas trãſmutarent: *Nolite flere ſuper me.* Quomodo ergo ais: *Suſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit?* Notandum cum præfato Doctore aduerbium illud *Simul*, non dicit nudè, quòd nullus eſſet qui in eius paſſione triſtaretur, ſed qui cum illo ſimul contriſtaretur. Quando dolore affligeris & ploras, tecũ nõ plorat, nec ſe comitem præbet in lacrymis, qui ob rẽ aliã illas effundit, ſed ille, qui illas effundit ob eandẽ quam tu rationẽ: mœrore maximo Chriſtus in paſſione ſua tenebatur, quo maiorẽ nullus ab orbe condito ſuſtinuit, talẽ inquã paſſus eſt vt eũ Chriſtus adeo robuſtus eſſet & valens, dolor tantus eſſet vt quantũ erat ex parte ſua vitã illi auferre ſufficeret, illud ipſomet teſtante & Apoſto. ſuis in horto declarante: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ.* Tanta fuit illa triſtitia quã pertulit, vt inde in triſtes voces gemituſq; doloroſos erũperet, & lacrymas profunderet copioſas: Sicut in horto ita & in cruce, vt dixit Apoſt. *Cum clamore valido & lacrymis:* quod in ambabus occaſionibus contigiſſe multorum habet opinio Doctorum: porro cauſa primaria huius triſtitiæ & lacrymarum, propriæ non erant pœnæ, aut dolores, imo potius illos magno affectu patiebatur: ſed peccata hominum: erant etenim illa horum cauſa, vt die Lunæ dicendum. Qui eam ob cauſam triſtaretur funderetque lacrymas præbens ſe mihi

VI. Tertia propoſito cõueniens.

*Pſ. 68. 21.*

*Ioan. 16.6.*

*Matt. 26. 38.*

*Matt. 26.30.*

*Hebræ. 5.7.*

VII. Quis cum Chriſto cõtriſtetur.

„ in hoc comitem; non inueni: *Non ait ſuſtinui qui* „ *contriſtaretur,& non fuit, ſed qui ſimul contriſta-* „ *retur,id eſt ex ea re, qua ego contriſtor & non inue-* „ *ni.* Verum eſt quòd flerent illæ mulieres Chriſti „ pœnis condolentes, porrò cum in his ſiſterent, „ ſimul cum illo non triſtabantur: etenim flebat „ ille earum peccata, earumque ſcelera filiorum, ac illius populi ingrati, omniumque mortalium, vnde ſic illis ait: *Nolite flere ſuper me* &c.

Non prohibet fletum,&compaſſionẽ de morte ſua, paſſione, & doloribus quibus ipſi lapides ad pietatem mouebantur, quique ad ipſam mortem prouocarunt, cuius domus, ſepulcra ſc. aperta ſunt: ſed indicare voluit, quod hic ſiſtere non deberent vt ſint vtilitati. Hoc ſignificat *Super me* id,eſt *propter me*. Ne ſint dolores mei & afflictiones finis vltimus, in quo lacrymæ veſtræ fletuſque conſiſtant, ſed hoc agite vt tranſeant & ad vos ipſas accedant. Laudauit Deus Abrahæ facinus in ſacrificio filij ſui: quia fecit illud ſimpliciter propter Deũ. *Feciſti propter me*: quia finis vltimus ad quem reſpiciebat opus voluntas deſiderĩũ & intentum Abrahæ, fuit ipſe Deus. Hic enim eſſe debet ſcopus omnium, quas operatis virtutum, *Propter me*; verumtamẽ veſtræ lacrymæ fletuſque tales non ſint, vt in me ſiſtant quia patior, ſed vt tranſeant & reuertantur ſuper voſipſas veſtraque peccata, quæ mortis meæ prima ſunt occaſio, vobis hoc perſuadentes, vt ſi propter aliena peccata patiar ea, quæ videtis, quid vos pro propriis veſtris agere conuenit ſi in vade talis fiat executio qualis in debitore principali? ſi in me qui arbor ſum viridis, formoſa, virore gratiæ quæ tam efficax eſt vt non admittat, nec ſecũ patiatur vel minimam culpam: ita fortiter ignis diuinæ iuſtitiæ ſuccendatur quid in vobis faciet lignis aridis & mille peccatis culpiſque erosis? *Si enim in viridi ligno hæc faciunt in arido quid fiet?* Notum omnibus quanto nos Deus affectu complectatur noſtrumque bonum exoptet videt lacrymas effuſas ex compaſſione erga illum, ſi quidem iuſtæ ſunt & bonæ, paruum tamen proferre fructum ſi ſiſtant ibi nec vlterius effluant: eſſe tamen fructum ineffabilem, quem operantur, ſi ſuper animas noſtras culpaſque effundantur: idcirco ait: non in me hæreant, vlterius tranſeant: *Super vos* &c.

VIII. Quanta vis lachrimarum.

Si ergo Chriſtus nolit lacrymas, quæ ita ſolũ maneant in re ita ploratu digna, qualis mors eius eſt acerba & amara paſſio, illaſque prohibeat vt minori effuſas fructu, ab eo quẽ poterant proferre, quid efficient illæ pro rebus adeo vilibus abiectis & terrenis effuſæ, quas ſine vllæ conſolatione aut reparatione effundis Heu te miſeram quæ ploras, quia mortuus eſt tibi maritus, tranſeant illæ lacrymæ ſuper te & peccata tua: etenim in eorum ſupplicium hac te Deus plaga caſtigauit. Iactorã luges filij tui vel bonorũ; *Nolite flere ſuper hæc ſuper voſipſos flete*: quod ſi iactura rei tantilli momenti tanto te dolore cruciat, quanto deberet contriſtare dum aduertis te Deum amiſiſſe, gratiam illius, titulũ ad eius regna, & cum Angelis amicitiam. Hic ad bolidem cadunt lacrymæ, tantumque proferunt commodum quantum refert D. Pet. Chryſol. has Magdalenæ lacrymas expendens: *O quanta vis in lacrymis peccatorum; rigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent omne facinus, latam diuina promulgatione ſententiam.* Aduerte in hac peccatrice effectũ: *Ecce mulier.* O quæ peccata? O quot abominationes; ilico miraberis illam his omnibus abſolutam & ita corãDeo deleta quaſi illa numquam perpetraſſet: Deum recuperat quẽ perdiderat, gratias & dona, nec nõ ius ad omnia eius regna bonaque efficaciſſimũ. Quid hoc miraris? perpende ſi multa ſint peccata, multæ ſunt lacrymæ: & ſi vna de corde procedens contrito poteſt eradere quaſcunque mundi culpas in vnum collectas, non eſt quod miremur, animæ ſuæ lacrymis illis eſſe deletas ipſamque abſolutã.

D. Pet. Chrys. Serm. 93.

§. 32. Capillis capitis ſui tergebat. *Capillis ſuis ſe pedibus alligat Saluatoris, vt illam poſt ſe trahat, in quos tranſplantatur, velut in terram cœleſtem.*

C*apillis capitis ſui tergebat*, proſequitur D. 88
Euangel. declarans nobis quàm ſeriò hæc peccatrix vt ouis Dei ſecundum hoc aggrediatur, quod heri nobis Chriſtus de ouibus ſuis indicauit; *Sequuntur me.* Inchoat hoc propoſitum ſtans retro vt diximus: vt autem ſe tantò redderet tutiorem & in hac ſequela firmorẽ, cũ iã cœpiſſet lacrymis diuinos eius irrigare pedes: fecit & hoc, & ſuper illos capillos ſuos diſperſit aureos vt illis quaſi mappa pedes illos extergeret, vel veriùs, vt eſſent funes quibus ſe ligaret & religaret vt illius veſtigia pone ſequeretur. Contingit vt capitaneus in mari ſub nauim bellicam ſubigat quam poſt ſe trahetur conatur, non poteſt ipſa Regia triremis volatum aſſequi quid remedij? Fortioribus illi alligetur rudentibus, quibus ſubſequatur eius adiuta ſubſidio. Expugnauit diuinus ille Dux Chriſtus Piraticam Satanæ, nempe Magdaleam: illa ſuam optatam agnoſcit

I. Similitudo.

ſortem

ſortem & cœleſtem optat ſequi triremem̄ nauē-
que prætoriam ſanctiſſimam dico Chriſti huma-
nitatem, quam neceſſe eſt ſequantur omnes
limbi mare ſulcantes, ſi portum ex animo quæ-
rant incolumem; hoc enim æternus Pater deter-
Rom. 8.30 minauit: *Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes
fieri imaginis filij ſui*. Vires ſuas agnoſcit debiles
& exiguas, quodque ex ſe tales non habeat, qui-
bus velocem adeo prætoriam aſſequatur: quocir-
ca eius ſe pedibus conſtringit & reſtringit atque
ad hoc de capillis ſuis funes contexuit aptiſſi-
Cant. 1.3. mos; q.d. *Trahe me poſt te in odorem curremus vn-
guentorum tuorum*. Hoc animo ſtatutum eſt, Do-
mine mi, tua ſequi veſtigia, in me tantæ deficiūt
vires, niſi mihi illas tribueris; ad illas recipiēdas
& quo poſſim à te tracta, proficiſci, tuis me pe-
II. dibus ligo & religo: *Capillis capitis ſui* &c. Norūt
Homo omnes doctrinam Philoſophorum hominē arbori
dicitur comparari, cuius ſit hæc definitio: *Arbor inuerſa*:
inuerſa Arbor conuerſis ſurſum radicibus: capilli ſunt ra-
arbor. dices, quas arbores ſubtus terram abſcondunt, cū
enim ſicut fructus illarum de terra altiùs nō eri-
gantur, nec aliud niſi terrena ſint productura,
humore terræ ali debent & ſuſtentari: homines
autem cœleſtes oportet vt ferant fructus, incor-
Ioa. 15.16 ruptibiles & perpetuos: *Poſui vos vt eatis & fru-
ctum adferatis, & fructus veſter maneat*, ad hoc ra-
dices ſuas ſurſum erigit verſus cœlum, inde
namque deſcendere debet omnis humor fructi-
Iac. 1.17. bus talibus omnino neceſſarius: *Omne datum op-
timum, & omne donum perfectum deſurſum eſt
deſcendens à Patre luminum*.

Plantatam vidi Magdalenam in carnis ſuæ
deliciis, hic ſuas extenderat omnes ſcortatrix ra-
dices, cogitationes, curas, & affectus, vnde tales
erant illius fructus quales deſcribit Apoſtolus:
Gal. 5.19. *Opera carnis quæ ſunt, fornicatio, immunditia, im-*
III. *pudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, ini-*
Magda- *micitiæ, contentiones, æmulationes, iræ rixæ, diſſenſio-*
lena ar- *nes, inuidia, homicidia, commeſſationes, ebrietates &*
bor in *his ſimilia*. In terra mortis plantata creſcebat id
deliciis eſt peccato: Quocirca fructus produxit mortis,
carnis quales idem notauit Apoſtolus: *Finis illorum*
plantata. *mors eſt*. Radices intellectus ſui ac voluntatis in
ipſo Satana defixerat: hoc enim ſignificat illa
Apoc. 17.3 mulier, quam vidit D. Ioan. plenam abominatio-
nibus: equitem, iumento inſidentem ſepticipiti,
quæ eò tendebat quò à beſtia derigebatur: inte-
gram cogitat ſui mutationem: extirpetur radix de
peruerſa illa terra, & tranſplantetur in ea quæ
eſt pedum Chriſti, terra cœleſti, terra vitæ, terra
diuina, vt fructus illi conformes reddat, atque in
Pſal. 1.3. ea illud Dauidis impleatur, *Erit tanquam lig-
num quod plantatum eſt* (legis Aquila vt notat
Origenes, & ſequitur hanc lectionem D. Ambro. In Catena
*Tranſplanctatum eſt*) *ſecus decurſus aquarum, quod* Græ.
*fructum ſuum dabit in tempore ſuo & folium eius
non defluet*. Illud pariter Hieremiæ: *Erit tanquam* Hiere. 17.
*lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad* 7.8.
*humorem mittit radices ſuas*. In hac terra vitæ &
diuina tranſplantari ſtudet; idcirco tam copioſè IV.
lacrymis ſuis eam rigat: nam vt arboris radices Quæ re-
vel plantæ quam tranſplantas radicem figant ir- qui antur
rigatio neceſſaria eſt: *Ad humorem mittit radices* ad tran-
*ſuas*. Capilli, curas, cogitationes, affectus & deſi- ſplanta-
deria deſignant ab anima prodeuntia, erant hæc tionem.
in terra defixa: nec enim aliud cogitabat nec cu-
rabat aliud nec intendebat aliud (*Qui de terra* Ioa. 3.31.
*eſt de terra loquitur* ait prima veritas) radices illæ
tranſplantentur in terram cœleſtem, hic figantur
& hæreant animæ illius radices cogitationes,
ſollicitudines, & affectus.

Myſterium hic aperio quod nobis indicat V.
qualis debeat eſſe vera pœnitentia: per illam e- Quænam
tenim hoc fit, vt peccator tranſplantetur de ſit vera
morte ad vitam, & de diabolo ad Deum. Planta- pœniten-
tus eſt peccator in diabolo, in eius voluntate & tia.
deſiderio. Heu quam mala terra in hoc eius co-
ſiſtit remedium, ſi ad Deum conuertatur & in
Chriſto tranſplantetur. O quanta hæc miſeri-
cordia! ô quale beneficium! *Gratias agentes* Coloſſ. 1.
*Deo & Patri qui eripuit nos de poteſtate tenebra-* 12.
*rum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ*.
Quomodo fiet illud? vt arbor vtiliter tranſplan-
tetur, vel planta requiritur vt eam cum omni-
bus radicibus infigas: ſi namque illam detrun-
cēs & ibi vnam aut alteram relinquas radicem,
truncum hic ſolum infigens, ilico ille exareſcet,
alibi illæ repullulabunt, atque ad ſuum eſſe prius
regerminabit. Quantos inuenio qui de Satana
ad Deum tranſplantari ſtudent, de peccato ad
gratiam & de inferno ad cœlum? O quoties
affirmas te hoc deſiderare! & ſi percunctaremur
quid intendas iam peccata confeſſurus, reſpon-
debis; cogito tranſitum de terra culpæ, in qua
ſeruiui diabolo, ad terram remiſſionis & gra-
tiæ poſthac Deo ſeruiturus. Hoc noueris quod ſi
volueris effectus votum ſequatur: extirpari te o-
portet de terræ culpæ radicibus, omnes illas e-
uellendo: negotium iniuſtum extirpetur, dimit-
tantur ingreſſus, affectiones, ſcedulæ & conuer-
ſatio periculoſa.

Tranſplantari debes non detruncari vt hic 89
tranſplanteris, demiſſis alibi radicibus: ita tranſ-
plantari, vt nihil in terra relinquas Satanæ,
agaſque quod dixit Moyſes Pharaoni, qui per-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI. Tranſplantari debet peccator pœnitẽs. *Exo.* 10. 26.

mittebat quidem Iſraelitis egreſſum de Ægypto ſed ea conditione, vt greges illorum in ea relinquerent velut radices quibus eos poſſideret intricatos. Nequaquam ait Moyſes: *Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis vngula.* Hinc deflendum in multis incommodum: quidã etenim ſunt qui relinquunt radices in terra culpæ, vnde continuò noui eiuſdem generis ſtolones pullulant. Quid eſt, quod vix confeſſus es: quando ſtatim ad inhoneſtam reuerſus es amicitiam? tu ad contractum iniuſtum? tu ad eaſdem inſolentias & vanitates? ibi radices reliquiſti affectuum tuorum & curarum. Sunt & alij qui confeſtim perduntur; quia vt diximus tempore tranſplantationis vt arbor radices figat altiores irrigatio requiritur & aqua. Ad quid venis? vt tranſponam me de terra peccati ad terram obſequij diuini. Vbinam lacrymæ? vbinam aquæ, vbinam dolor? perfectam conſidera conuerſionem, quam ! felici omine mulier hæc ſit tranſplantata nam vt ſe in pedibus Chriſti tranſplantet tam abundantes adfert lacrymas vt illos riget? deinde attende quòd hic omnes radices ſuas defigat, vt ne vna quidem in terra Satanæ remaneat. Hic omnes intellectus ſui complectitur diſcurſus, omnes ſuæ voluntatis actus, omnes potentiæ concupiſcibilis affectus omnes motus iraſcibilis, vt ſit iam de numero eorum de quibus Spiritus

*Sap.* 5. 16. S. *Cogitatio illorum apud altiſſimum.* Hoc eſt, *Capillis capitis ſui* &c.

VII. Magdalena ſibi Chriſtũ ligat. *Li. de diſcipl. & hab. Virg. circ. med.*

Aliud hic nobis notandum quod hæc mulier ſapientiſſima prætendit nempe Chriſtum ſibi alligare eumque irretire: grauiter queritur Diuus Cyprianus de mulieribus quæ de capillis ſuis laqueos texunt, quibus ſtultos inuoluant: *Oculos in ſe iuuentutis illiciunt.* O Domina, quantò conſultiùs foret ſi illis ipſis Deum ſtuderes illaqueare; go hoc facere potuero? Vtique, nam ipſe Deus ſe fatetur ab animæ crinibus illaqueatum, cui dixit: *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum & in vno crine colli tui.* Septuaginta tranſtulerunt: *Excordaſti me*, noſter Pagninus, *Abſtuliſti cor meum*; q. d. O puella formoſiſſima cor meum irretiſti quo precor? *In vno oculorum tuorum & in vno crine colli tui.* Quid hoc eſt? Supponendum

*Li.* 2. *contra Iouin. poſt. med.*

cum Diuo Hieronymo hic nihil intelligendum de affectu carnali; etenim ſponſus eſt ſpiritualis & diuinus: vnde ſponſam nominans, eam etiam ſororem ſuam appellat: *Soror mea ſponſa*, cui nefas eſt amorem affricare ſenſualem: quis igitur eſt hic oculus & quis iſte capillus? *Abſtuliſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Domine mi, an ergo vno oculo vnoque tibi crine ſatisfacimus? liceret dicere, quòd per hoc ſignificet quàm facile ſit diuinum illum irretire ſponſum nobiſque alligare: quandoquidem ſe patiatur capi, teneri & illaqueari vno crine & vna oculi nictatione - ſit in ſæcula benedictus. Porrò communis expoſitio, quam ex Sanctiſſimis Patribus in tractatibus noſtris expoſuimus, per vnum oculum intelligit vnitatem oculorum: fœdum eſt mulieri oculos habere limos vt vnus ex hac alter ex altera parte proſpiciat. Pulchritudini adſcribitur ſi eodem ferantur obtutu, hoc eſt: *In vno oculorum tuorum*, id eſt *in vnitate motus oculorum.* Idem indicat dicendo: *In vno crine*: etenim capilli diſperſi magnam arguunt fœditatem & incompoſitionem? in vnum vero collecti optimè conueniunt, ita legis Pagninus: *In vna torque capillorum tuorum.* An Dei cor ligare vis? an illaqueare? hoc efficies ſi pari illum oculo conſpexeris, nec vnus illum, alter diabolum inſpexerit, ne ex vna parte, quæ Dei ſunt agat, ex altera verò ſe tradat diabolo, nec ſit intentio tua diuiſa placere ſtudens diabolo & Satanæ. Eodem modo veſtros in torquem vnam coadunans capillos, vt pari greſſu progrediantur, id eſt deſideria tua, tuæ curæ & affectiones.

VIII. Sponſus vno crine ligatur.

*Tract.* 2 *n.* 397.

O beatiſſima anima, hoc etenim modo Dei cor Deumque irretiees tuumque efficies & quaſi ligatum obtinebis tibi, & religatum, quo in ipſo tuorum oculi deſideriorum comprehendantur, & intentionum, nec ſit velle in hoc, & in altero placere diabolo, & capilli tui, qui tuæ ſunt cogitationes & ſolicitudines in eum totaliter dirigantur. Mulierem hanc attende ſapientem: hoc enim in Chriſto prætendit: eo fine ambos in illũ conijcit oculos, qui licet duo ſint fontes aquarũ lacrymarum ex illis profluentium, vniti tamen ſunt & ſuper pedes Chriſti defluunt: Hic ſimiliter ſuos omnis proſternit capillos, vt nec vnus ſit quin non conſtringat pedes amantiſſimos. Illis anima Deum comprehendit, quaſi ſibi alligatũ, & illis ligat hæc peccatrix pedes Saluatoris, Quis quẽ ligat? an ipſa funibus crinũ ſuorũ illi alligatur? an illa ipſi laqueis quos ex ipſis cõtorſit; vtrumque verũ eſt: etenim quòd ipſa alligetur illi, inde oritur, quòd ipſe illi pariter alligetur.

IX. Anima Deo ligatur, & ipſa Deũ ligat.

Ad perpendiculum hic cadit illa difficultas à D. Bernardo propoſita. Quis quem tenet ligatũ? quis cui alligatur: ipſa illi? an ille ipſi? ex vna parte quis dixerit quod ipſa liget illum ſuiſque ſtringat capillis, nec non ſecum vniat arctiſſimè; ex altera, vt videtur, ipſa illi vnitur, eiuſque pedibus

dibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dibus iiſdem ipſis laqueis alligatur: vtrumque
D.BERN. ait D.Bernard. verum iudico: *Tenet & tenetur.*
Ser.79. in Sic ipſa diuina ſponſa fatetur: etenim primo
Cant. ſe ſentit illi alligatum, idcirco rogat eum: *Tra-*
Cant. *he me poſt te. Curremus in odorem vnguentorum*
*tuorum.* Sumpta eſt, vt diximus, metaphora ex
ſcapha: nam ipſa regiæ alligatur triremi eam-
que ab ipſa tracta ſequitur. Quid plura? illam
Pſ.72.23. audi Dauidis ſibi verba vſurpantem: *Tenuiſti*
*manum dexteram meam, & in voluntate tua de-*
*duxiſti me.* Pariter illam audies aſſerentē quod
Cant.3.4. & ipſum ſibi habeat annexum: *Tenui eum nec di-*
*mittam.* Et verè ſic ſe res habet; nam ex eo quod
anima Deo vniatur, eiuſque ſe pedibus ſubijciat,
vt illam quocumque voluerit ducat pro bona vo-
luntate ſua, ſequitur & illi Deum alligatū adeo-
que ſtrictè eius voluntati vnitum, vt illum ducat
quocumque voluerit: ex eo quod ſe Moyſe Deo
in monte coniungat, & quaſi colliget vt eum
Deus qua ratione & quocumque ducat, ita Deum
ſibi reperit alligatum & ita laqueis conſtrictum,
Exo.32.10 vt ab eo precaretur; *Dimitte me: vt iraſcatur fu-*
*ror meus.* His congruenter appendit D. Bernar.
Hiſtoriam de Iacob: nam ille Deo ſeruiens ita
fortiter illum apprehendit, vt inſtanter rogaret;
Gen.32. *Dimitte me:* Cui reſpondit: *Non dimittam te niſi*
26. *benedixeris mihi.* Optat Deus ex D. Bernadi iudi-
cio à nobis ligari, illaqueari, nobiſque vniri ſtri-
D.BERN. ctiſſimè: *Teneri vult cum perhibeat dicens delicia*
*mea eſſe, cum filijs hominum. Quodque pollicens ait:*
*ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad*
*conſummationem ſeculi.* Quomodo irretiam eum
meæque vinctum tenebo voluntati? tu teipſum
illi alliga, tuamque voluntatem, illius coniunge
voluntati: iam enim noſti quod diligentes ſe di-
ligat, & voluntatem timentium ſe faciat: teipſum
capillis affectuum tuorum, curarum, & deſiderio-
rum illius alliga pedibus: & videbis qua ratione
tibi quoque deuinctus adhærebit, perpetem tui
gerens curam, tuaque ſe ſinens duci voluntate:
de quibus aliàs dictum eſt.

§ 33. Capillis capitis ſui. *Hos Chriſtus capil-*
*los ſuis proſternens pedibus triumphum de*
*diabolo refert glorioſum, quem Dauid dixit*
*de verticibus.* Verticem capilli &c.

DIuus Petrus Chryſologus attentiùs ean-
dem hanc perpendens mulieris actionem,
qua capillis capitis ſui Chriſti pedes ab-
D.P.CHR. ſtergebat, cenſet in his illud Dauidis impleri va-
Ser.93. ticinium, verbaque myſtica: *Capillis capitis ſui ter-*
*gebat, vt iuxta pſalmiſtam: verticem capilli, ex quo* Pſ.67.22.
*ambulauerat in delictis ſuis in ſanctitatem tali ver-*
*teret ſeruitute.* Nemo non inexplicabilia cenſet I.
hæc verba etiam in ſenſu ſuperficiali Gramma- Dauidis
ticæ, quiſque ſuam apponit interpretationem: de capil-
quid fiet ergo de ſenſu myſtico & ſpirituali?? lis vatici-
Hoc argumentum proſequendo, quod paulo an- nium im-
te cœpimus quod Propheta Regius pſalmo illo pletur.
decantare voluerit triumphos & victorias Chri-
ſti: & cum illæ & numero & dignitate præemi-
neant: non poterat hic pſalmus eſſe Laconicus
ſed fuſiſſimus. Notamus autem ſingulariter ab
eo victorias celebrari, quas retulit de Satana
glorioſas. Totum hic hominem occupauerat in
anima & corpore: in anima per peccatum, ob
quod illi ſubdita erat vt mancipium, & in cor-
pore per mortem ex peccato conſequentem. In-
tendit de illo Chriſtus triumphum agere, libe-
rans animas à peccato, & à morte corporali: vn-
de deſcribit Propheta Chriſtum quaſi in ſtadio
ad tantum præcinctū opus: *Deus noſter Deus ſal-*
*uos faciendi & Domini Domini exitus mortis.* Ecce
hic Deus noſter duo aggreditur, animarum ſa-
lutem, per liberationem à culpa, & corporum re-
ſtaurationem, per ereptionem à mortis poteſta-
te. Pariter diximus, quòd duarum harum dare
voluerit principium & auſpicium in duobus his
Germanis, Lazaro & Magdalena, Lazarum e-
duxit de manibus imo de ventre mortis, quando
diuina voce ſua eduxit illum de ſepulchro redi-
uiuum, vbi eum mors deuorauerat: & Magdale-
nam educit redditque incolumem, animam illius
eripiens de poteſtate Satanæ à qua captiua deti-
nebatur.

Quia verò tantò eſt hoc illo mirabilius, quan-
to præcellit anima corpore, vitaque corporis eſt
vita animæ inferior. Hanc Propheta ſequitur vi- II.
ctoriam: *Verumtamen Deus confringet capita ini-* Capillis
*micorum ſuorum, verticem capilli perambulantium* Magda-
*in delictis ſuis,* verticem, inquam, capillorum qui- lenæ
bus longè latèque diuagantur ſuis vacando per- Chriſtus
uerſitatibus. Impertinens videtur ſed diuinam de diabo-
redolet ſapientiam. Aduerbium illud *Verumta-* lo trium-
*men* ſignum eſt quod velit cum eo, quod ſequi- phat.
tur confirmare, quod præpoſuit. Ita Chriſtus
Dominus noſter quando nocte paſſionis ſuæ à
ſummis ſacerdotibus interrogabatur vt diceret,
an ipſe eſſet Chriſtus, reſpondet illis: *Ego ſum;* Matt.26.
*verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium ho-* 64.
*minis ſedentem à dextris virtutis Dei &, venien-*
*tem in nubibus cœli.* q.d. quod vobis aſſirmo
fiet manifeſtum ex eo quod breui viſuri eſtis
filium hominis ſedentem à dextris Dei &c. iux-

 ta

tá illud Dauid indicat hoc quod dixit, Christum nimirum de diabolo triumphum relaturum animas ſaluando; eſſe completum in eo quod capita inimicorum ſuorum & verticem capillorum ſit confracturus in quibus ambulant illi vt ſuis vacent iniquitatibus. Minus videor hoc nunc intelligere: ergo in hoc opere illud conſidera, quod mihi perſuaſerim Dauid apertis oculis inſpexiſſe: primò: *Confringet capita inimicorum ſuorum.* Spectat victoriam qua Deus de Pharaone, ducibus & exercitibus eius triumphauit, quos maris fluctibus omnes abſorbuit nemine excepto: nam turbati & confuſi ex aquarum conglomeratione, dum fugam meditantur, ibidem illos Deus marinis inuoluit fluctibus demergendos. Hoc canit Dauid *Contribulaſti capita draconum in aquis,* quod ſupra declarauimus. Quàm conſilij mentiſque inops ingemuit Pharao omneſque legionum duces, dum contra ſe fluctus vident vndequaque concurrentes atque in medio eos concludentes? Quantum turbatur Lucifer & omnes inferni principes huius mulieris lacrymas intuentes ex ambobus confluentes oculis, quæ omnes eorum vires & ſcelerum robur videbantur in medio velle concludere? Quam omnis conſilij & roboris expertes obſtupuerunt? Talibus etenim lacrymis neſcit potentiſſimus diabolus, totâ ducum infernalium conſpirante catervâ quid opponat. O quãta hæc victoria: in muliere & re adeo tenera, quales ſunt aquæ guttæ, omnes diaboli infernique præfocare potentias!

☞ 91 III. In capillis ambulat diabolus nos tentans.

Quia verò de his ſatis ſuperque diximus, trãſeamus ad ſecundum, quo dicit triumphum duxiſſe confringendo verticem capillorum, per quos inimici ſui delictis ſuis vacantes ambulabant: *Verticem Capilli inimicorum perambulantiũ in delictis ſuis.* Quid per hoc innuis? noueris eſſe vertices capillorum per quos inimici ambulant ad delicta ſua perpetranda. Ne tranſeas verbum illud *Perambulant* quod propriè de Domino dicitur per ciuitatem obambulãte quaſi propriam, vel de illo qui liberè per domum vt ſuam ambulat. Hoc verbo diabolus vſus eſt, quo ſignificaret quàm liberè per mundum vagaretur, vt eius Dominus abſolutus: ait enim: *Circuiui terram & perambulaui eam:* Dauid ſimiliter vt exponeret quàm inoffenſè, per domũ vt ſuam ambularet, ſic cecinit: *Perambulabam in medio domus meæ:* Quid ergo Dauid ſignificat? quænam ſunt iſta capita? qui capilli? qui vertices? quinam inimici per eos velut per proprium palatium ambulantes? varia & ad ſtuporem excellentia hic

*Iob.1. 7.*

*Pſ.100.2.*

SS. Patres congeſſerunt, verumtamen nunc D. Hilarij dictis adhæreamus: victoriam exponit, quam Deus de ſuis duxit inimicis eorum confringens calcanſque ſuperbiam; vertex hanc deſignat capillorum, eſtque is velut arrogantiæ tuæ erectum vexillum; Inimici perambulantes principes ſunt & poteſtates aeterni, qui caput tuum occuparunt: etenim illi regunt, gubernant, ducunt, inſtigant, mouent, poſſident, & turrim ibi locumque obtinent principalem in cuius dominij ſignum hæc erigunt vexilla, verticem ſcilicet capillorum per quos diſcurrunt, ad turpitudinem te prouocantes, luxuriam, inhoneſta deſideria, ambitionem cõtemptum, & ſuperbiam. Præſtat audire ipſum D. Hilarium: *Dæmonum ſpiritualem nequitiam atque naturam in eo quod capilli verticem perambulant, docet: dum & tanquam dominantes hominum capitibus inſiſtunt & tanquã nequitiæ ſpirituales ſine ſenſu eorum quibus inſiſtunt, ipſum illum capilli verticem proculcant, quia & ipſa ſcilicet corpora vſque ad animæ mentiſque ſedem ſine ſenſu adeundi intro labuntur, & penetrant: aeris enim huius ſunt poteſtates, & ideo capilli verticem perambulant, vel inſiſtendi leuitate vel poteſtate dominandi &c.*

*In pſ.67. Vide Bellar. in pſal. 67 & Paraphra. Hiſpa. Antonij de Caceres Epiſt. in Pſ.67.*

IV. Viros redarguit, effeminatos.

Quantus ſe hic campus aperit arguendi viros adeo effeminatos, & abiectos vt iam in ſe tranſtulerint inter alia mulierum pigmenta, id quod ipſis magis eſt proprium, curam ſcilicet verticis criſporumque capillorum. Apud omnes nationes & ſæcula temporum manet hæc cura mulieres, in quibus capilli ad decorem conſeruantur: etenim illis caput earum cooperitur, vt ait Apoſtolus ſignum memoratiuum illis, ſe caput non eſſe, ſed virum: ea namque de cauſa ipſe caput gerit apertum. Vnde miſeræ id quod ſymbolum eſt ſubiectionis, componere ſatagunt & inſtrumentum ſuæ facere pulchritudinis, atque proinde illæ ſemper circa hoc fuerunt occupatæ. Quæ tua hæc confuſio, vir effeminate, quòd ita ſeriò huic ſtudeas ornatui comamque nutrias; tibi expediret hæc facienti diſcingere gladium, palliumque abijcere, induere tunicam, colum, fuſumque arripere: væ tibi inquit Diuus Hilarius, per hanc etenim comam totus ambulat infernus te licet non ſentiente Proprium eſt crinibus licet viuant, non tamen ſentiant; & per illos immunda ſerpunt animalia nec tamen ea perſentis: ita per hanc tuam comam diaboli tranſeunt, qui te prouocant mouentque ad luxum, laſciuiam carnis ſpurcitias, ambitionem, ſuperbiam & propriam æſtimationem.

*1. Cor.11. 13.*

Sæpe-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Habetur in vita S. Sebaſtiani apud Surium To.1. 20. Ianua. p.467.*

V. Exemplum.

Sæpenumero ſtudioſe conſideraui quod contigit Illuſtriſſimo martyri Diuo Tiburtio inſigni diſcipulo Glorioſiſſimi Pontificis Cay cuius celebrem agit memoriam Eccleſia vndecima Augusti. Acerbam nimis patiebantur Chriſtiani Romæ perſecutionem: etenim ex mandato principum omnes occidi mandabantur. Conueniebant ad ædes particulares duce ſummo Pontifice, qui verbis eos lenioribus ſolabatur atque ad martyrium excitabat. Superuenit quidam illis nomine Torquatus ſe Chriſtianum velle fieri proteſtatus: porro vir erat qui nimia curioſitate capillos contorquebat comamque nutriebat qua ſui velut Narciſſus effectus feminas curioſius inſpiciebat. Acceſſit ad illum Tiburtius &c. ait: amice, non mihi bene ſapiunt curæ hæ tuæ, grauemque ingerunt ſuſpicionem tantæ de capillis tuis colendis ſollicitudines: vereor ne ficta tua ſit Chriſtiana profeſſio, dæmonemque caput tuum occupaſſe: *A beato Tiburtio Torquatus frequenter arguebatur, quod capillos ſuper apicem frontis, foris arte componeret &c.* Quid hocce Tiburti, an hoc tantam tibi adfert moleſtiam? an tanti mali hoc tibi prognoſticon? ipſe loquetur. Iuſtam hanc non ferens Torquatus D. Tiburtij reprehenſionem proponit illi diem dicere, & re ipſa coram præfecto Fabiano ipſum vt Chriſtianum accuſauit: porro nollem (inquit) vt intelligat quòd ego illum accuſauerim: quocirca nos ambos in vincula conijce. Egit hoc præfectus, & coram ſe productis Torquatum interrogat: qua tu præſumis audacia inter Chriſtianos adſcribi? numquid edicta principum ignoras: quod quicumque dijs ſacrificare renuerit moriatur? ego Torquatus nihil dico: adſtat hic Tiburtius mihi præceptor, & talis ſum qualem me inſtruxit. Conuerſus ad Tiburtium præfectus quærit: Audin' loquentem Torquatum? audio, inquit, & à multis diebus noui Torquatum ſe dicere Chriſtianum, ſed mentitur: nec enim eſt: argumentum autem quo conuincor, hoc eſt, quod opera illius non ſunt viri Chriſtiani, imo potius hæc illi ſunt moleſta, ieiunia, vigiliæ pſalmodia media nocte, carniſque mortificationes. Omne ſtudium illius cum tonſore eſt verticem illi crinium componente, quo benè conſtructo, erecto capite pompaticus incedit, vanus mulierum inſpectator: qui hoc agit, an ego illum credidero Chriſtianum? *Credisne vir illuſtriſſime, hunc eſſe Chriſtianum, qui in ſui lenocinio moliendo capitis, fimbrias admittit, qui tonſorem diligit, qui fluxum greſſum improbo viſu diſtendit, qui fœminas curioſius intuetur;* Hoc tibi perſuaſum ſit ô Præfecte, tales a Chriſto peſtes longiùs amandari, *Numquid tales peſtes Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos ſuos?* Non illum arguit luxuriæ, aut concubinatus, non accuſat vt adulterum, vt virginum ſtupratorem, vt puellarum ſeductorem, vt vitijs conſpicuatum, vt prædonem, vt iniuſtum, ſed vt vanum & curioſum crinium ſuorum cultorem, vt pompaticum, & mulierum ſpectatorem. An ergo tantum hoc malum? peſtes ſunt & animarum ruina nec illos ſeruorum ſuorum Chriſtus inſcribit Catalogo.

VI. Cultus capillorũ ianuam aperit peccatis.

Quænam mihi ſunt hæc præſagia, veſtri capilli in verticem erecti: nam per caput hoc illoſque crines ambulat diabolus, videturque ex illis eſſe de quibus ait Dauid à Domino hos eſſe confringendos vertices, hoſtium antra infernalium? *Confringet verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* An ergo nobis objicis non eſſe nos veros Chriſtianos, qui capillos in ſummum erigimus? numquid in ſtatu viuimus peccati mortalis, vel cura hæc talis eſt? tale quid non dico nec dici poteſt: etenim euidens eſt curam crinium ex ſe non eſſe peccatum mortale, porro iudicio ſanctorum magnæ indicium eſt vanitatis, & quæ diabolo portam aperiat, qua te ad mille peruerſa pelliciat deſideria, peccata, luxurias. Tandem quod dixi, non de meo dixi: ſanctorum enim eſt illa ſententia. Quod ſi hoc ita ſit, quid de ſenioribus dicemus, qui tanta moleſtia venerandos intingunt canos, quos talibus natura conceſſit, maturitatis indices & grauitatis, vt ab omnibus honorentur: & de illis qui ſibi capillaturam affigunt fallacem, qui tot ſingularibus ſtudent inuentionibus, quæ omnes eo diriguntur, vt fiat locus diabolis ambulandi in quo conceptas ſuas exequantur nequitias. Ceterum cum Pſalmiſta agat de triumpho quem Chriſtus in hac peccatrice de dæmonio retulit, oportet vt de eius capillis loquatur.

Hoc ſcitote mulieres, plura vobis dici non 92
poſſe, nec maiori eloquentia veſtram in cultu crinium reprobare poſſe curam ipſum Demoſthenem, Homerum & Ciceronem, formoſiſſimis licet vtantur rethorum floſculis, quam his quæ ex Regio Propheta intellexiſtis? plura referunt S. Patres de crinibus veſtris & ſtulta ſollicitudine illos comandi, ferro candenti criſpandi ad ſolem exponendi vt rubedinem contrahant, quo ſenſus veſtri veluti conſumuntur, caput aduritur, & in gehenna torquetur, vt elegantiùs criſpentur: quid referam lauatoria, balnea, lixiuia multò plura quàm ſi linum eſſet aut crabaſus; vnde

veſtræ

veſtræ oriuntur cephalcæ, diſtillationes, humorum fluxus qui vobis dentes eijciunt, redduntque carbunculos.

TERTVL. *L. de cultu femin. c. 6.*

VII. Crinium intinctio & criſpatio reprehendit.

Accuratè ſcripſit Tertullianus de feminarum ornamentis librum cui titulus: *De cultu feminarum*, & ſingulari capitulo tractat de capillis aitque de mulieribus Africæ, dolendum eſt, inquit, noſtræ Regionis mulieres tanto ſtudio croco vertere & irruffare capillos: enim beneficium agnoſcunt ſibi à Deo præſtitum cum illas in hac regione creauerit, ſed oſtendunt quòd ipſas pœniteat, à Deo creatas non fuiſſe Flandras ſiue Germanas: *Video quaſdam & capillum croco vertere pudet eas etiam nationis ſua, quod non Germanæ aut Gallæ ſint procreatæ; ita Patriam capillo transferunt.* Quid tibi perſuades (interrogat) dum croco capillum vertis & inſtar ignis flammeſcere deſideras? vt verum dicam ipſa in te fers ſententiam, & flammas inferni tibi præſagis fore ſupplicium: *Male ac peſſimè ſibi auſpicantur flammeo capite.* Hoc Tertulliani dictum aſſumpſerunt D. Cyprianus & D. Hieronymus D. Cyprianus libro de diſciplina & habitu virginum, quas honeſtū docet ornatum, inter alia hæc illis ſuadet, vt ab omni cura inficiendi capillos abſtineant qui namq; hoc rubro coccino illos intingunt inferni ſibi auſpicantur flammas inextinguibiles:

D. CYPR.

*Audaci conatu, & ſacrilego contemptu crines tuos inficis malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris & peccas, proh nefas, capite id eſt corporis parte meliore.* D. Hieronym. nobilem docens matronam Lætam modum filiam educandi ſic ait: *Ne capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris.* Hoc alij vobis SS. PP. inculcant.

D. HIER. *Ep. 7. ad Lætam de inſtit. filiæ ante med. Tom. I.*

VIII. Crines Abſalonis graues ei moleſtias pepererunt.

Alij dicunt capillos veſtros ſimiles eſſe Abſalonis, qui quamuis aurei eſſent, eiuſque pulchritudinis pars maxima, tamen tantodum viueret ex illis dolore torquebatur, vt in continuas prorumperet querimonias; ex quibus etiam tam infauſta morte parricida in quercu ſuſpenſus, occubuit illi namque crinibus innexus triplici lancea transfoſſus interijt. Veſtros intuemini capillos, concedo; ſed quos capitis dolores dum viuitis vobis afferunt, quas ſollicitudines, quas curas, quas diſtillationes, quas cephalias, quas vertigines? vt ante diximus; & quod peſſimum eſt, quanto vos extrema mortis hora cruciatu dilancinant: etenim propter illos cor veſtrum timor transfodit reddendæ Deo rationis de tempore in illis inſumpto inutiliter, de laqueis contextis ad aues capiendas inſipientes. Hinc colligit Diu. Hieronymus rationem

*Ep. 48. ad Sabinianum.*

ceremoniæ, qua S. vtitur Eccleſia, quæ virginibus & viduis Deo ſe conſecrantibus primò omnium crines detondet. An ergo non dixit Apoſtolus mulieris eſſe comam alere? dixit vtique ſed vt illa caput contegat; quia ob prævaricationem alligata, caput ſuum debet cooperire: porro quia conſtat capillorum cultu, multam illis ingeri ſollicitudinem qua diſtrahuntur, tempuſque perdunt, conſultum eſt, vt ab his liberentur, capillos illis deradere, & vt eorum loco velo caput contegatur: celebris eſt hæc Eccleſiæ ceremonia.

XI. Cur Sacræ virgines tondeantur.

Hæc & alia SS. PP. dicunt: verumtamen quæcumque dicant, nullus eorum, nec omnes ſimul, tantum dicunt ſuis omnibus rationibus, quantum Propheta Regius quatuor his verbis: *Verticem capilli inimicorum perambulantium in delictis ſuis.* Comam alite, crines intingite, in faſciculos componite, huc & illuc diſpergite, vertices erigite, maioribus machinis quam inuenit Iulius Cæſar & ſcripſit Vitruuius, vt bellicæ erigantur machinæ: hoc illis agitis, porticus extruitis, quas diaboli perambulent: cum enim caput veſtrum poſſideant ſintque illius Domini, per illud velut per propriam domum liberè diuagantur: *Perambulantium* vt hinc moueant vos & inſtigēt ad delicta, peccata, & flagitia: ex veſtris verticibus ramos conſtant venatorios, quibus inſidentes echo formant, qua ſtultos capiant paſſerculos: quia in vobis præ cæteris eminent iſti crinium vertices, quos diabolus vt nequitiæ ſuæ vexilla in altum erigit. Obijcies non hoc ſentio, non aduerto, an non ergo vides inquit Diuus Hilarius capillos ſenſu non pollere? *Nequitiæ ſpiritualis ſine ſenſu eorum quibus inſiſtunt, ipſum illum capilli verticem proculcant.* Nota eſt (ita Diuus Gregorius Nyſſenus) natura capillorum, quod viuant, ſed non ſentiant: *Capilli capitis peculiarem quandam & diuerſam à toto corpore naturam habent, nam cum corpus vniuerſum vis ſenſibilis gubernet, ſolos capillos videmus & partem corporis eſſe, & ſenſu carere: vnde nec vſtione, nec ſectione dolorem percipiunt.* Feminam illam conſideras incompoſitam cuius capillos immunda percurrunt animalia, tibique horrēda & ais: quo modo ſuffert illa per caput ſuum talia repere animalcula? ne mireris; cum enim crines ſenſu careant, quantumuis multa capillos percurrant, illiſque ſe profundiùs ingerant, nihilominus illa non ſentit. Ita tibi contingit ex mente Diui Hilarij: bone Deus? vtinam ille nobis aperiret oculos, quantos tales videremus inimicos infernales, verticibus veſtris criſpiſque inſidentes,

93

D. GREG. NYSS. *Ho. 15. in illud Cant. Coma tua velut greges.*

X. Capilli viuunt ſed non ſentiunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dentes, capillis caput tuum poſſident, varam te reddunt, ſtultam, audacem, tot deſiderijs flagrantem, vt quis te videat, omnibuſque placeas quos vides, teque qui ſpectant! quam liberè pateris illos per hoc caput diuagari in quo ſinguli tales quales deſiderant excitant tibi cogitationes.

XI. Victoria Chriſti de capillis Magdalenæ.

Hæc igitur (Pſallente Dauid) inſignis erit victoria & ingens Chriſti triumphus dignus cantari celebrius, quô capita inimicorum ſuorum confringet in aquis, ſibique victa ſubijciet, nec non pedibus ſuis proſternet verticem capilli flammei & criſpati, in quo delectabantur inimici. *In delictis ſuis*: Coram ſe vertices illos erectos deijciet, de quibus propugnacula conſtruebant, vt ſagittas cõtra animas eibrarent ardentiſſimas. Non capio myſterium, ecce tibi mulier in ciuitate peccatrix. O quam clarè & diſtinctè cognouit quibus hi ſibi vertices capilli ſeruierant, cognouit quod erectos illos coccoque tinctos in propugnacula extulerat inimicis, ex quibus bellũ indixerant, & ad infinita carnis peccata, & impudica eam allicientes deſideria: conſiderabat, quôd quantos vertices conſtruxerat, tot diaboli antra præparauerat: illos igitur pedibus proſternit Saluatoris vt de omnibus his triumphet inimicis, calcibuſque eos conculcet: nouerat etenim hoc eſſe principale, magiſque viſibile vexillum quod Pharao tartareus eiuſque duces extulerant & prælijs ſuis atque incurſibus contra animas erexerant aptiſſimum. Omnibus luce clariùs pateat ducis huius victoria cœleſtis, qui pedibus ſuis hæc inimicorum ſuorum vexilla proſternit. Triumphus hic quo nullus inſignior.

XII. Allegoria de victoria Ioſue.

Voluit Spiritus S. vt omnes intelligerent quam inſignem Ioſue retulerit victoriam de barbaris illis feriſque gẽtibus Chananæis & Amorrhæis &c. tanta taliſque fuit hæc, vt eam Deus reddiderit celebriorem, cum ad Ioſue vocis imperium procurrentes ſolis currus detinuerit donec illos integra clade deleuiſſet. Proſtratis iam aduerſarijs ait Ioſue: vnum nobis ad victoriæ plenitudinem deficit. Quinque Reges manus noſtras effugerunt, & abſconditi in ſpelunca latent: vos ite, eoſque foras producite: tendunt eò foras producunt, illos Ioſue comprehendit, & principes populi Dei conuocat, atque illis: eia agite: *Ponite pedes ſuper colla regum iſtorum.* Ita nunc præcipui horum inimicorum ſunt hi Reges, & quod

*Ioſue 10. 24.*

in illis ceteris eminet, ſunt eorum capita, illa pedibus veſtris proſternite, qui ſunt pars infima corporis & minoris in vobis æſtimationis: ita vt pateat, ei ſubiectum, quod in vobis eſt minimum, totum illud quod in illis eſt maximum. Hæc eſt, ita hæc eſt victoria celeberrima & quam modo Chriſtus refert de diabolo. Eius arma præcipua erant hæc mulier: excelſius in illa ceteris erat caput, & capitis altiora capilli: pedibus illi proſternantur, & ſic confringantur: *Vertices capilli*, vireſque præcipuæ diaboli ſubijciantur illi, quod in Chriſto eſt minimum, eius nimium pedibus: *Cum capillis abſtergeret pedes eius* (ſic audio D. Chryſoſt.) *honorabilius in toto corpore membrum, caput dico ſuum, pedibus Chriſti ſubijciebat.*

*D. Chr. Ho. 81. in Matt. circa prin. Tom. 2.*

## §. 134. Oſculabatur pedes eius. *Per oſcula ſe pacem velle proteſtatur, & animæ ſuæ ſitim exponit, os ſuum applicans fontibus pedum Chriſti cæleſtibus.*

OSculabatur pedes eius. Plurima continet hæc actio Sacramenta, & ſi ea conſiderare velimus quæ Spiritus S. indicat per tria genera oſculorum pedum, manuum & oris, noſipſos illis mergemus. Illa pluribus locis proſequitur D. Bernard. præſertim explicans illa verba quibus ſponſa cœleſtis ſua cum ſponſo ſuo orditur colloquia amantiſſima: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Porrò Laconicè quædam attingemus. Primum ſit: hoc actu peccatorum poſtulat indulgentiam, ſuam agnoſcendo culpam: hoc enim intereſt (inquit D. Bernard.) inter ſeruum, qui Dominum ſuum offendit, & pauperem qui ab illo beneficium accepit: quod hic benefactoris manus exoſculetur, ille verò ad pedes corruat eos oſculaturus: *In omnibus quidem ita eſſe videmus, ſeruos videlicet offenſorum Dominorum oſculari ſolere pedes, cum ab ipſis veniam petunt & pauperes diuitum manus, cum ab eis munus accipiunt*: Secundùm ſit: proteſtatur ſe cum illis pedibus pacem velle: etenim manifeſtè, teſte eodem D. Bernard. *Oſculum pacis indicium eſt*: & per hoc proteſtantur homines ſe pacem præferre: quinimo perfidus ille diſcipulus Iudas vt oſtenderet quod pacificus adeſſet petijt oſculo Saluatorem.

94 ☞ *D. Bern. Ser. 3. & 4 in Cant. Cant. 1. 1.*

I. Varia explicatio oſculorũ.

Inferunt Chriſto bellum peccatores, illum offendunt, atque tot in illum vibrant lanceas acutiſſimas, quot peccata committunt mortalia. Cognouit noſtra peccatrix quo bello Chriſtum offenderat: iam patefacere conatur, ſe nihil aliud optare quam pacem, idcirco: *Oſculabatur pedes eius.* *Oſculum pacis indicium eſt*, omnes nouimus. Porrò autẽ ſi vt Scriptura loquitur, peccata noſtra ſeparant inter nos & Deũ, tollatur de medio,

quod intereſt. & pax erit. Tertium adfero: probare vult totalem animæ ſuæ in Chriſtum reſignationem. Oſculum ſic habeo ex D. Bern. fit ſub-
D. BERN. mittendo duo labia: *Habet & anima duo labia,*
*Ser. 34. ex* *quibus oſculatur ſponſum ſuum, ideſt, rationem &*
*paruis.* *voluntatem.* Plures inuenio qui pedes Domini vni-
II. co tantũ labio obſculantur, nimirũ intellectu, ſe
Duobus illi per fidem ſubmittendo, ſed altero diabolo ad-
labijs de- hærent, mundo carniſque voluptatibus. Non eſt
bet oſcu- hoc perfectum oſculum. Tale vero dicimus huius
lũ infigi. eſſe peccatricis: etenim illi rationem reſignat & voluntatem, & vnum atque alterum labium pedibus eius infigit ſacratiſſimis, illiſq; coniungit, proteſtata quòd ibidẽ cõprehendat, quidquid ſuo cõplectitur intellectu, vt dicere ei liceat cum A-
2. Cor. 2. 2 poſtolo: *Nihil iudicaui me ſcire inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum:* & quidquid ſuapo eſt voluntate amare & concupiſcere. Conſequẽter illâ denotat ceremoniâ celebrem victoriã, quam prædicente Spiritu S. per Iſaiam Chriſtus de mundi Principe erat relaturus, quòd ſcilicet eos illi eriperet, qui illi erant maximè proprij & dedicati, ſuiſq; pedibus tanto ex affectu proſterneret, vt os illi infigentes puluerem eorum lam-
Iſa. 49. 23 berent humillimi: *Vultu in terrã demiſſo adorabũt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Tunc apparet ciuitatem à duce ſuperatam, quãdo portas illi aperiunt ingreſſuro. O quàm rebellis ciuitas erat huius cor peccatricis? Caſtrũ in rupe ſitum, quod eo modo, quo dicemus, ſecura inhabitabat. Euincit ſuperatq; illud Chriſtus diuini verbi ſui efficaciâ, ſibique ſubijcit. Vnde hoc cognoſcemus? Ecce portas illi fortalitij dilatatas aperit. Porta cordis primaria, lingua dicitur, vt ipſe Dominus
Matt. 15. 18. declarat: *Quæ procedunt de ore, de corde exeunt.* Illas aperit Chriſto, & apertas diuinis eiuſdem offert pedibus, illos nimirum humiliter pièque exoſ-
Hom. 1. in Cant. culando.

D. Gregorius Nyſſenus aliam adducit ratio-
III nem: ſcilicet in hac muliere ortam fuiſſe anxiam
Sitibunda viuamque ſitim: nouerat autem fontem aquarum
currit ad viuentium, quò ſitis ſua poſſet refrigerari, hos
pedes Do- eſſe pedes Saluatoris; huc accurrit, hic ſe pro-
mini. ſternit, & prono pectore cernua labia & os illis
IV. affigit dulciſſima. Explicat nobis Spiritus S. ſitis
Similitu- efficaciam, & anguſtias quas cauſat intolerabiles
do. ex eo quod cernimus in viatore ſitienti. Proficiſcitur hic per arentia deſerta æſtiuo tempore, dum ſol igneos in terram emittit radios, quibus in eo tam vehemens ſitis accenditur, vt totus Argus factus quaquauerſum deflectat oculos, vnde ſibi potum aquamque conquirat. Itaque ſtagno occurrit lutoſo, vermibus magis horrido, quam aquis accepto, ad illud exanimis accurrit in genua ventremque ſe proſternit, & toto bibit ore lympham quantumuis lutoſam: *Viator ſitiens* Eccli. 26.
*ad fontem os aperiet, ab omni aqua proxima bibet.* 15.
Frater mi quid agis? Perpende aquam eſſe lutoſam, corruptam ſcatentemque vermibus. O Domine! ſatis liquet incognitam tibi eſſe ariditatem, quâ me ſitis vrit æſtuantiſſima. Quòd ſi hic ſiti flagrans ardiſſima, fontem inueniret limpidum, ſplendidum, recentem quid ageret? quantò animô illi os patulum admoueret. *Ad fontem* Pſ. 41. 1.
*os aperiet.*

O Magdalena, quantam in corde tuo ſitim ſol 95
ille diuinus radijs ſuis excitat amoris ardentiſſi- V.
mi. Liceat tibi decantare peccatrici, cum antiquo Sitis ce-
illo peccatore Dauid: *Quemadmodum deſiderat* rui ardẽ-
*ceruus ad fontes aquarum.* Explanat hæc verba tiſſima
D. Auguſtinus & ipſe peccator non minimus, & Vnde o-
explicare potuit doctus experientiâ: notat autem ritur.
inter eos qui ſiti laborant, ceruos ſiti, ſic vt nihil ſupra, areſcere feruentiſſima: etenim natura ſunt calidiſſimi eiſque ſanguis bullit in venis feruentiſſimus, quò cor illis exuritur: huic accedit ignis veneni ſerpentum venenatorum, quos certo tempore depaſcuntur: vt autem illorum venenum ignis eſt, cum illos deuorauerunt, & ſtomachus iam digerit, igne ignem accendente ſitis excitatur ardentiſſima, quâ exæſtuantes anguſtijs preſſi mortalibus aquas inquirunt refrigerantes. Sicut autem ſitis oritur ex digeſtione ſerpentum, quantò illos & venenum amplius digerunt, tantò prouocatur ſitis in illis ardentior.

Quàm eſt expreſſum hoc peccatoris ſymbolum ſed pœnitentis? quo calore in ſe feruet ex igne concupiſcentiæ ſuæ, quo exuritur, vt ſumma requirat aquas diligentia: ſenſualis aquas quærit voluptatum: auarus facultatum: honorum ambitioſus: ſed aquæ tales ſunt, quæ teſte ipſa veritate ad Samaritanam, quando hauriuntur non tam ſitim extinguunt, quàm prouocant vehementius. Hac excitati ſerpentes edunt mortiferos, hos eſſe peccata dixeris. Quanta his veſcuntur voluptate? quàm velociter hæc deglutiunt? Vt autem hoc Iob exponat, non ait, quod illa comedant, ſed bibant: *Bibunt quaſi aquam ini-* Iob 15. 16.
*quitatem.* Hoc illis alimentum eſt ſapidiſſimum. Quibus, obſecro, tuum exples appetitum niſi ſerpentibus, ideſt immundis & execrandis impudicitijs? quid palato tuo ſatisfacit, niſi viperæ voluptatis carnalis, lucri iniuſti, furti & proditionis? venenum non percipit ceruus, donec illud incipiat digerere. Cur venenum tuæ haudquaquam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam ſentis profanæ ſenſualitatis? quia illud minimè digeris, aut attendis quid agas, quem offendas, quid perdas, qui lucreris, quàm miſerando te ſtatui exponas, & quàm horrendo diſcrimini perditionis.

VI. Tali; ſitis expetitur in peccatore.

Vtinam quod comedis digereres, atque intus in ſtomacho animæ tuæ operante intellectu decoqueretur. Sed qui hoc faciat, inuenio neminem: *Nō eſt qui recogitet in corde ſuo, & dicat: quid feci?* Quocirca nulla ſalutis tuæ ſiti exæſtuas.

Hiere. 12. 11.

Quando peccator hanc incipit facere digeſtionem, tunc ſitis exardeſcit, & tanto feruentior, quantò digeſtio eſt efficacior: *Serpentes vitia tua ſunt* (ait D. Auguſt.) *conſume ſerpentes iniquitatis, tunc amplius deſiderabis fontem veritatis.* Qualis de ſuili porcorum ſurrexit prodigus quàm primùm hanc cœpit ſerpentum, quos deuorauerat facere digeſtionem? quantâ prouocatur aquarum ſiti, quibus paterna domus ad luxum abundabat: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo:* Talem ſe Dauid conſiderabat, & talem hanc ceruam attende: eius etenim alimentum peccata fuerant ſerpentina: non illa digerebat, non conſiderabat; ſed quàm primùm eam Deus illuſtrauit, ſuumque miſerum perpendit illuminata ſtatum, ardentiſſima in illa ſitis excitatur, quâ viſcera ei corroduntur. Vt cognouit aquarum viuentium fontem in domo ſcaturire Phariſæi, protinus accurrit & vultu in terram demiſſo canales illos aquarum amplectitur, pedes inquam Chriſti ſacratiſſimos.

Luc. 15. 17

VII. D. Clemēs aquā ſitiētibus à Deo impetrat.

D. Clemens Pontifex cum alijs millenis Chriſtianis ad effodienda metalla damnatus, in inſula quadam aridiſſima, ſiti cunctis pereuntibus, Deo ſupplices obtulit preces, vt populo ſuo tribueret optatum aquæ refrigerium. Et ecce Dominum videt ſub agni figura: *De ſub cuius pede fons viuus emanabat.* O cœleſtes aquæ gratiarum, conſolationum, indulgentiarum, remiſſionum de ſub huius pedibus emanantes? Illæ vtique ſunt aquæ pedum, id eſt perpetuæ, ſanæ, diuinæ. Has inquirit hæc cerua ſiti feruentiſſima: *Fons eſt Dominus*, ſic audio D. Gregorium Nyſſenum, *qui dixit: ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat: propterea anima vult ſuo ore vitam haurientē os admouere dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui.* Totus Chriſtus fons eſt aquarum viuentium, emanantium de oculis eius ore, manibus, pedibus, ad vſque veſtimenti fimbriam: *Virtus de illo exibat & ſanabat omnes.* Quàm viuentem tribuit aquam Diuo Petro, Andreæ, Iacobo, Ioanni, quando in mari piſcabantur Galilææ? quantum Petro ſubſidium præſtitit, dum tempore Paſſionis trina Chriſtum negatione eiuraret: *Reſpexit Dominus Petrum.* Qualis aqua ſcaturit ex ore eius, doctrinæ ac verborum quæ vitæ ſunt principium? imo & ipſa ſaliua remedium erat cœleſte. Quantam effudit de manibus aquam: dum illis mortuam apprehendit puellam, illamque viuam in pedes erexit, & ſocrum Petri febricitantem, perfectæ reddens illam incolumitati? Porrò pedum illius aquæ propriè conueniunt peccatoribus, ex mente D. Bernardi: quamuis enim ſponſa os ſuum ori ſponſi deſideret applicare, & aquam ex eo ſcaturientem haurire dulciſſimam, aptè tamen concurrunt ad pedes peccatores, vbi viuentes aquæ ſunt, in criminum ipſorum remiſſionem ſi humilitate acceſſerint profundiſſima. Huc feſtina conuolat hæc cerua, & huic proſtrata fonti os aperit ad hauriendum: *Oſculabatur pedes eius.*

Ho. 1. cit.

Luc 6. 19.

VIII. Similitudo.

Pertulit aliquis horrendam pelagi tempeſtatē, quâ naufragium triſte paſſus eſt opum ſuarum, diuitiarum, monilium, omniumque bonorum, deinde ſeipſum millies ingemuit periculo proximum ſubmerſionis, dum illi mare tot hiantia oſtendit ora quibus eum deglutiret, quot deſcenſus vidit & abyſſos ex elatis in aëra fluctibus. Quando tandem dexterô Deô ſaluus his eripitur abyſſis & in terram deſcendit, tanto cor illi gaudio cumulatur, vt ſibi credere vix poſſit, vnde prono pectore in terram corruit, eam oſculatur, & exclamat: non amplius mare, mare non amplius, nec ab oſculando terram ſatiari poteſt, illam vtique locum arbitratus eſſe ſecuriſſimum. Quantam paſſa eſt Magdalena tempeſtatem? quantorum pertulit bonorum naufragium? Iacturam incurrit gratiæ, amicitiæ Dei, donorum Spiritus S. diuitiarum cœleſtium, ad nominis vſque ſui dignitatem, quâ valebat plurimum, illaque ita priuata ſqualluit, vt communi nomine peccatrix audiret. Quibus non periculis expoſita nauigabat, ad ſingula momenta abyſſis demergenda cruciatuum, ignisque ſempiterni?

IX. Vitæ noſtræ fragilitas.

Videbatur alius ita manifeſto exponi periculo vt quo maris fluctibus abſorberetur, non niſi claui aliquem deficere, vel duorum digitorum tabulam deſtringi eſſet neceſſarium. Quàm multò fragilior eſt vita noſtra, & quàm multo faciliùs eſt nauim corporis noſtri diſſolui, quâ vehitur anima. Non ſæui requiruntur turbines, non decumani fluctus, non horrendæ tempeſtates. Aliquando vel minimus ſufficit flatus venti, calix aquæ, & aliquando res ita parua vt quantumuis attendant, & nauim inueſtigent, expertiſſimi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quique, non inueniant, quod illam potuerit aquis immergere perituram. Vtinam hæc miſeri ſedulò cogitaretis; vtinam vobis Deus oculos aperiret, & oſtenderet, quàm proximi ſitis vt in profunda corruatis, & quàm parum ad hoc requiratur. Hæc omnia noſtra cognouit peccatrix. Ad terram proſilit tutam & conſtantem, ad pedes inquam Saluatoris, hic reſidet, hic pedẽ firmat, hic moratur, & demiſſo capite mille eos baſiis oſculatur, inclamans: numquam mare, mare numquam. Heu quâm infauſto nauigaui ſidere, quantam paſſa ſum tempeſtatem, & quanto iactata infortunio.

§. 35. Vnguento vngebat. *Vnguentum fragrans fœtorem diſſipans peccatorum, & quod pectus Domini mitigat, vnguentum eſt contritionis compoſitum vt ait D. Chryſoſtomus.*

96 Lib. 36. c. 8.

ATtulit, inquit Euangeliſta, ſecum alabaſtrum vnguenti pretioſi. Vocatur *Alabaſtrum*, quia componitur ex alabaſtro, non illo communi; ſed ex lapide quem vocat Plinius Alabaſtrites; magni pretij, ex quo vaſa conficiebantur ſeruandis vnguentis primis opportuna: cum ita ſolida ſint, vt nullatenus transfluant. Opinor autem, quod hanc ob cauſam D. Cyprianus nominet hoc vas vitreum, nõ quod vitreum ſit, ſed quia tranſparens eſt & ſolidum. Erat autem tale vas vnguento plenum tanti valoris, vt referat Herodotus, quod Cambyſes Rex Perſarum, omnium quos fama celebrabat, ditiſſimus, vnum miſerit vt munus digniſſimum Regi Æthiopiæ illuſtriſſimo. Quod autem Magdalena deferebat compoſitum erat ex ſpica Nardi, de quo teſtatur D. Clemens Alexandrinus quòd inter omnia vnguenta præcelleret atque de eo vt tali ſingulariter agit Plinius ex quo patet illam mulierem fuiſſe primariam, & opulentam, quandoquidem talia non haberent vnguenta, niſi dignitate eminentiores: hæc autem non vnum dumtaxat tale, ſed multa habebat: cum non ſolum nunc illam notemus ſimili Alabaſtro vnguenti vſam ad Chriſti pedes inungendos, ſed poſtmodum denuo reuerſa ſit idem perfectura in illa cœna, quam ſextiduo ante mortem peregit in domo Simonis leproſi in Bethania, vbi illa quoque ſubuenit altero vaſe Alabaſtri vnguento piſtico pleno, illudque ſupra pedes caputque Domini liberaliùs effudit, vt autem tantò flueret abundantiùs, illud confregit; indicium patens

Libr. de menſuris. Apud Baro. Tom. 1. Annalium An. 32. cap. 27.

Lib. 2. Pedag. ca. 8. Lib. 13. Natura. hiſt. c. 3.

I. Oſtenditur Magdalena mulier fuiſſe primaria.

illud fuiſſe tenerrimum. Vnde liquet quàm diuerſum fuerit vnum ab altero: quia vnum eorum, vt dicit Suidas ſeruabatur integrum; & Conſtantinus Magnus ſtatuit illud Conſtantinopoli in loco publico cum aliis reliquiis, & poſtmodum Theodoſius Magnus alio loco repoſuit, vbi maiori reuerentia cuſtodiretur.

Apud Baro. cap. 27. cit.

II. Inſolitum erat vti vnguẽtis.

Hanc SS. PP. admirantur actionem huius mulieris: erat etenim præter morem nec vnquam vſu frequentatum, vt pedes lauarentur, & pretioſis lenirentur vnguentis. Verum quidem fateor, vt refert Athenæus quòd apud Græcos hic vſus viguerit: erant etenim deliciis ſupra modum addicti: cuncta quippè corporis membra particulari mulcebant vnguento: quocirca varia habebant vnguenta, quædam pedibus, alia manibus, alia tibiis, alio collo, temporibus alia conſecrata, quod auctor modernus quidam proſequitur. Verumtamen opinor quòd inter Romanos hoc omnino fuerit inſolitum, hoc autem indicat Plinius dicens: *Vidimus etiam veſtigia pedum tingi, quod Marcum Othonem monſtraſſe Neroni Principi ferebant.* Erat vero Nero vt omnis immanitatis, ita & deliciarum monſtrum execrabile. Quod ſi Iob produxeris virum antiqui temporis; qui teſtetur adeo copioſam ſibi quondam affulſiſſe proſperitatem, vt pedes ſuos butyro inungeret: *Lauabam pedes meos butyro.* Reſpondeo, quòd iſto modo loquendi notare voluerit abundantiam lactis ac butyri, quâ domus illius vberrim affluebat ex multiplici boum ac ouium numero: Septuaginta legunt: *Fluebant viæ meæ butyro, & montes mei fluebant lacte.* Eâdem loquendi formulâ vſus eſt Moyſes, quâ deſignet olei ſuperaffluentiam, quâ tribus Aſer potiretur: *Aſer tinget in oleo pedem ſuum.* Similis eſt hic vulgaris loquendi modus, quo diuitis ſignatur opulentia nemini comparanda. Voluit inter pedes denarios.

Vide Baro. Tom. 1. Ann. An. 32. ca. 27.

Vide Pined. in 29. Iob 2. 6. lib. 15. c. 3.

Iob 29:6.

III. Quid ſit quod Iob butyro pedes ſuos lauit.

Deut. 33. 24.

Dico ſecundò: Licet Iob butyro pedes ſuos intingeret; non tamen vnguentis pretioſis: etenim erat hoc Hebræis inuſitatum: vnde licet inueniamus, quòd in epulis feſtiuioribus, & recreationibus pedes lauarentur, verumtamen numquam ad eorum lotionem vnguenta proferebantur pretioſa. Caput quidem vnctum fuiſſe concedo. Vnde David diuino myſterio conuiuium exprimens, quo Deus illum excipiebat: *Paraſti in conſpectu meo menſam, &c.* Vnctionem non adducit pedum, ſed tantum capitis: *Impinguaſti in oleo caput meum.* Atque in præſenti occaſione Chriſtus mulieris huius prædicaturus actiones, & Simoni Phariſæo hoſpiti ſuo defectus propoſiturus.

Pſal. 22:5.

ſiturus quos commiſerat, non illi obiecit, niſi hoc dumtaxat: *Aquam pedibus meis non dediſti: oleo caput meum non vnxiſti.* Quinimo hinc anſam inſatiabilis arripuit Iudæ cupiditas obloquendi, atque in hanc mulierem excandeſcendi: cenſebat enim expenſas eſſe ſuperfluas, & inſolitas.

IV. Magdalena, Chriſtũ vnxit vt Deum. D. CHR. *Ho. 81. in Matth. circa prin. Tom. 2. Ioh. 3. 31.*

Quid agis ô piiſſima Magdalena? quis te talia docuit? Quis excitauit vt tali Prophetam hunc impinguares vnguento, quandoquidem nullum ſcimus mortalium tali fuiſſe vnguento delibutum? Ne miteris, reſpondet D. Chryſoſtom. tibi namque reſpondebit, virum hunc omnibus longè præcellere mortalibus: quia cœleſtis eſt: *Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt.* Homo eſt, verum ſic homo, vt pariter ſit & Deus, & hoc tali contentatur vnctione: *Merito de animo atque affectione ipſius erga Ieſum, quiſpiam admiratur, tamen non hominis modo attulit honorem, ſed maiori cuidam, ſupraque hominem.* Dei probè nouerat conditionem, quòd libenter odoribus reficiatur.

V. Deus ſibi complácet in bonis odoribus.

*Gen. 8. 21.*

Non parum admiramur, cum D. Chryſoſtom. quàm euidenter Deus oſtendat hos ſibi gratos eſſe, & quam ſedulò illi hos offerant, qui ſtudent Deo gratificari. Quando iam olim corruptionem fœtoremque carnis per diluuium abſtulerat, egreditur Noë de arca cum vxore & filijs, & ecce primò omnium erexit altare, Deoque de auibus gratum obtulit holocauſtum: teſtatur autem Scriptura ſummum Deo præ ceteris eius odorem placuiſſe ſuauiſſimum: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis:* vbi ſic D. Chryſoſt. *Nidorem & fumum ſuſcepit.* Quando Iacob donum illud cœleſte accepit diuini promiſſi, dum illi Deus myſticæ innixus ſcalæ apparet, illico conuulit oleum velut vnguentum odoriferum, illudque effudit: *Iacob titularem lapidem Deo inunxit.* In lege veteri, valde pauca illi magis placebant in ſacrificijs, quàm oleum odoriferum, quo illa perfundebantur: volebatque vt ſacerdotes fragranti tingerentur oleo: quando autem ſanctificandi erant ad ſacerdotale miniſterium, ad hoc ſingulare præcepit componi, idque pretioſiſſimum, dictumque eſt: *Vnguentum ſanctificationis. In ſacrificijs oleum offerebatur, & ſacerdotes vnguento vngebantur.*

VI. Altaris aromatũ erectionis ratio.

Venerabilis fuit illa diſpoſitio altarium diuini Tabernaculi, nam quia in eis aues & animalia iugulabantur, vnde nimio ſanguine mergebantur; qui, ſicut de viuentibus erat corruptibilibus corruptus intolerabilem fœtorem excitabat, ſingulare propterea conſtituit altare odoramentorum, quæ præcepit ex pretioſis componi aromatibus: erant etenim eximia & primæ ſpeciei aromata, quæ dicebantur *Thymiama*: vt ſi graueolentus ſit ſanguinis odor, tantò ſit gratior ſuauiſſimorum aromatum fragrantia. Quid hoc Domine? Vtinam intelligeres quàm grauem Deoq; ingratum peccata exhalent odorem! Expendit D. Gregorius Nyſſenus plagam ranarum, quæ ſecunda fuit, & intolerabilis, erantque vt clamoroſæ ita ex fœtore moleſtiſſimæ, & in menſam ipſam, in qua Pharao veſcebatur importunæ inſiliebant: imo ipſa ſtragula, & lectorum obſidebant puluinaria, vt quietem dormientibus haudquaquam tribuerent. Igitur Moyſen deprecatur, vt à Deo ranarum impetret exterminium. Orant Moyſes & Aaron, & à Deo pro Pharaone exaudiuntur: *Fecit Dominus iuxta verbum Moyſi, & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris: congregaueruntque eas in immenſos aggeres, & computruit terra.* Legunt alij iuxta Lipomanum: *Fœtuit terra, id eſt repleta eſt fœtore.* Quia ſecundùm antiquam traditionem teſtantur Philo Iudæus & Ioſephus: *Ex ranis mortuis fœtorem intolerabilem exhalaſſe.* Quid igitur credis, inquit D. Gregorius Nyſſenus quod dum peccata in te deles, & per pœnitentiam moriuntur grauem non exhalent ſpiritum? *Hoc ita fieri videmus in hac vniuerſi generis hominum à diaboli liberatione: nam qui prauis cupiditatibus, quaſi ranis immundis tabeſcunt, ſi ad verum legiſlatorem Chriſtum reſpexerint, & eum manus in cruce verè extendiſſe crediderint, facile à in habitatione ranarum liberantur. Mortificato morbo huiuſmodi, ac putrefacto, quippe cum liberatus ab iis prauis cupiditatibus homo fuerit de victorum, quâ peſtifera cupiditate victus eam miſerat, acerba nimium ac fœtida ſit recordatio, amaritudinem ex pudore ingentem adferens, vt ad eos Apoſtolus ait: qui repudiata male viuendi conſuetudine fructum complexi ſunt. Quem igitur fructum in iis habebatis, quorum nunc vos pudet?*

*Apud Lypo. Exod. 8. fol. 60.*

VII. Ranarum plaga ex fœtore moleſtiſſima.

*Exod. 8. 13.*

D. GR. NYSS.

VIII. In cõtritione fœtent etiam peccata.

Contemplemur Magdalenam erectum tot altarium tabernaculum, quot anima potentijs gaudebat, quæ hoc vnicum intendebat, vt vniuerſalem quandam omnium animalium & auium, quæ in ipſa viuebant dedicaret internecionem. Hæc autem eſſe peccata dixeris, tam enormia, tamque varia, quædam inhoneſta ſenſualitatis, quæ dicebantur carnalia, per animalia præfigurata quæ per terrã incedunt: alia fuerunt ſuperbia, inuidia, vana gloria & ambitio, quæ dicuntur ſpiritualia, per aues deſignata. Hæc omnia trucidauit. Perſpectum autem illi eſt eorum ſanguinem ingratum adeo fœtorem exhalare & putredinem, vt cum Dauide poſſet ex-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clamare: *Libera me de ſanguinibus &c.* Vnguentū adfert odoriferum, quo grauem criminum ſuorum putredinem moderetur.

IX. Magdalena ſemper in vngendo occupata.

Et ſi cum D. Bernardo hanc curioſiùs attendas, ſemper inuenies hanc peccatricem inter vnguenta; tota namque continuo vnguendo Domino occupatur modo pedes, paulo ante diſceſſum ex hoc mundo, pedes vngit & caput, & poſtmodum corpus eius mortuum totum vnguento conditum honorauit; quo nos imbuit plurima eſſe vnguenta, quibus oportet vt Chriſtum condiamus: quorum primum hoc ſit quo pedes illi liniuntur. Quodnam eſt hoc vnguentum? contritionis. Quale hoc eſt vnguentum? vnguentum, eſt quod anima in ſeipſa conficit ex criminum ſuorum materialibus, quæ contriuit, commoliuit & in partes munitiſſimas confregit in cordis ſui mortariolo. Ne nos D. Bernardi verba prætereant:

D. Bern. Serm. 10. in Cant.

*Eſt vnguentum quod ſibi conficit anima multis irretita criminibus, ſi cum incipit cogitare vias ſuas, colligat, congerat, conteratque in mortariolo conſcientiæ multas ac varias ſpecies peccatorum ſuorum & intra æſtuantis pectoris ollam ſimul omnia coquat igne quodam pœnitentiæ, & doloris, vt poſſit dicere cum Propheta. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Hoc primum eſt vnguentum, & inde incipiendum.

X. Ex D. Chryſoſt. modus docetur eliciendi contritionem.

Inſtanter rogauit D. Chryſoſtom. vir vitæ ſanctitatis exemplar Demetrius (quem ipſe nominat: *Beati Demetri, & venerabile caput:* ex quo Prælatus celebris fuiſſe colligitur) vt illi methodum præſcriberet, qua veram poſſet criminum ſuorum excitare contritionem, ſummopere laudat D. Chryſoſtomus huius viri deſiderium, cui reſponſurus duos compoſuit libros: *De compunctione cordis.* Et præmiſſis in primo libro ſubtilioribus ſatis fuſe rationibus, in ſecundo ſic ait: An ſcire deſideras, Domine mi, vt te doceam, qua ratione bonam, veramque poſſis in te prouocare contritionem? ſupponamus hoc primò, neceſſarium ad hoc eſſe fauorem Dei ſupernaturalem, & diuinæ gratiæ auxilium; deinde ex parte tua multa requiruntur: teque ſimilem dicam mulieri honeſtæ, & primariæ, quæ pretioſum proponit conficere vnguentum.

XI. Similitudo.

Olim conſuetum erat domicellis illuſtrioribus odifera componere vnguenta, magis quam nunc florilegia, ſeu aromata ſuaue olentia: quia frequentius inter ceteras delicias pixides circumferebant vnguentis repletas ſuaue fragrantibus, quas vates Iſaias vocat *Olfactoriola,* Matrona igitur nobilior vnguentum compoſitura fragrantiſſimum, cum multis indigeat adiutricibus omnes ſuas conuocat amicas, & pediſſequas, & omnes huic negotio impendit, nec vllis alijs eas permittit rebus occupari. Huic mandat ſpecies adferat aromaticas, hanc & illam, & alias, alteri præcipit vt ſtaterâ iuſtiſſimâ appendat tantam illius & tantam alterius quantitatem: alijs iniungit vt in pilâ ſpecies ſingulas contundant: ab alijs vult, vt aſtent paratæ cum interniculis ex cetis vel ſerico contortis, & excernant in minutiſſimum pulverem: alia debet hæc illis intermiſcere: hæc cocleari vas emundet in quo ſuper ignem decoquantur. Verba do vobis Diui Chryſoſtomi:

D. Chr. Lib. 2. de compunct. non longè à princ. Tom. 5.

*Sicut Domina quædam terribilis, ſatiſque ſeuera volens aliquod vnguentum conficere neceſſarium & pretioſum, pluribus ad hoc indiget miniſterijs, multaſque manus requirens: ſuſcitat famulas ſuas, atque ad ſemetipſam congregat: imperat alia tenere libram, vt æquis ponderibus vnaquaque ſpecies miſceatur, ſciens non poſſe vtile effici, quod componitur, niſi ſumma librationis menſura ſeruetur: alia terere iniungit &c. aliam diſcernere cum cribellis, &c. aliam miſcere &c. ſenſibus earum, & animis ac manibus occupatis, & operi propoſito affixis, non permittitur ſenſus vſquam euagari, intentionemque operis propoſiti interrumpi &c.* Hoc modo (inquit) tibi incumbit agendum, vt vnguentum conficias contritionis fragrantiſſimum.

XII. Applicatur.

Neceſſariò requiritur, vt ſeriò fiat, & oportet vt anima, velut domina præclarior omnes ſuas conuocet potentias, vt famulas ſuas & ancillas, ipſaſque attentas habeat & excitatas. Præcipiat memoriæ, vt omnes peccatorum ſpecies proferat, ipſa præſentia ſtatuat ſuis qualitatibus, & circumſtantijs diſtincta; intellectus libram accipiat conſiderationis, vt ſingulorum expendat quantitatem: quanta fuerit huius peccati grauitas, & quantum pondus alterius: quid perdidiſti, quid lucratus es, quem offendiſti, cui te ſeruum ſubdidiſti, quanta fuit tua malitia, & quam iniquo pondere cuncta libraſti, Deum creaturæ poſtponens abiectiſſimæ? Voluntatis munus ſit cum dolore & triſtitia molere, nec ſit aliquid quod non ipſa confringat. Omnes illæ potentiæ ſic oportet attentæ, recollectæ, & abſque vlla diuagatione propoſitum opus exequantur: *Ita ergo & anima, quæ pretioſiſſimum vnguentum iſtud, compunctionem dico cordis, componere, ac conſeruare deſiderat; omnes corporis ſui ſenſus ad ſemetipſam congreget, ſegnitiemque ipſarum, ac negligentiam deturbans, tota ſolicitudine vigilans, & in hoc tantum quod propoſuit, rogat intendere.* Ne rem eſſe credideris parui momenti & quod pauca requirat legitima veraque contritio. Per illam

etenim

etenim totius ſit hominis mutatio: ſicut enim per peccatum ſe à Deo conuertit ad creaturam, de cœlo ad infernum, de celſitudine gratiæ quâ totâ ſuperior erat natura, imo & ipſa Angelicâ, ad vtilitatem ipſa vermium & iumentorum abiectione ſordidiorum: ita ſimiliter per veram cordis côtritionem mutatur & totus conuertitur à creatura ad Deum, de tartaro ad cœlum, ſuprema culpæ deiectione, in qua cunctis erat creaturis interior, ad ſupremam & cœleſtem gratiæ celſi-

1. 2. q. 113. ar. 3. tudinem: vnde neceſſarium eſſe dicit Angelicus Doctor hanc elucidans materiam, vt plurimum tibi ſis attentus: quia tuum interuenire debet liberum arbitrium: exercere debet intellectus actus fidei viuos, voluntas deteſtari peccatum ſuper omne deteſtabile: quia ſicut te debes ad Deum conuertere, ipſum ſuper omnia diligendo, ita debes hanc tuam deteſtari voluptatem, quâ potius es ſuper omne deteſtabile.

XIII. Difficilè elicitur contritio in hora mortis.

Hinc colligo quàm operoſum ſit & arduum, veram in hora mortis elicere contritionem, quando viribus infirmitatis, vel lethargiæ ſiue cruciatus omnes animæ potentiæ obſtupeſcunt, & obdormiſcunt: oportet autem ad huius vnguenti côfectionem vt multum ſint excitatæ. Qua ratione mulier poterit vnguentum componere pretioſum, ſi famulæ ſtupidæ ſint & hebetes? Qualiter poterit hæc obdormiſcens iuſtè ſpecies appendere aromaticas? Quomodo altera non ſibi præſens & vaga illas prudenter molere? Hoc igitur vnguentum eſt fragrantiſſimum & hæc forma ad illud componendum deſcribitur: & hæc pariter eſt, & D. Bernardo credo, quâ debet anima vnctionis primordia conſecrare. Ip-

D. BERN. Serm. 10. cit. ſum audiamus docentem: *Ecce hoc eſt vnum vnguentum, quo anima peccatoris ſuæ conuerſionis primordia condere debet. Primum namq; ſacrificium Deo Spiritus contribulatus.* O quàm pretioſum vnguentum?

In c. 9. Gen.

Expendit noſter Cardinalis Caietan in ſacris litteris ſuauem odorem ex ſacrificijs emanantem ☞ 98

XIV. Odor pœnitentiæ Deũ placat.

vocari: *Odorem ſuauitatis*, & in Hebræo, *Odorem quietis*. Sic leges ſingulari notari diligentia à Spiritu S. quod tranſacto diluuio Noë egreſſus de Arca mundarum auium obtulit Deo ſacrificium, de quo ſic loquitur: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*. D. Chryſoſt. opinatur per hoc indicari, quàm parum neceſſaria noſtra ſint illi ſacrificia, qui eorum tantum ſuauem admittit odorem, fumumque ex illis exhalantem. Notandum cum Caietano ex Hebræo legi: *Odoratus eſt Dominus*

Gen. 8. 21. *odorem quietis*. Quâ phraſi profundam exponit myſterium. Vnus inter alios effectus peccati ex ſacra pagina declaratur, quòd diuinum cor irritet, atque in iram non leuiter exulceret. Sic ipſum audis loquentem: *Ignis ſuccenſus eſt in furore*

*meo.* Similiter & Dauid: *Vſquequo Domine iraſceris: accendetur velut ignis zelus tuus. Iratus eſt furore Dominus in populum ſuum.* Extra dubium Deut. 32. 22. Pſ. 78. 5. Pſ. 105. 40.

eſt, inquiunt Theologi, Deum his paſſionibus minimè ſubijcibili & iracundiæ quantum ad affectum, ſed tantum quantum ad effectum, id eſt, quòd idem agat, ac homo grauiori bile commotus, & cui ſanguis circa cor ebullit feruens in eum à quo paſſus eſt contumeliam, ſcilicet, quòd plectat, caſtiget, deleat, perdat & occidat: vt autê hoc nobis explicet, dicitur quòd ignis ſuccendatur in furore illius, & zelus illius velut excandeſcat.

Sicut autem hic effectus creditur peccatorum, ſic eſt & ſacrificij quod illi litatur contritionis effectus vt pectus mitiget, corque ſedet pacatum: vnde velut vnguentum offertur pretioſum, & ſuaue fragrans, cuius odore vt proprio effectu mitigatur, placatur, exhilareſcit & impletur. Quis vidit vnquam Deum ita grauiter commotum, corde turbatum, & velut furore ſuccenſum atque in Dauid adulterum & homicidam? Intelligit hoc Dauid, & à Nathan Propheta hoc audit: ilico hoc profert contritionis vnguentum: exclamans: *Peccaui Domino.* Confeſtim: *Odoratus eſt Dominus odorem quietis.* Itaque cor ita mitigatur, vt nihil vltra requirens, illi dicat Propheta: *Dominus tranſtulit peccatum tuum: non morieris:* Qua ratione placatum eſt cor patris prodigi filij, niſi quòd pedibus eius aduolutus & contritus, hoc profuderit vnguentum contritionis, altè vociferatus: *Pater peccaui in cœlum & coram te &c.*

An placet videre, quærit D. Bernard. quàm ſit D. BERN.

vnguentum hoc pretioſum? Audi teſtantem de IV.

hoc Euangeliſtam: *Et domus impleta eſt ex odore* Et Eccleſia odore replet.

*vnguenti.* Mirabile quid: *Peccatricis manibus diſtillabatur, & extremis membris corporis id eſt, pedibus fundebatur, & tamen totam domum vis aromatum, & ſuauitas replet odoris.* Opus hoc, hoc veræ contritionis vnguentum totam replet Eccleſiam ſuauiſſimâ fragrantiâ: fitque multis odor vitæ: eius etenim exemplo multi ad veræ pœnitentiæ lamenta conuertuntur: *Vnius peccatricis conuerſione fragrantia reſpergitur Eccleſia, & multis fit odor vitæ ad vitam &c.* Et quid hoc tantum, inquit, quandoquidem odor hic cœlos ipſos ſuperiores penetret, & lætitiâ afficiat Angelos: *Supernas beatorum manſiones attingit pœnitentiæ odor, ita vt teſte ipſa veritate, magnum ſit gaudium inter Angelos Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente*, O pecca-

peccatores, hoc vobis procurate vnguentum, ne ſine illo Chriſtum accedatis. Hoc ſi habueritis, accedite: etenim cor illi mitigabit, quod peccata veſtra non leuiter vlcerarant: *Gaudete pœnitentes, puſillamines confortamini &c. ſecure manus veſtræ diſtillent myrrhæ amaritudinem in ſalubrem hanc vnctionem: quia cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet.*

*Lib.* 19. *Mor. c.* 10.
XVI. Contritio multorũ ſiue dolore.

Heu quàm dolendum eſt videre, qualiter ad pedes accedas Chriſti, Confeſſarios interpretor, (in quibus & per quos progreditur Deus, loquitur D. Gregor. iuxta illud: *Inambulo in eis*) ita omni hoc vnguento vacui, vt ne minus quidem odor percipiatur, fœtor quidem peccatorum attenditur, vt dicere liceat multis: *Iam fœtet, quatriduanus enim eſt*, & ſic ſunt omnes huius inopes vnguenti, contritionis, doloris?, vt nec ſemel in cordis mortariolo peccata contriuerint. Abundans eſt & copioſum quod peccatrix iſta defert: *Vnguento vngebat.* Diuerſos hic adferre liceret diſcurſus, ſi ſenſus ſequeremur myſticos SS. Patrum, nominatim D. Petr. Chryſoſt. declarat enim, hanc bonam eſſe pœnitentiam, quæ fit in effuſione vnguenti, pretioſi ſuper pedes Saluatoris: nam omnibus notum eſt: quod ſicut illi denotant pauperes, in quibus ſemper Saluator inambulat per mundum, ſic vnguentum, quod Chriſti Domini pedibus impenditur, ſignat eleëmoſynam: nam inter alia maximi refert hoc, vt accepta tua ſit pœnitentia, tibique Dominus miſericordiam impertiatur, tua remittens, peccat, vt illam pauperibus largus promuſque exhibeas: de quibus aliàs diximus.

*Ser.* 74. & *ſeq.*

## §. 36. *Excellens pœnitentia, quæ ijs omnibus ſeruit, quibus Diabolo ſeruierat, cuius triumphum prædixit Iſaias, & cecinit Propheta Regius.*

☞ 99 D. GREG. *Ho.* 33. *in Euang.*

ADeſt D. Gregor. illamque conſiderat pœnitentem pedibus aduolutam Saluatoris, atque ſibi lacrymas potius quam verba conuenire. *Cogitanti mihi de Mariæ pœnitentia, flere magis libet, quam aliquid dicere: cuius enim vel ſaxeum pectus illæ peccatricis lacrymæ ad exemplũ pœnitentiæ non emolliant?* Quis illam videat tanto pudore verecundam, tot oculis lacrymas effundentem, tot promentem alto pectore ſuſpiria, qualiter oſcula pedibus figat & infigat Redemptoris, per illa cor ſuum ſuper illos euacuans effundenſque viſcera: qua ratione nullo linguæ de prompto verbo, lauet, tergat, illoſque pedes exoſculetur? Ecce pœnitentiæ ſpeculum, & imago perfectiſſima. Declarat per Iſaiam Dominus quid ipſe prætendat, quidue in mundo per aduentum ſuũ deſideret operari. Quid intẽdis Domine? *Hic omnis fructus, vt auferatur peccatum.* In eum finem natus eſt, vixit, & mortuus eſt, ſuum effudit ſanguinem, & diuina dedicauit Sacramenta.

*Iſa.* 27. 9.

I. Veræ pœnitentiæ effectus.

Porrò Domine, quando intellexero hunc fructũ eſſe collectum? *Cùm poſuerit omnes lapides altaris, ſicut lapides cineris alliſos: non ſtabunt luci & delubra.* Sicut lapides calcis communiræ, hos enim vocat lapides cineris, & quando fuerunt euerſa de locis ſuis idola, ſucciſi luci, de quibus in ſacrificium ligna cædebãtur. Verba hæc myſteria redolent eximia. Iam nouimus quid lapidibus quibuſdam contingat eduris, ſilicibus, vt eorum non videatur diffringi poſſe duries. Illos accipit operarius, ollæ imponit, grandem accendit ignem, illos comburit, quo fit vt in cinerem redigantur. Erat Magdalena altare diabolo dedicatum, tot lapidibus extructum, quot partibus in corpore ſuo conſtabat, oculis, ore, manibus, capillis, ac pedibus. Modo conſpice deleta peccata, cum iam videas lapides exuſtos, contritos, & amoris igne in cinerem comminutos. Quid dicẽdum de oculorum alacritate? iam plorant: quid de luxuria capillorum? iam illos Chriſti pedibus explicat: quid de linguæ oriſque libertate? Iam illud ſacroſanctis infigit pedibus. Quid dixeris de delicijs vnguentorum? Iam effuſa diuino dedicantur obſequio. Nihil iam remanet. *Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.* Hic intuere *lapides altaris, ſicut lapides cineris alliſos.* Deinde ſimulachris euerſis, luci, inquit, ſuccidentur. *Non ſtabunt luci & delubra.*

*Pſ.* 45. 10.

II. Allegoria de altari Baal. *Iudic.* 6. 25.

Vt ſapio præceptum tangit, ab Angelo datum Gedeoni. Altare erectum erat, in quo Baal idolum adorabatur, quo totus populus in ruinam cladem que corruebat. Feſtina velociter, inquit, *Deſtrues aram Baal, quæ patris eſt tui, & nemus quod circa aram eſt, ſuccide, & ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius, &c. & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum, quæ de nemore ſucciderís*, ſcilicet eo, de quo conſueuerant ligna ſuccidere in ſacrificium Baal. O Animam Magdalenæ, in qua velut in altari ſedem ſibi fixerat Baal, id eſt diabolus, circumdatus nemore ſenſuum, quos omnes benè dixeris arbores eſſe frondoſas, de quibus ligna in ſacrificium apta cædebantur, quot ſacrificia litata fuerunt ex lignis, quæ de oculis

viſuque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

viſuque illius cædebantur ? quot ex illis, qui de
ore illius ac manibus ? quænam de capillis capi-
tis illius flaueſcentibus ? Idolum hoc euertatur,
extermiuetur ab anima illius diabolus, & quæ
diabolo altare ſacrum erat Deo modo conſecre-
tur, fundatum ſuper petram ſolidam pedum in-
quam Saluatoris. Hic millenes illi dedicat hoſtias
ex illis ipſis arboribus ligna cædens: nam ex illis
ipſis oculis lacrymas elicit vberiores, de capillis
mappulas, de ore pacis tabulam cœleſtem, & vt
notat D. Gregor. eleganter, ea omnia, quæ diabo-
lo in ſacrificium obtulerat, Deo gratiſſimum
D. Greg. ho. 33. cit. nunc immolat holocauſtum. *Quot in ſe habuit*
*oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta.* Omnia
hæc arma diaboli amoris igne confringuntur, &
quibus olim Deum irritauerat peccatrix, nunc illi
pœnitens famulatur. *Conſiderauit namque quod*
*fecit, & noluit moderari quod faceret.* Hoc itaque
bonum eſt pœnitentiæ exemplum in anteacta
oculos reflectere, vt conſideres quid tibi ad co-
rum veniam impetrandam ſit peragendum.

III. Allegoria de animalibus Ezechielis.

O ſancta Ezechielis animalia ſpiritus impetu
directa: ſpiritus, vt ſupra diximus fortium & ro-
buſtorum; quæ ſic incedunt, vt nihil poſſit eorum
curſum, greſſumque remorari. De illis teſtatur
vates quod plena eſſent oculis, in pectore, in fa-
cie, in humeris, in occipite. Quod hic latet ar-
canum ? Dicito nobis Propheta ſanctiſſime,
Ezech. 1. quonam tendunt hæc animalia ? Coram facie
ſua, & hoc ſemper ſic, vt numquam retrogra-
diantur. *Vnumquodque eorum coram facie ſua am-*
*bulabat, nec reuertebantur cum ambularent.* An
ergo ad hoc oculi non ſufficiebant in facie, fron-
te, capite & pectore? ſi namquam reuertantur, vt
quid oculi in ceruice & humeris ? Quis hoc ex-
plicet myſterium ? nam licet ita ſit, quod verus
pœnitens ita ſeriò debeat ingredi viam pœniten-
tiæ, vt numquam ab ea reuertatur, ſed continuò
progrediatur coram facie ſua, quatenus fructum
ex ea colligat abundantem: *Euntes ibant & fle-*
*bant*; attamen vt videat qua ratione ſibi ſit in ea
progrediendum, conſiderare debet quæ retro de-
ſeruit, peccata ſcilicet vitamque præteritam:
vera etenim pœnitentia actum includit iuſtitiæ,
quæ proportionem exigit & æqualitatem; vt
pœnitentia tua tuis conueniat digna ſceleribus:
ſi namque furtum commiſeris, non in ſola ora-
tione, ſed in reſtitutione tuæ ſtet ſumma
pœnitentiæ. Quod ſi proximi honorem famam-
que violaſti: tua ſit ea pœnitentia, quâ ablatam
famam integè reſtituas: & pro menſura delicti,
ſit & menſura pœnitentiæ.

IV. Pœniten-

Perpende iuxta conſilium D. Ambroſij, quan-

do maculam vis emundare quæ vt magna eſt, ita
& veſtimento inuiſcerata, quantam adhibeas di-
ligentiam: etenim noſti magnam & inueteratam
maculam aquâ modicâ, vel tenui lixiuio non
eluendam. Hoc teſte D. Gregorio agit Magdale-
na: ſedulò anteacta perpendit, & hinc collegit
quid ſibi ſit agendum: oculi baſiliſcum retule-
runt, veneno animas inficiendo, & illac in ani-
mam eius mors intrauit; illos offendo caſtigat,
tuboſque eos efficit, quibus culpæ diluantur.
Capillos vt ſatanæ vexillum erexerat, eamque hi
vanam reddiderant & ambitioſam: corruant illi
ad pedes Domini, pœnitentiam agant, eique
conſecrentur. Os illius ſepulchrum patens &
fœtidum, ex quo verba profluebant in omni ge-
nere peſſima, ſtet illud conſtans & Domini pedes
exoſculetur. Manus illius omnis iniquitatis fue-
rant inſtrumenta, ſeruiant illæ nunc pedibus
Saluatoris abluendis tantò diligentiùs. Opera eius
ac deliciæ in ſummam traxerant eam impu-
dicitiam, eiuſque auxiliares fuerant vanitati-
bus, nunc pedum cæleſtis ſponſi impendan-
tur obſequio: quaſi quæ ſeipſam totam eius
dedicet vendatque famulatui. *Quot ergo ha-*
*buit in ſe oblectamenta, tot de ſe inuenit holo-*
*cauſta.* Hæc ergo vera eſt pœnitentia: Tu
modo tuam conſidera, perpende num illa præte-
ritis condignè reſpondeat. *Grandi plaga* (ſic D. Ad Virginem lapſam c. 8.
Ambroſius) *alta & prolixa opus eſt medicina. Grã-*
*de ſcelus, grandem habet neceſſariam ſatisfactio-*
*nem.*

tia conueniat ſceleribus.

An opinaris chariſſime, quòd confeſſio quæ- 100
dam non præmeditata tot millenis conueniat Probatur ex S. ſcriptura.
ritè ſceleribus? Arbitraris quòd modica deuotio,
quam colniſti, duorum menſium, & annorum
reſpondeat quadretque diſtractionibus ? Iudicas
triſtitia exteriori, & paruo tempore recollectio-
ne tot tuis te ſatisfacere vanitatibus ? quid di-
cam de corporis caſtigationibus ? Vtquam com-
pletur illud: *Pro menſura peccati, erit & plaga-* Deut. 25. 2.
*rum modus ?* *Nondum peccatore nuntiamus* (in-
quit D. Ambroſ. *ubi ſunt noſtræ lacrymæ? ubi gemi-* D. Ambr. in c. 13.
*tus ? vbi fletus ?* Hæc eſt ergo optima pœnitens: Luc. To. 4.
hæc te docet, qualis eſſe tua debeat pœnitentia,
vt ea ſit, qualem eſſe ratio poſtulat. Diſputat D.
Auguſt. qualis noſtra debeat eſſe pœnitentia, ait- L. 50. Ho. Ho. 10. & ſer. 17. de verb. Apo. & ſer. 197. de temp.
que tunc fore legitimam, quando præceptum im-
pleueris Apoſtoli. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra*
*ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita*
*nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſancti-*
*ficationem.* Spectat ex ſententia D. Aug. victoriam
Dauidis: nam Gigante proſtrato arma illius illi
detraxit, eaque in tabernaculo Dei anathema Rom. 6. 19.

ſuſpendit: vt illa, quæ giganti ſeruierant, vt illis Deo bellum inferret, modò diuino famularentur honori, atque per ea Dei pateat inuicta potentia. Deum gigas impugnat infernalis, & noſtra vtitur operâ, noſtris ipſis rebus, velut armis offenſiuis.

VI. Diabolus ex nobis arma ſumit quibus nos oppugnet.

Audire Iubet D. Gregorium Nazianz. quàm acerbè noſtram deploret calamitatem: ſiquidem verum ſit, diabolum eſſe Dei inimicum, arma tamen quibus illum oppugnat, ſeque opponit aduerſarium, nosipſi ſumus, noſtræ potentiæ, noſtrique ſenſus, & illis ipſis nos inuadit, nos ſuis victos proſternit pedibus, nos ſuæ ſubijcit ſeruituti. *Cum hoſte dimicamus, qui nobiſmetipſis, quo nihil miſerius eſt, tamquam armis in perniciem noſtram utens, peccati morte nos afficit.* Illis ipſis Regis Achab Prophetis vſus eſt, vt illum mortis laqueis innecteret. Mulieres aſſumpſit Moabitarum, vt filios Iſrael in caſum præcipitaret. Iudam inſtigauit, vt Chriſtũ traderet. Parua dico teipſum aſſumit tuos ſenſus, & quæ tibi propria ſunt, tuæ vt ſint inſtrumenta perditionis. Quibus te perdit? Nonne diuitijs tuis, cum illas tibi ille minimè dederit, quas in concubinatu ſcortator impendis, quoties tuis vtitur obligationibus ad vſuram & furtum? Tuipſius potentias ſenſuſque conſidera. Quot Deum criminibus garrulus linguâ tua prouocas? Quot oculis? tuis? Quid de manibus ſentiendum? Verè dixero, nullum tibi membrum eſt, quo diabolus vt armis, Deum non oppugnet.

VII. Hæc arma Deo, illi erepta, ſuſpẽdamus.

Perfecta cẽſetur de ſatana victoria, quando hæc arma confringens illa Dei tabernaculo ſuſpendis anathema, eiuſque impendis obſequio: quando illa lingua ingemiſcit, ſuaque flagitia rea confitetur, & vacat orationibus: quando oculi illi ad pedes flent Redemptoris: quando manus illæ erogandis occupantur eleemoſynis, illiſque ſeruire ſtudent liberales, qui ſunt vt D. Petro Chryſologo credendum, velut pedes Dei, ſcilicet pauperibus, quibus Chriſtus per mundum mendicus oberrat. Audite D. Auguſt. *Arma diaboli nos fuimus, ſicut dixit Apoſtolus exhibuiſtis membra veſtra arma iniquitatis peccato. Et iterum: Nolite exhibere membra veſtra arma iniquitatis peccato. Arma autem inimici noſtri miſit Chriſtus in tabernaculo ſuo, quando nos, qui domus fueramus diaboli, &c.* Tunc liquidò patebit, gigantem infernalem omnino proſtratum & ſuperatum, opuſque illud impleri, quod Dominus Dominicâ tertiâ dixit, à ſe perficiendum in non exiguum nominis ſui honorem, noſtrumque commodum, ſub allegoria fortis armati per

D. Aug. Ser. 97. de temp. Tom. 10.

Rom. 6. cit.

hæc verba. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ in pace ſunt ea quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum: uniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* Ipſe proprijs illum armis aduerſarius oppugnabat.

Luc. 11. 21

Credidit D. Hieron. a & cum eo D. b Cyril. quod ipſe pariter Origenes c opinatus fuerat: Chriſtum verbis illis ſpectare vaticinium à ſe per Iſaiam prædictum: etenim ijſdem pollicetur opus illud à ſe perficiendum, quo ſe verum Deum eſſe teſtaretur. *Et ſcies, quia ego Dominus &c. quia hæc dicit Dominus. Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robuſto ſaluabitur.* Legunt ſeptuaginta: *Si quis ceperit gigantem accipiet ſpolia, & accipiens à forti.* Multò clarius Symachus, ex ſententia D. Hieronymi: *Sed & captiuitas fortis auferetur, & rapina horribilis valdè erit.* Ecce, cum D. Hieron. quàm propria diabolo nomina. Fortis, gigas, horribilis, robuſtus. *Fortis gigas & diabolus eſt, qui omnes gentes ſuo ſubiugarat imperio, audẽs dicere Saluatori. Hæc omnia mea ſunt, & cui voluero do illa, &c.* Quæſtionem obijcit Propheta, iuxta D. Hier. ex parte hominis. Domine, quis hunc proſtrauit gigantem, & qua ratione? quis de manibus eius prædam eripiet, quam ſibi conquiſiuit? Cui ſic Dominus: hoc opus meum eſt, ego in mundum veniens operabor: illum etenim ſuperabo gigantem, illum alligabo, illum de caſtro ſuo quod poſſederat, exturbabo, cũcta eius arma diripiam, quibus ſibi applaudebat, & illis me honorabo, atque ea in domus meæ non leue conuertam ornamentum. Hoc verba illa denotant. *Vniuerſa arma in quibus confidebat, auferet, & ſpolia eius diſtribuet.* Non capio: illud ergo conſidera in hoc opere ſolemniori, & diuinâ manu digniori. Perpende, quantum fuerit huius fortis gigantis dominium, quàm animoſè robuſtus ille & horribilis animæ Magdalenæ, atrium in pace tuebatur? quàm præmunitus tot armis quot potentijs anima pollebat, & ſenſibus membriſque corporis: armis ipſius atrij & caſtri pugnabat, & præualebat, Ecce qualiter Chriſtus illum eliminans, hoc atriũ inuadat, omniaque eiuſdem arma conuertat ſibi in gloriæ, laudiſque incrementum: oculos, capillos, os, manus, pedes & vnguenta.

a L. 3. in Iſ. ad fin.
b In 6. 49 Iſa.
c Ho. 7. in c 12. Nu. & illud ad Rom. 6. quod antè, &c. Vide Leon. Caſt. in c. 49. Iſa.
Iſa. 49. 25.

VIII. Chriſtus in Magdalena diabolũ ſuperauit.

Audebo dicere hoc idem fuiſſe prodigium à Dauide celebratum, in eo Pſalmo de victorijs & triumphis Domini, quem iam bis & citauimus & explanauimus. Verba hæc ex ipſo aſſumpta, vt myſterijs, ita nebulis implentur; nec ab his diſſonant, quæ ad idem adfert propoſitum. *Rex virtu-*

101.

*tum*

Pſ.67.13. *tum dilecti, dilecti, & ſpeciei domus, diuidere ſpolia.*

In Pſ.67. Sunt hæc adeò caliginoſa & operoſa, ſicut expendit D. Hilar. vt ad eorum intelligentiam, tantùm in ſenſu Grammaticali, recurrendum ſit ad textum Græcum; atque ex eo quod hic Sanctus, & D. Auguſt. & Ruffin. dicunt ſenſum noſtro propoſito congruum eliciemus. Nemo dubitat quin de Chriſto Domino noſtro loquatur, triumphos cantor celebrat, q. d. *Rex virtutum, quæ ſunt dilecti dilecti:* Abſonum videtur, ſed phraſis eſt SS. litteris familiaris, teſte Ruffino: ſicut & illud. *Fecit Moyſes, ſicut præceperat Dominus Moyſi.* Adſcribit Propheta regius Chriſto duo nomina illi propria Regis; & dilecti: duas illius exprimens naturas: diuinam ex qua Rex eſt & Dominus omnium. *Dominus magnus Dominus eſt Rex ſuper omnes Deos.* Et humanam, ex qua dilectus appellatur: ipſe etenim is eſt, quem diligit Pater, & per eum omnes quoſcumque diligit. Vnde ſic ait: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Iuxta vtramque naturam propriæ ſunt eius virtutes: iuxta diuinam pleno gurgite dicitur Rex earum, & ſecundùm humanam, dicentur ſuæ: quia earum eſt cauſa meritoria, exemplaris & efficiens, vt declarant Theologi.

IX. Chriſtus dicitur Rex virtutum dilecti, dilecti.

Matth.17 5.

Nomine virtutum nonnulli intelligunt cœleſtes Hierarchias, & harum ipſe eſt & Dominus naturalis, ſecundum quòd Deus eſt, & ſuæ ſunt iuxtà quod homo: cum etiam ſecundùm hanc rationem Dominus ſit & caput omnium Angelorum, quibus decreuit æternus Pater, vt quàm primùm eum hominem factum conſpicerent, adorarent, vt ait D. Paul. Alij virtutem interpretantur faciendi aliquid, quod ſit bonum & harũ etiam virtutum Rex eſt, ſecundùm diuinam & humanam naturam: & in vna ratione tamquam cauſa principalis, in altera tamquam meritoria & efficiens. Itaque ſicut docet D. Hilar. ſi D. Petrus virtute polleat, vt petra ſit fundamentalis & ſecura ædificij Eccleſiaſtici. Si D. Paulus virtute vigeat illuminandi Gentes: ſi Apoſtoli gratiam habeant prædicandi: ſi Martyres in crudeliſſimis perſeuerandi cruciatibus: ſi Doctores inſtruendi: ſi Monachi pœnitentiæ operibus incumbendi: ſi virgines & continentes motus refrænandi incompoſitos carnis, eius ſunt hæc omnia tribuenda ſubſidio. *Sine me nihil poteſtis facere.* Verbis ergo his decantat Dauid triumphũ & gloriam eorum bonorum omnium quæ ſiũt in Eccleſia: nam omnia ab ipſo procedunt, vt de cauſa primaria, & principali; quia Rex eſt omnis virtutis; & de cauſa meritoria & efficiente, cuius gratiâ & meritò quantumlibet bonum efficitur.

Heb.16. X. Chriſtus cauſa principalis omnium donorum.

Ioan.15.5

Quocirca quotieſcumque tot tantaſque videris in Eccleſia florere virtutes, eminentiam Apoſtolorum, triumphos Martyrum, Doctorum ſcientiam, Virginum puritatem, Confeſſorum conſtantiam, pœnitentium admirabiles auſteritates: illi celebretur encomium. Per hæc ſuam illuſtrat familiam, & ſpolijs ab inimico detractis. *Speciei domus diuidere ſpolia.* q. d. domum ſuam exornat non ſolùm pretioſis, formoſis & opulentis virtutum aulæis, ijſque pulcherrimis ſibi proprijs ornatibus ſed inſuper & eo quod malum erat & abominabile, id eſt armis, quibus eum inimici fortiter oppugnabant; illa namque diſtribuit, illiſque contegit ornatque domum. *Diuidens ſpolia, facit domum ſuam ſpecioſam & pulchram.* Hoc ex mente D. Auguſtin. ſignificat per domum ſuam S. intelligens Eccleſiam.

XI. Et diaboli ſpolijs ornat Eccleſiam.

Hoc dato triumphum cantat Saluatoris: domum enim ſuam Eccleſiæ, duobus pulchram reddit & ſpecioſam. Primò virtutibus & donis quæ ſuis communicat electis; charitate Apoſtolorum, Martyrum fortitudine, Doctorum ſapientia, virginumque puritate. Secundò ijs quæ adeò erant peruerſa, vt hoſtibus ſuis arma forent offenſiua, quibus illum oppugnabant: hæc enim eorum euulſit victor manibus (hoc ex ſententia D. Auguſt. *Spolia, ſpolia dicuntur quæ victis hoſtibus detrahuntur*) & illis diuitem reddit ornatque Eccleſiam, elegantiùs multò quàm tapetibus holoſericis, aureis, & polymitis, licet ipſis cæli ſideribus intertextis. Tu conſidera quibus domum hic Rex ornet illuſtriſſimus, ipſis nimirum armis ac ſpolijs ab hoſte deuicto comprehenſis. *Specioſam domum; id eſt, Eccleſiam Chriſtus fecit, diuidendo ſpolia illa*, ſic D. Auguſt. Quibus eum dæmones & Iudæi armis infeſtarunt? Funibus, flagellis, ſpinis, clauis, cruce, lancea, arundine, ſpongia, &c. Ecce quomodo ſuperatis his inimicis, Eccleſiam ſuam his adornet ſpolijs armiſque cohoneſtet. Qualia ſunt aulæa ceteris elegantiora, quibus exornatur? Nonne illa ipſa arma? Crux, lancea, claui, ſpinæ, &c. Quæ poteſt ornamenta habere Eccleſia, aurea licet, quæ minimis his queant ſpolijs armiſque æquiparari? Quibus miniſtri ſatanæ Chriſtum in Chriſtianis membriſque ſuis bella mouerunt acerbiora? Lapidibus, ignibus, craticulis, catenis, ſcuticis, vncis, plumbaris, ſagittis, rotis, &c. Dicito, num aliquis ſit ornatus, qui celebriori quàm hæc ab Eccleſia lo-

XII. Inſtrumenta paſſionũ ornamẽta ſunt Eccleſiæ.

co ſtatuatur? Quò non in honore habentur D. Petri vincula, & illa quibus D. Pauli membra conſtrinxerunt; lapides, quibus D. Stephanum præfocarunt, ſagittæ, quibus D. Sebaſtianus tranſfoſſus occubuit; craticula cui D. Laurentius ſuperpoſitus aſſatur? An clarior dari poteſt gloriæ triumphus? Hæc ſpolia diuidit, quibus ſupra modum ſuam exornat Eccleſiam. Hanc Eccleſiam pars quædam ſanctiſſimæ Crucis illuſtrat: aliam ſpina cohoneſtat, aliam clauus, aliam quoduis inſtrumentum quo Martyres inuicti occubuerunt.

Argumentum repetamus. Quænam ſunt illa arma, quibus diabolus Deum impugnat fortiora, quàm nosipſi, ſenſus noſtri, noſtræque potentiæ! Conſidera Domini potentiam, etenim in arenam proſternens diabolum, his eum armis exuit & ſpoliat, atque ex illis ornatum componit Eccleſiæ ſuæ venuſtiſſimum, eamque reddit pulchriorem, quàm ſi quouis ſerico & polymito cultuùs ornaretur. Illud in hac perpende muliere: illa namque omnia, quibus Deo bellum ſuſcitat diabolus atrocius, ipſe comprehendit, & in Eccleſiæ ſuæ decorem conuertit fulgidiſſimum, quo de ſatanâ triumphum agit illuſtriſſimum. Quid modo formoſius, quid elegantius, quid Eccleſiæ pretioſius, quàm hi capilli, oculi; manus & vnguenta Magdalenæ? Vtique nunc perfecta patet liquidò victoria, quam de ſuis Christus retulit victor inimicis: atque in hoc conſtabit & illos in te eſſe ſuperatos, ſi quæcumque diabolus arma in te contra Deum aduerſarius proferebat, illa diabolum impugnent, diuino ſacta famulatui. Tu videris vtrum hæc fiant in te, quando peccata in confeſſione eluiſti: ſi lingua, quæ petulans Deum prius offendebat, verſa ſit in orationis, eiuſque laudis inſtrumentum: ſi oculi, qui ſuis cœlo bellum laſciuijs inferebant, viuis modo lacrymis inferos exterreant: vtrum manus liberè diuigantes, modo cuſtodiæ ſuæ diligenter inuigilent: vtrum opes, quibus viam tuis aperiebas leuitatibus, modò viam æternam faciendis eleemoſyni apertiſſimam quò diuinæ tibi pateat porta miſericordiæ. Hoc in Magdalena contemplamur: de ea teſtante Euthymio. *Quæ* | Euthy. In c. 7. Luc.
*primum fuerunt inſtrumenta peccati, ea nunc facit inſtrumenta virtutis.*

§. 37. Videns Phariſæus &c. Hic ſi eſſet Propheta. *Omnem hanc de manu Domini iudicium non euellet Phariſæi: qui contra legem & rationem perperam de Christo iudicat, qui docet Confeſſarios.*

SPectauimus in hac muliere duo prima Dei ouium indicia: nimirum hæc, quòd audiat 102
vocem eius, & ſe retro ſtatuat, velut retro Paſtorem ſuum illum ſecutura. Progreditur vlteriùs Euangeliſta, atque in illa tertium nobis proponit ſignum: de illis etenim quæ tales ſunt, ait Dominus: *Nemo rapiet eas de manu mea.* Hoc in præſenti femina ſpectemus. Seipſam manibus tradidit Saluatoris, ſe totam & per omnia illius diuinæ committens diſpoſitioni, ſuamque illi reſignans voluntatem: hoc nomque eius poſtrata pedibus proteſtatur, non minori humilitate, conſtantique firma reſignatione, quàm poſtmodum vas electionis D. Paulus, quando ſtroſtratus in terram exclamauit: *Domine, quid me vis facere?* Præſto ſum, Domine, tuis me conſigno manibus, | *Act. 9. 6.*
de me diſpone pro beneplacito tuo, diuinaque voluntate: hæc eſt illa Sanctorum conditio, quàm heri protulimus. Porro ea de cauſa, quàm primùm ſe manibus illis conſignat, excitatur in illam & commouetur nouo furore tota ſatanæ potentiâ, eam ereptura.

I. Allegoria de muliere in cœlo.

Memineris illius ſanctiſſimæ mulieris, quàm vidit D. Ioannes, quæ ſe in cœlum recepit, ſole circumamicta, capite ſideribus ornato, lunam pedibus ſubſternens, lacrymoſis mœſta ſuſpirijs, quia partui iam vicina: quàm primùm enim ibidem ſedem fixit, commouet & erigit infernalis ille draco ſeptem capita ſua potentiſſima, eaque coronata & inſtigata, quatenus eam ſic oppugnent, vt partus illius felici omine in lucem non edatur. O ſanctiſſima Magdalena: iam enim te video in hoc cœlo pedum Domini, diuini ſolis illis luce circumdatam, tuam animam illuſtrante, tot fulgiſſimis ornatam ſtellis, quot admirot virtutes hoc in opere emicantes; quæ lunam mundi iudiciorum pede proteris animoſa. Gementem te audio, dolentem & ſuſpirantem: nec obſtupeo: partui namque vicina langueſcis. O quàm expreſſum hic habeo ſymbolum peccatoris verè pœnitentis: mulierem partui appropinquantem? quibus anguſtijs! quo non dolore coarctaris tempore faciendæ confeſſionis, dumque tibi Deo oculos aperiête iſta peccata tua clariùs agnoſcis? An hic te

ſtatu-

ſtatuiſti? Perpende quàm cito diabolus in eam ſe moueat illam turbaturus, eiuſque partum conaturus interimere: capita ſua, Phariſæos inquam, incitat. Orditur de turba primarius domus paterfamiliàs illi aduenienti detrahere calumniator, & de Chriſto illam recipiente; quem ceteri ſubſequuntur Chriſto litem intentantes; qui a de remiſſione agit delictorum. Phariſæum à diabolo motum conſidera: qui in intimo cordis ſui meditullio grauem Chriſto & Magdalenæ proceſſum intentat.

Quantum ſapiſſe nobis hic aperit ſub eo de
Iob 24.17. reprobo vaticinium; *Si ſubito apparuerit aurora,*
II. *arbitrantur vmbram mortis.* Improbum lux of-
Improbi fendit, & oriente aurora turbatur, quaſi mortis
virtute vmbram illam abominatur, eo modo quo veſ-
turbātur. pertilio ſplendore lucis obcæcatur: eius etenim
ſplendor eum in ſummas compellit anguſtias.
L.16. Mor. Hoc autem accidit: interprete Doctore Morali
c.29. quando peccator ad meliora conuertitur: etenim de tenebris prodit peccatorum, velut aurora oriens fulgentiſſima, velut qui de noctis caligine ſerenior eluceſcit. O Magdalena, qualis progreditur? velut aurora rutilis pulchra nubibus lacrymarum, gemituum, ſuſpiriorum, ſic vt illam admirantibus nobis liceat exclamare, annuente Diuo Gregorio: *Quæ eſt iſta quæ progre-*
Cant. 5.9. *ditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna,*
III. *electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordina-*
Magda- *ta?* Quæ eſt iſta, non iam peccatrix, ſed San-
lenæ en- cta? Quæ eſt iſta, ſic conuerſa, ſic mutata, vt iam
comium. eam minimè mundus agnoſcat, diuino conſpectui gratiſſima vt ſol formoſiſſima, vt luna venuſtiſſima, dæmonum oculis terribiliſſima, vt caſtrorum acies ordine digeſta prudentiſſimo? Porrò Phariſæo mortis vmbra reputatur, etenim vt veſpertilio obtenebratur, eiſque lucis radijs excæcatur. Calumnijs ac dicterijs, ipſam Chriſtumque grauat, & intra ſe de vtroque modis loquitur indigniſſimis. *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt;* nec ſe ab illa tangi pateretur, quæ criminum omnium ſentina eſt fœdiſſima.

Certum etiam erat, quod egrediente illa de Ægypto Pharao commotus eiuſque exercitus eam inſectaretur, & in veterem cogeret repe-
Ad fabiol. dare ſeruitutem. Expendit D. Hieronym. ex quo mutuatus eſt Rupertus illud Exodi, quod popu-
IV. lus Iſrael egreſſus de Ægypto de Rameſſe in So-
Magda- coth, profectus ſit in Etham deinde in Phihahi-
lená Pha- roth, vbi Dominus Moyſi præcepit, vt caſtra me-
riſæus vt tarentur. *Caſtra metentur è regione Phihahiroth,*
*quæ eſt inter Magdalum, & mare, contra Beelſe-* Pharao
*phon.* *Beelſephon* (ait D. Hieronym.) *in linguam* perſequi-
*noſtram vertitur Dominus Aquilonis.* Aquilo pars tur.
eſt frigidiſſima. *Qui dicitur Dominus Aquilonis* Exo. 14. 2.
(ſic Rupert.) *quia ausa ſuperbia elatus dixit: Sede-* In c. 14.
*bo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Ete- Exod.
nim extra dubium eſt, quòd homine de Ægypto peccati diſcedente, confeſtim aduerſarium ſibi ſentiet Dominum illum Aquilonis, diabolum interpretor, & perſecutorem acerbiſſimum, donec ab incœpto deferueat pedemque referat itinere: & ſaltem quantum in ſe eſt ab incœpta non deſiſtet oppoſitione.

Frequens mihi eſt in ore, Phariſæum hunc eſ- V.
ſe comœdiæ morionem: & ſpectare licet in co- Phari-
mœdia graue quoddam Regum facinus exhibe- ſæus lu-
ri: adſunt Rex & Regina, grauia de filijs agen- dioni co-
tes inter ſe negotia, his vt rebus maximi momen- mœdiæ
ti ſtudioſius occupantur: quia verò morioni om- compara-
nia videntur incongrua, quæ præter cibum po- tur.
tum & delicias agitantur, tœdioſam hinc cenſet ille conferentiam, frendet obmurmurans dentibus, plures ineptias effutiens quàm verba, quinimò ſyllabas. Et hoc nunc agitur. Quænam inter Chriſtum & Magdalenam, quærit D. Ephrem Syrus, agitantur, tanti momenti, tantique pon-
deris, cor animamque concernentia? *Cuncta cor-* Serm. in
*dis ſui arcana enuntiat omniaque ipſi abſque ſono,* mulie. pec-
*& voce exponit.* Multo minoris negotij eſt quod catric.
exterius os perficit, quam quod internis animâ, & longè nobilius eſt id, quod non videtur, quàm quod oculis exponitur patetque mortalium. Quos confert in corde ſermones? quos edit gemitus? quas internas proponebat rationes,
vt alter Dauid? *Tibi dixit cor meum: exquiſiuit* Pſ. 26. 8.
*te facies mea: faciem tuam Domine requiram:* Domine mi, tibi vt Deo loquitur cor & anima mea, hoc vnicum in votis mihi eſt, vt vultum tuum ad me conuertas benigniorem, ſolis inſtar, dum enim hic ſuum ad terram deflectit, illam luce, calore, & optimis mille replet influentijs. Quid non rerum agebat ibi Chriſtus in intimo Magdalenæ meditullio? quænam illi præponebat argumenta? quibus blanditijs eam excipiebat & lenimentis?

Viden' fatuum hunc morionem? hanc aſpi- 103
cit toruus mulierem, & cogitationum ſuarum fremit dentibus, nunc canino dente illum, nunc illam conuitijs excipiens: & verbis pauciſſimis plurimas effutit ineptias. *Hic* (ſic ille) *ſi eſſet Pro-*
*pheta.* *Hic ſi:* contemptibiliter & aſpernatoriè de Mat. 21. 10
Chriſto calumniator loquitur, eo modo quo lo- Ioan 9. 29.
cij obgannire conſueuerant. *Quis eſt hic? Hunc*

*Ad Damn. apud Lipo. Gen. 27 ſ.190. co.2. ad ſi.* *neſcimus vnde ſit.* Hic ſi (ludionem audi) *eſſet Propheta, ſciret vtique, quæ & qualis eſt mulier hæc*, eiuſque vita, farrago ſcilicet, & cloaca vitiorum. Ergone cogitas à Prophetis nihil ignorari? Quærit D. Hieronymus. Magnus & excellens Propheta fuit Iſaac, cui Deus in viſione manifeſtauit, id quod priùs cum benediceret filio ſuo Iacob nedum non intellexerat, ſed inſuper & deluſus fuiſſe perhibetur.

VI. Prophetæ nō ſciunt omnia.

Iacob neſciuit quod Rachel idola ſecum detuliſſet, vnde illam pœnæ mortis expoſuerat. Samuel inter vates non inferioris notæ, quem Dauid Moyſi ſtatuit comparem; cum illi Deus præciperet vt in Regem vngeret vnū de filiis Iſai, in primo aberrauit, quem nobilem ceteris præferebat ſic vt illum Deus melius inſtruere debuerit; & idem illi contigit in reliquis ſeptem Dauidis patris illius natu ſenioribus. Eliſeus duplici ſpiritu dotatus, quem ab eximio ſuo magiſtro Elia ſucceſſione receperat, Propheta fuit eminentiſſimus, & nihilominus illi multa Deus ſub ſilentio celauit, vt patet in facto Sunamitidis. *Dominus celauit à me.* Reuoca in memoriam Danielem & Zachariam, quàm anxiè interrogent ab Angelis myſteriorum expoſitionem, quæ viſiones oſtenſæ complectebantur abſcondita: nam quantumuis illuſtris quis ſit Videns, non ſequitur eum omnia ſcire, & eum latere nihil abſconditum: & non ſemper, & quotieſcumque quidam ſe illis offert, omnis vitæ norunt illius inſtitutum.

*4.Reg.4. 27.* Præclarus colitur eſſe vates Eliſeus, & dum pedibus eius mœſta præuoluitur vidua, dubius hæſit & animo ſuſpenſus: quia quid rerum illi accidiſſet, ipſe Videns ignorabat.

*4.Reg.7.* Nathan celebratur Propheta perſpicax, & ipſo Dauide præclarior: & eo tempore, quo Dauid templi fabricam animo concipiebat, nec hic, nec ille diuinam circa hanc nouerat determinationem: etenim ſuis Deus inſpirat Prophetis, quo modo, quando & quidquid illi bene placuerit: ſicut ex doctrina D. Hieronymi confirmat optimæ Theologiæ Doctor primarius D. Thom.

*2.2.q.173. per totam.*

VII. Chriſtus vt ſol ſordibus nō inquinatur.

Deinde, ſciret, inquit, quia peccatrix eſt, nec ad ſui contactum mulierem permitteret omnium ſuffragio ſpurciſſimam. O caput elingue, exclamat D. Petr. Chryſol. & tu ignoras, ſolem à ſordibus non inquinari, ab immunditiis non maculari, qui licet ſterquilinia perluſtrat, ipſa illuminat, ille verò puriſſimus in ſe manens nullam contrahit immunditiem. Hoc ita congruè calluerunt Gentiles, ex iudicio D. Cyrilli Alexandrini,

*L. 6. de adar. p. 134.*

vt ea de cauſa ſolem appellârint Phœbum, id eſt, purum, immaculatum, verbo inter Græcos maximè vſitato, nempè Phæbare, id eſt purgare, mundare: credebant enim ſolem, quem vt Deum adorabant, adeò purum eſſe, vt nedum nullam pateretur maculam, aut ex rebus immundis fuliginem contraheret; quibus ſuos infundebat radios, ſed potiùs eorum virtute cuncta purgaret. Et hoc ita fiebat, vt teſte præfato Auctore, quotieſcumque ſeſe peccator radijs exponeret ſolaribus, ſic vt eum illuminarent, purgatum eum eſſe mundumque opinarentur. An te latet, inquirit D. Petr. Chryſolog. non inquinari, *D. Petr. Chrys. Ser. 93.* non infirmari medicum, ex ægroti contactu. *Stercora contingunt, ſed non coinquinant ſolem: medicum cum tangit vulnera, putredo non polluit: iudicem quamuis tangat reus, non poteſt maculare cum ſupplicat.* Heu quàm malè litteratus in lege tua ſanctiſſima, quæ eum auctorem agnoſcat ipſum Deum, ipſum promulgans; hoc vnicum curauit, vt quædam ſancita decernens generalia, cunctis hominibus obſeruanda, nonnullas adiungeret circumſtantias particulares, vel verba, per quæ Chriſtus exciperetur, demonſtrans, quod licet homo ſit eiuſdem cum alijs naturæ, non tamen ſit ijſdem culpis ſubditus & imperfectionibus. *Hic ſi eſſet Propheta.* O ſtolidum caput, non enim hunc nouiſti, de quo murmuras, & quanta ſit eius vitæ morumque integritas.

VIII. Chriſtum Deus in lege de peccatis ſemper excepit.

D. Gregor. exponit de Chriſto illud Moyſi vaticinium. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine, quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate?* Flaccida non eſt Chriſto ſanctitas, nec aciculis affixa, ſed *Exo. 15. 11.* omnino fortis, in tantum vt nihil ſit, quod illum *In 1. Reg.* euincat, ſitque ei ſimile: Caietan. ex Hebræo le- *c.2. apud* git. *Robuſtus in ſanctitate.* Non eſt ſanctus, vt *Lipom.* alij. *Nullus eſt ſanctus, ſicut Dominus: tam enim ho-* *Exo. 15. fo.* *mines, quàm dij exercendo robur, aliquam inquina-* *119.* *tionem incurrunt, &c. Saltem commotionem in animo.* Quocirca cum peccatoribus agere formidant. Sponſa ſponſo ſuo reſpondit: *Laui pedes meos,* *Cant. 5. 3.* *quomodo inquinabo illos?* D. Gregor. interpretatur: oſtendit hic ſponſa ſibi maximè cauere, à ſocietate peccatorum, ne tabum aliquod ex peſte ſibi contrahat. Confeſſarij timent, & ipſe D. Greg. timet. In actibus P. N. Dominici legitur die quodam diabolum figuram aſſumpſiſſe pœnitentis, ea motus intentione, vt virum Dei poſſet irretire: quid igitur miramur electos ſupra modum peccatorum refugere conſortium? Porro Chriſtus tanta ceteris eminet vitæ ſanctitate, vt nullatenus ſit ijs ſubiectus, quibus reliqui quantalibet perfectione conſpicui.

Sic

*3.p.q.37. ar.4.ad 2.* Sic notant communiter SS. Patres quorum doctrinam Angelicus Doctor complectitur, quod decreta ſanciens purificationis mulierum ex partu immũdarum, & obligationem ſeu debitum primogenitorum particularem, quandam intexuerit circumſtantiam, quâ à rigore & obligatione eorum Christus eiuſque puriſſima mater exciperentur:

IX. Probatur. *Deut.12.2*

*Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit.* Hanc tu ſcrutare legem & inuenies, quod acumine ſubtiliori dixit D. Cyrill. Alexand. quod in iſto tam generali & communi ſancito immunditiæ & fœditatis ex mortuorum contactu contrahendæ, verbis omnino ſingularibus Christum exceperit. In libro Leuitici ſtatuit: quicumque quidquam morticinum tetigerit, immundus habeatur, nedum ipſe homo, ſed eiuſdem veſtis, linteum, lignum, vas, & quodcumque morticinum tetigerit, ſit immundum: quod ſi cadauer in domum ceciderit, vel in campum, vel ſuper herbas, &c. vel ſi paſſer vulnere accepto in arborem aduolarit, vel ſuper ſepes, ibique mortuus ſit, quidquid tetigerit, immundum erit & pollutum. *Leu 11.31* *Qui tetigerit morticina eorum immundus erit, vſque ad veſperam & ſuper quod ceciderit quidquam de morticinis eorum polluetur.* Sed notandum, monet Deus, ex hac lege me velle fontes aquarum & ciſternas excludere.

X. Cur fontes à cadaueri immunditia excipiantur.

*Fontes vero & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio munda ſit.* D. Cyrillus opinatur hoc ita à Deo decretum ob maximam aquarum neceſſitatem: ſi namque ex lapſu paſſeris mortui in fontem, ciſternam vel fluuium aqua hæc haberetur immunda, res eſſet intolerabilis. *Eam rem moleſtiſſimam & prorſus minimè ferendam ducerent, cum maximè propterea læderentur adeo vt ex urbibus eſſet interdum ac domibus recedendum, earum aquis contaminatis, cum earum vſus neceſſarius, & & quo hominum vita carere non poteſt, ademptus eſſet.*

*D.Cyrill. l.14. de ador. in ſpirit. p.366.*

Sed alia nobis offertur ratio: fontes enim alias purgant immunditias, & aquis ad lotionem vtimur. Si verò illæ forent immundæ ex cadaueris immunditia, quid ſupereſſet quô poſſent emundari? Immundus non eſt fons, quia quid immundum in illum incidit: non enim hoc illum inquinat, imò potiùs ille hoc expurgat. Immunda erat Magdalena & per peccatum reddita morticinium, cuius mors omnem ſuperat mortem. Porrò tu verùm aduertas Phariſæe, Christum eſſe fontem aquarum viuentium, gratiarum vberiorum, imò infinitarum: ne hoc tibi perſuaſeris, quòd ad illum accedente peccatrice, ipſe polluatur, magis quàm ipſa ſidera. Fons non polluitur, nec ciſternæ ex cadaueribus in eas incidentibus damnantur immundæ. Per fontem Christum intelligimus, vt dictum eſt, originem, principium & primam gratiarum omnium quæ de ipſo procedunt, ſcaturiginem. Ciſternæ eius ſunt miniſtri, in quibus depoſitæ & ſeruatæ ſunt aquæ poteſtatis peccata remittendi, ſanandi & mundandi peccatores: ſi namque illis accedentibus, illi polluerentur, quid medij vel remedij? quô fœtentes illæ purgentur immunditiæ? Patres Confeſſarij, ne peccatores quæſo dedignemini, ne fugiatis, cum hoc Simone Phariſæo, eiuſque conſortibus, quos, vt habeo ex D. Auguſtino repræſentat Iſaias, dicentes: *Recede à me, noli me tangere, quia mundus ſum*: ne contrahas rugas, ne dedigneris, ne peccatores aſperneris: feram ne timore percellas, ne in fugam compellas, attende quod te Deus ciſternam eſſe ſtatuerit, ad quam lauandi conueniant.

XI. Christus fōs eſt, & eius miniſtri ciſternæ.

Sequere conſilium D. Pauli, vt tali ratione peccata conſideres aliorum, vt etiam oculos in teipſum reflectas, & alta mente perpendas te quoque hominem eſſe infirmum & labilem, & niſi te Deus tenuiſſet, aut ſua manu roboraſſet, in defectus lapſus eſſes multo grauiores: & ſi vſque modo in illos non incideris, eras poteris in multo labi peiores, ſi quædam te premat tentatio, vel alliciat occaſio ſuamque tibi Deus manum ſubtrahat auxiliarem: *Vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.*

XII. Confeſſarij peccatores non reijciant.

*Gal. 6.1.*

Ni fallor conſilium ſpectat Spiritus ſancti: *Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, neque improperes ei: quoniam omnes in corruptione ſumus.* Hæc omnia trutinanda ſunt verba. Primò dicit: *Ne deſpicias* illum qui terga vertit peccato. Quando quis peccat, terga vertit Deo, & ſe conuertit ad peccatum. Illum vt abiectum habe & vilem, vt hominem inopem iudicij ſenſu priuatum, ita abominabilem, vt ea ſunt quibus afficitur. *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt: quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Sic Deus animam peccatricem. Digna contemptu foret mulier illa, quantumlibet progenie ſata nobili, quæ nupta Regi, illum repudiaret, & ſpreto mariti thoro, Maurum ſequeretur, nuberetque adultera nigerrimo; & illa ſimiliter, quæ tam vili ſorderet animo, vt reiectis opibus, gazis, regiiſque omnibus in fœtidiſſimum ſe volutabrum iniiceret maculandam. *Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.*

104

*Eccli.8.9.*

*Oſe 9.10. Hier.2.36.*

*Thren.4.5.*

Hunc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pſ. 14.4. Hunc dedignare, viliqueſ facito, ille licet ſit, quemcumque eſſe volueris: etenim hanc de viro ſapienti, ſanctoque fert Dauid cenſuram. Pſal. 118. 118. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.* Nec hoc adeò multum, ſi tu illum deſpexeris, flocciq; ue feceris, cum & ipſe Deus tales aſpernetur. XIII. Similitudo. *Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.* Verumtamen qui peccato valedicit, Deoque manum porrigit, legis illius ſpondet obſeruantiam, illum ne ſpernas: rem etenim agit omni dignam æſtimatione: quod ſi illum non negligas, nec habeas faſtidio qui demerſus in fluuium, de profundo conatur exilire, tuamque ſupplex manum expoſcit, ſuam ipſe extendens, vt tuam exporrigens eius promoueas egreſſum: ne illum faſtidioſus repellas ad te confugientem, qui vim adhibet vt de peccatis emergat, oratque ſis illi præſidio.

Secundò dicit, vt recorderis omnes nos hanc naturam ſortitos eſſe corruptam, & ſi cadat hic hodie tu heri cecideris, & cadere nunc poſſis: & cum omnes defectibus ſubdamur & imperfectionibus, tuas intuitus, non tibi nauſeam pariant alienæ. XIV. Suadet peccatorū Dei miſericordiam. *Omnes in corruptione ſumus.* Ne prætereamus dignum Sancto Spiritu diſcurſum. Seriò monet peccatores, vt per pœnitentiæ fletus ſe ad Deum ex corde conuertant, illis certo certius promittens, quod quantumcumque graues fuerint, ſi toto corde conuerſi fuerint, illos peramanter excipiet, nedum illos habens faſtidio, ſed infinitis inſuper cumulaturus beneficijs. Eccl. 17. 28. *Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad ſe.* Rem exponit S. pagina per admirationem, quando verba deficiunt, quibus illa pro rei dignitate & amplitudine declaretur. Sic Dauid Dei celſitudinem exponit. *Quis Deus magnus, ſicut Deus noſter?* Similiter gloriæ declarat amplitudinem. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quàm præparaſti diligentibus te!* Quanta Dei benignitas, quanta clementia, quàm amica affabilitas, quâ conuertentes ad ſe propitius excipit, quantis blanditijs fouet pœnitentes! Non illos cum faſtu dedignante recipit, non aſperè, non viliter excipit, ſed ſinu dilatato, & apertis brachijs, vt in prodigo conſpicimus. Et vnde talis gratia, tanta benignitas? Vtique nos nouit intimè, noſtræ naturæ non eum latent infirmitates, noſtra illi nota eſt miſeria, ſupina ignorantia, malitia maxima & aſtutia, quâ nos verſipellis ille ſatanas ſtudet incautos illaqueare: *Non enim omnia poſſunt eſſe in hominibus: quoniam non eſt immortalis filius hominis & in vanitate malitiæ placuerunt.* Viribus pollent homines languescentibus, & nedum omnia non poſſunt, aut per ſe in omnibus præualere; ſed etiam ipſis ſæpe numero vires deficiunt, mortales ſunt mille calamitatibus obnoxij atque vt tales, ipſo labaro nauique mutabiliores; quam vel vnicus venti flatus valet ad ima demergere perituram. Hoc eſt, *Non eſt immortalis, id eſt, immutabilis:* nihil facilius hac & illac, & in quamlibet partem locumque traijcitur: & ſecum trahunt inimicum carnis ſiæ perpetuum cui non placet, niſi quod diſplicet rationi, & hoc illam mulcet; ducit, ſatisfacit, placetque illi amplius, quod eſt peſſimum: *In vanitate malitia placuerunt.*

XV. Quia vero liceret obijcere: quomodò ergo Deus hoc perferre poteſt in tam abiecto viliique vermiculo? Addit: quid hoc te rapit hæc in homine fieri: quandoquidem hoc idem quotidie nobis ad oculum contingat in creatura, quâ mundus non habet eminentiorem. *Qui lucidius ſole, & ipſe deficiet?* Eccl. 17. 28. Quid ipſo ſole venuſtius, & qui ſedem habet maximè ſecuram, cùm ſedem in altiſſimo habeat cœlorum faſtigio? nihilominus Eclipſim interdum patitur, & luna ſe illi noſtris oculis obijcit mediam, lucemque eius obtenebrat: deinde nubecula à vento concitata caliginem illi offundit, & eum obnubilat. Si hæc in ſole peragantur, qui corporalis extremum obtinet perfectionis, ex lucis ſuæ dignitate, & locum poſſidet ſecuriſſimum vtique in cœlorum altiſſimis: quid tantopere moueris hæc in homine contingere: qui in altero miſeriæ atque inconſtantiæ degit extremo: nec eſt creatura miſerijs & grauioribus magis expoſita calamitatibus? *Quid nequius, quàm quod cogitauit caro & ſanguis? Et hoc arguetur.* q. d. vt inde trahas argumenta, ad humanæ infirmitatis cognitionem, & ne peccatorem ſpernas conuerſum, qui propriæ conſcius miſeriæ, ſupplex poſtulat à te ſubſidium. *Et hoc arguitur.* Fac concluſionem. Si Deus ſumma puritas, in quem nullius poteſt defectus cadere veſtigium, quem nulla poteſt defectus culpa ſeu peccatum inquinare: tanto miſereatur affectu peccatori illumque patiatur & ſuſtineat ſuis adhuc criminibus implicatum, tam benignè ſuſcipiat, quando peccati pœnitens ad eum toto corde conuertitur; quid tibi faciendum incumbit, qui tantum abes ab illa diuina perfectione, quantum vicinus vt in eaſdem labaris mentis infirmitates, in quas hic incidit, imò & grauiores?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si Deus eo ſolo quod noſtra ſit illi perſpecta infirmitas, ita peccatori compatiatur, eumque longanimis exſpectet ſceleribus inuolutum, ſuſtinet, fouet & vlnis ſuſcipit dilatatis ad ſe convertentem: tu, qui huius habes experientiam, tibi quid credis faciendum? O fatuos Phariſæos: etenim hæc erat illis culpa familiaris, qua faſtuoſi peccatores dedignabantur, & ab acceſſu procul arcebant illos indice demonſtrantes: vt diximus in caſu adulteræ: *Hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio*: & nunc hic ait: *quæ & qualis eſt mulier hæc, quæ tangit eum quia peccatrix eſt.*

Vide Hom 26. n.52.

## §.38. Quia peccatrix eſt. *Ignorat Phariſæus virtutem pœnitentiæ: cum peccatricem iudicet, eam quæ per ipſam mutata eſt ſicut deſertum Iacob.*

☞ 105. ALiam inſuper inſipientiam denotant verba Phariſæi, in eo quod ait: Chriſto non convenire, vt ſe ab hac muliere tangi patiatur, *quia*, inquit, *peccatrix eſt.* O Simon, quam ignorans es, & quam parum noſti, quænam ſit veræ virtus pœnitentiæ, & diuinæ gratiæ efficacia, & quantum vno inſtanti terræ percurratur. etenim in momento trahit Dominus nauiculam de profundo inferni: eamque ad cœli portum vſque ſuſtollit: & quæ praua erat ſcelerum deteſtanda colluuies, depoſitum ſit diuinæ gratiæ pretioſiſſimum: & peccatricem, qua nulla execrabilior, ſanctam procreet, qua nulla feruentior. Narratur de Theodoro monacho quod cum in via perfectionis multum, profeciſſet vitamque ſuam pluribus annis ſtudio ſanctitatis impendiſſet, iam ſenio confectus & annis grauis in non leuem ceciderit culpam: quem diabolus eius incentor flagitii, confeſtim ad deſperationis laqueum acriter incitauit, illi perſuadens, nullum ſibi de Dei miſericordia ſpem ſupereſſe remiſſionis; quia Deo ingratus adeo extitiſſet, & tantis receptis ab eo beneficiis, tanto illum ſcelere reus offendiſſet.

Habetur. Tom. 5. p.860.

I. D.Chryſ. Dei prædicat erga peccatores miſericordiam.

Intellexit hoc D. Chryſoſtom. erat etenim illi apprime cognitus, miſit itaque illi tractatum inſignem, quem inſcripſit. *De reparatione lapſi*; in quo diuina quadam ſapientia & ſpiritu proponit illi, quod licet in graue lapſus fuiſſet crimen, Deumque non leuiter offendiſſet, multo longe crimen committeret enormius ſi de diuina diffideret miſericordia. Ad propoſitum virtutem exponit illi pœnitentiæ, & diuinæ gratiæ declarat efficaciam, quæ tanta creditur, vt in inſtanti peccator, & Deo execrabilis, ſanctus fiat diuinoque conſpectui mirum in modum amabilis; ad hoc autem doctiſſimum adducit argumentum. Omnibus in confeſſo eſt, dæmonem non eſſe Deo potentiorem, nec huius nequitiam, illius gratia & miſericordia; iam enim acceptum eſt illud Spiritus S. axioma; *Sapientiam non vincit malitia.* Novimus autem potentiam, & nequitiam diaboli, quæ tanta eſt, vt in momento ex iuſto faciat peccatorem, & in inſtanti ex ſupremo cœlorum vertice in abyſſum præcipitet infernis; domeſtice notum eſt, quid in ipſo Satana propria operata ſit malitia, qui de lucente mutatus eſt in Luciferum; ex ſupremo omnium Angelo, imo creaturarum omnium euaſit in diabolum totius barathri fœdiſſimum; qui Dei amicus erat integerrimus, inimicus factus eſt infenſiſſimus, improbitate peſſimus, qui fuerat primus ſanctitate; & hoc pluribus actum non eſt annis diebus, aut horis ſed vnico inſtanti, vnico momento; hoc enim Chriſtus ſimilitudine fulguris declarauit. *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.* Quid fulguri proprium eſt? Vt non ſit, nec comprehendi quid poſſit, quod tantam vnico momento percurrat terræ regionem. *Sicut fulgur, quod exit ab Oriente & paret vſque in Occidentem.* Sic Lucifero contigit eiuſque aſſeclis; qui cum tanti eſſent, adeoque ſancti, atque in cœli altiſſimo culmine, gratia, doniſque pleni, Deo per amorem quam proximi, & Deus pſis per gratiam, vnico inſtanti, de tota hac lapſi ſunt altitudine ad infimam vſque profunditatem, & qui prius Angeli erant decore venuſtiſſimi, facti ſunt ſicut dæmones fœtore horridiſſimi.

Sap.7.30.

Luc. 10. 18.

II. Efficacior eſt Dei bonitas quam dæmonis malitia.

Quid ita mirandum? quid ita percellit timore ſanctiores? potiſſimum cum ſciant multos, qui Deo erant gratiſſimi, in puncto factos fuiſſe peccatores, Deique inimicos ingratiſſimos. Hoc in malo efficere poteſt diaboli malitia. An ergo plura non poterit gratia in bono Deique brachium omnipotens? Hoc poteſt, & hoc agit; etenim crebro peccatorem abyſſo culparum immerſum vnico inſtanti illis educit, atque ad ſublimem euehit ſanctitatis altitudinem; vt quem grauiſſimum prius exhorrueras peccatorem, iam piiſſimum diligas, & qui quondam totius inferni fuerat habitaculum, nunc ſit gloriæ Dei templum, &

1. Reg. 2. 8. Pſ. 112. 5. 6. D. Chryſ.

SS. Trinitatis manſio digniſſima. Hoc eſt (inquit ille) quod Cantico ſuo celebrauit Anna Mater Samuelis piiſſima femina, & deinde Rex Pſalmographus: *Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. Si enim cacodæmon tantum potuit, vt te in veritate illa ac faſtigio virtutis in extremum malitiæ detruderet: multò magis Deus in priſtinam te poterit vindicare libertatem, nec in ea ſolum, ſed tibi multo feliciorem, quàm fuiſti prior, perficere.* His congruenter expendit verba hæc Pſalterii: *Hodie ſi vocem eius audieritis.* Quid eſt *hodie?* D. Paulus explicauit eſſe vitæ tempus, & ſingula eius momenta. An ergo vno inſtanti tantum fieri poſſe credimus? Vtique: non enim Deus tempus requirit longius ad tui remedium, quàm diabolus ad tui damnationem. Memineris, inquit Niniuitarum, quorum ita ſcelerum accreuerat enormitas, vt ad cœlum vſque pertingeret: attende quam illo tempore mutati ſint. *Tempus exiguum potuit vniuerſam eorum abolere impietatem.* Conſidera latronem, qui vnico momento diuinæ gratiæ ſubſidio mutatus eſt in Apoſtolum, & de cruce, ſupplicii loco, pulpitum erexit ex quo Chriſti gloriam, eius Euangelium, atque ſacratiſſimi ſanguinis extolleret efficaciam. *Latro haud longo tempore paradiſi introitum impetrauit, & vnico momento peccata totius vitæ ſimul abſterſit, atque ante Apoſtolos officij grati præmium ſuſcepit.*

Pſ. 49. 9. Heb. 3. 7.

Pſ. 106. III. Dei miſericordia in Dauide proponitur.

Idem confirmat D. Hieronym. ex ipſius Dauid actu celeberrimo: nam in eo ipſo Pſalmo *Miſerere* veræ pœnitentiæ declarat efficaciam. Prægrande fuit illius peccatum adulterii, lapis cunctis offenſionis: prout & proditorium Vriæ homicidium. Ita ſceleri huic velut abyſſo infixus erat, vt Propheta viam non inueniret, qua illud facie ad faciem impugnaret, niſi compoſita parabola, qua peccatum illi ſuum indicaret. Quam primum illud cognouit: exclamauit pœnitens: *Peccaui.* Eodem inſtanti reſpondit illi Nathan. *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum.* Quid hic D. Hieron.? *Totam pœnitentiam peccatoris oſtēdit Pſalmus quinquageſimus, quando ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabee vxorem Vriæ Hethæi, & à Nathan Propheta correptus reſpondit: Peccaui, ſtatimque audire meruit. Dominus abſtulit peccatum tuum.* Graue peccatum, at longe maior virtus eſt pœnitentiæ, hanc enim hoc Pſalmo reſerauit. *Adulterio iunxerat homicidium, & tamen conuerſus ad lacrymas. Miſerere mei, ait, Deus ſecundum magnam, &c. Tibi ſoli peccaui: Rex enim eram, & alium non timebam, &c.*

D. Hier. ep. 46. ad Ruſt. T. 1.

Ecce quam apta S. Doctoris expoſitio: cum enim in Vriam, Bethſabee, & populum peccaſſet, ait tamen: *Tibi ſoli peccaui, &c.* Progreditur in eodem Pſalmo, & notandum, inquit, quantum terræ vnico inſtanti percurrerit: nam de peccatore, nedum euaſit ſanctus, ſed tantum diuina gratia roboratur, vt eius virtute ſe quoque docere poſſe pœnitentes ſibi perſuaderet. *Tantum profecit vt dudum peccator, & pœnitens tranſierit in Magiſtrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Duo ſunt hic expendenda. Primum: breuitas temporis qua peccator euadit juſtus. *Fœditatem vulnerum in ſanitatis decorem commutauit.* O quam vlcerata, quam corrupta vulnera! Ipſe alio loco hoc declarauit. *Putruerunt & corrupta ſunt cicatrices meæ, &c.* Et momento temporis infirmitatem ſanitas ſuperauit. Secundum: altitudo ponderāda eſt ad quam ſubito peruenit nam ſe ſtatuit diuinæ præconem miſericordiæ, & magiſtrum pœnitentiæ, in eo quod agit & loquitur. Iuxta illud jam ſe magnum coram Deo cenſebat: quia coram illo magnus eſt, qui facit, & faciendo docet. *Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Et hoc in momento temporis? in momento temporis: ſi namque diabolus in momento temporis ſua potuit malitia, illum de ſumma dejicere celſitudine ad infimam profunditatem, & eximium ſanctum mutare in facinoroſum peccatorem: multo melius ſua potuit Deus benignitate & fauore, illum in momento temporis virum creare ſanctiorem.

Pſ. 50. 15.

Pſal. 37. 6.

IV. In inſtāti peccata dimittuntur.

Mat. 5. 19.

Mirari debemus omnes argumentum D. Chryſoſtom. quo veræ pœnitentiæ cognoſcamus efficaciam quod cum tale ſit, repetit & proſequitur aliquoties. Attende, inquit, quantumuis grauia tua ſint peccata, nequaquam animo deſpondeas, imo potius, ſi quotidie labaris, quotidie ad Deum conuertere. *Peccata ſi habueris, ne deſperes, tametſi quotidie pecces, quotidie pœnitentiam age.* Quid agis in domo tua, quando ſordibus inquinatur? Illam euerris: & ſi quotidie inquinetur, quotidie illam emundas. Domine, an Deus peccantem me, perferet patienter? Magna nimis eſt hæc tua ſtultitia, ſi illa percuncteris? ſi diaboli malitia tam eſt longanimis, vt ſi quotidie illum abiures, & quotidie ad illum reuertaris, te exſpectet, & apertis accipiat vlnis: quid non aget infinita Dei miſericordia, immenſaque bonitas,

Hom. 3. de pœnit. T. 5. & latius in Prologo ſup. Iſa. in proœm. Tom. 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonitas, cuius comparatione tota malitia barathri minor eſt quam vna ſcintilla reſpectu totius Oceani.

V. Peccata ſunt finita, Dei miſericordia infinita.

In quo nititur fiducia peccatoris? In miſericordia Dei. An ergo tu credis à malitia tua huius abyſſum ſuperari poſſe miſericordiæ? Quantumlibet enormia, multa & multiplicata ſint peccata tua, finita tamen ſunt, & numerum habent determinatum: Non talis eſt diuina miſericordia. *Dei pietas & clementia menſuram non ſuſcipit, tua autem malitia menſuram habet qualiſcumque fuerit tua malitia, humana malitia eſt. Dei autem clementia & pietas eſt incircumſcripta.* Hinc duo collige. Primum: quod numquam diuina laſſetur à parcendo miſericordia, nec vnquam euacuari poteſt indulgendo, quotieſcumque ad illam acceſſeris. Secundum: quam breui tempore operetur: vnico namque momento peccata dimittit. Dicito mihi, quanto opus eſt tempore, vt ſcintilla decidens in mare, penitus extinguatur? Vno inſtanti ita imperceptibili quod pene declarare eſt impoſſibile. Minori adhuc igitur indiget peccator tempore, accedens vt decet ad Deum infinitæ pelagus miſericordiæ, quatenus omnia peccata eius abſorbeantur. *Cogita ſcintillam ſi in mare ceciderit, nulla poterit ſtare aut apparere.* Vt ex eadem, quam diximus, patet ratione.

VI. Efficacia peccati magna, maior eſt gratiæ.

Tanta eſt efficacia malitiæ, vt vnico inſtanti deleat, demergat & abſumat omnia opera bona & ſancta: nam ita potes eſſe Seraphim, & omnia habere merita Apoſtolorum, & actus patientiæ martyrum, & pœnitentiæ Confeſſorum, vt vnico peccato mortifero omnia perdantur, & qui iuſtus eras, vnico inſtanti peccator fias execrandus. Ita Deus per Ezechielem indicauit. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, &c. Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.* Ezech. 18. 24. Non ergo minor eſſe debet & inferior Dei gratia: quandoquidem illa peccator adiutus, licet totius orbis ſceleribus inquinetur, ad Deum conuerſus, ſicut ſcintilla in abyſſum maris decidens abſorbeatur. *Si impius egerit pœnitentiam, &c. vita viuet, &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* An hæc, inquit ille, in praxi videre deſideras?

☞ 107. Iſa. 1. 3.

Audiamus quid per Iſaiam Deus proloquatur quibuſdam ſceleratis & iis quidem ceteris nequitia ſuperioribus. Sic iam orditur vates prophetiam. *Viſio quam vidit Iſaias filius Amos, ſuper Iudam & Hieruſalem.* Audiui quæ Deus mihi videnda contulit ſuper populum ſuum contumacem: mihique præcepit, illis aperiam oculos, vt hæc videant. *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt.* Quid facis ô Propheta? Dixiſti, dicenda tibi fore ſuper Iudam & Hieruſalem: vt quid ad cœlum conuerteris, & terram inuocas? *Viſio ſuper Iudam & Hieruſalem, & cœlum alloqueris, atque in terram ſermonem declinas?*

VII. Cur cœlum & terra teſtes inuocentur.

Vtique: vult etenim ſpectare verba illa, quæ Moyſes olim protulerat: eam morti proximus concionem ad populum habuit, iam vbi terram ingreſſurum promiſſionis, cum ad diuinæ legis exhortatus obſeruantiam, certoque illi promittens, vt ſicut illam ſi cuſtodirent, bonis illos afficeret innumeris & eminentioribus, ita ſi præuaricarentur illam, ſæuis illos & acerbis puniret ſuppliciis, eam exorſus eſt, obteſtatus cœlum & terram. *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Deut. 32. 1. Illa inuocat in teſtes eorum, quæ illis promittebat, & quibus illos perterrebat. *Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, &c.* Sciebat Moyſes, illos, qui verba ſua capiebant, eſſe morituros, quodque proinde teſtes non eſſent idonei: quare cœlos terramque inuocat, quia numquam eſſe deſinent, vt teſtes ſint perpetui. Eia igitur cœli, Vos qui manna depluiſtis, & teſtes eſtis eorum, quæ Deus huic populo præſtitit, & modo meorum eſtote teſtes incorrupti verborum. Eia terra, tu quæ manna recepiſti, & menſa fuiſti [illegible] quæ fercula ſuſciperes miraculoſa, quibus hunc Deus populum enutriuit, & ſigna vidiſti mirabilia, quæ Deus operatus eſt ad eius beneficium, eſto teſtis eorum quæ locuturus ſum. Illos ipſos, quos Moyſes adhibuit in teſtes eorum quæ dicenda forent populo Iſraelitico, inuocat, vt teſtes ſint iniquitatum, ac ſeditionum, quibus Deo ſuo ingrati reſponderunt, qui hanc contra illos querelam exponit ingratitudinis. *Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me, &c. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, &c.* A quo pabulum accipit, populus autem iſte me non cognouit.

VIII. Grauitas peccati Iſrael exponitur.

Hinc ad tantam elapſus eſt calamitatem, vt illi prædicere nequeam, niſi [illegible] mum eius ſupplicium. *Væ genti peccatrici populo graui iniquitate ſemini nequam, filiis ſceleratis dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael* Væ languenti (inquit D. Chryſoſt.) quando medicus eius deplorat infirmitatem, & ait: Væ tali. Perpende quod dicat Dominus *Væ genti peccatrici, &c.* Ad tantum iniquitates illius excreuerunt

verunt cumulum: vt nihil in eo ſit integrum. *A planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas. Vulnus & liuor, &c.* Ad talem Principes eius ſtatum corruerun, vt ore pleno & veridico vocari poſſint Sodoma, populus autem, ciues Gomorrhæorum. *Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrhæ.* *Iſa. I. 10.*

Congruè proſequitur Iſaias, populum hunc deſcribens abyſſo nequitiarum abſorptum, eiuſque luget & plangit calamitatem. *Eſtne ira huic par quidquam? Propheta ingemiſcit, plorat, cælum inuocat, repræſentat malum ingens, Deum iratum. Vidiſti vulnus, vidiſti malum inſanabile, non vnius, non duorum, non decem, ſed mille:* An ergo ſperanda ſalus ô Propheta ſanctiſſime? Numquid non verbum conſolatorium his proloqueris infirmis? Vtique, & quidem inſigne. *Lauamini, &c. ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, quaſi lana alba erunt.* Abluite vos, & lachrymas ex corde vere contrito profundite, & momento temporis mutabimini: & quamuis peccata veſtra tinxerint, & inquinauerint, & colore ſanguineo cocco rubiore infuscauerint, ipſa niue erunt candidiores: hæc enim eſt lacrymarum efficacia, quæ ex corde profluunt contrito, & vero peccatorum dolore.

IX. Huic opponitur efficacia pœnitentiæ.

O Simon, quam parum in hac ſcientia profeciſti, & quam parum intelligis virtutis lacrymarum magnitudinem, quas cor vere contritum effundit, & diuinæ gratiæ in hac muliere potentiam. Quam male loqueris, & judicas: *Peccatrix eſt.* Sic eſt, (erat etenim (teſte ipſo Euangeliſta) mulier in ciuitate peccatrix. Nunc autem talis non eſt: ſed ſi prius peccatrix fuit infamis, modo ſancta eſt multo præclarior: & ſi Satanæ malitia voluit illam de gratiæ diuinæ, præcipitare celſitudine, ad peccati culpæque profunditatem: eam Dei gratia ab illa erexit profunditate & abyſſo, ad Seraphinorum altitudinem amore flagrantium. O Simon, quam parum attendis illud Spiritus S. *Ne manſeris in operibus peccatorum, &c. Facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.* Græcus legit: *Ne mireris.* Ne vociferer is, aut obſtupeſcas videns peccatorem, nec cum omni ſpe ſalutis exortem iudices; facile namque eſt omnipotenti Deo in momento temporis ditare pauperem: & eum, qui non niſi miſeriis & paupertate circumdatur, diuinæ gratiæ diuitiarum aptum efficere receptaculum. *Subitò.* Quam tibi incognitum eſt Iſaiæ documentum, etenim anima terga vertens

*Eccl. 11. 22.*

flagitiis, & ad pedes Dei reuerſa, diuinæ ſe ſubmittens voluntati, à Deo ſuſcipitur, atque ſuper nubium cœlique altitudinem extollitur, fitque digna diuinæ ſedes maieſtatis, ipſis cœlis purior, & Seraphim amore feruentiſſima. *Cum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, &c. ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ.* *Iſ. 58. 13.*

X. Signa quæ ſint aduentus Dei ad animam.

His conformiter, hanc mulierem iam collocauit, & erexit ex titione inferni, ad Seraphinum amore flagrantiſſimum. *Dilexit multum. Lachrymis cœpit rigare.* Sanctificaturus Deus montem Sinai, vt in eo legem promulgaret, præcipit vt omnes eam recepturi ſe præparent, & ab immunditiis ſe lauent, ad pedem accedant montis, in quo Deus eſt condens legem, porro eum nullatenus aſcendant. Quomodo ſcietur quod Deus deſcenderit? Tuba percipietur horribilis, & terrore totum concutiet montem. *Eritque omnis mons terribilis.* Ex Hebræo legit Caietan. *Et tremuit totus mons vehementer.* Quæ montis concuſſio ad ſonitum buccinæ! Cooperuit illum nubes obſcura & denſa: ignis accenditur ex vna parte conſumens, & ex altera fumum excitans terribilem, ex quo pluuia deſcendit vberrima, teſte D. Paulo, & prædixerat Dauid. *Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cùm pertranſires in deſerto: terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael.* Attende, inquit Moyſes, vt cognoſcas, quod Deus in montem hunc deſcenderit. Et in quo ſcietur illud? *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo ſicut de fornace.*

*Heb. 12. 18.*
*Pſ. 67. 9.*
*Exod. 17. 18.*

Capit ſomnum Iacob in loco deſerti viliori: ea namque de cauſa illum deſignauit Spiritus S. dicens: *Cum veniſſet ad quemdam locum.* Vt explices virum aliquem haberi contemptui, nullius eſſe auctoritatis, dicis: *homo quidam,* ſic erat locus ille: *quidam locus:* non niſi ſpinis & lapidibus obſitus, & immundis reptilibus horrendus: vt autem Iacob ſeipſum ex vno atque ex altero eriperet, & caput ſecure ad quietem componeret, lapides in cumulum collegit, plures etenim aderant. *De lapidibus qui iacebant,* atque ex illis ceruical ſibi præparauit. Suauiter obdormit, & ecce ſubito cœlos Deus aperit, & mirabilem illam exinde ſcalam dimittit ſupra locum illum: Angelos ſuos deſtinat aſcendentes & deſcendentes, Deus ipſe millenis illum complet benedictionibus. Expergiſcitur Iacob, obſtupeſcit, exclamat. Quanta hæc, proh mutatio, O quam ſubito locum hunc terrenum in cœlum mutatum aſpicio. *O quam terribilis eſt locus iſte,* verè

*Gen. 28. 11.*

XI. Allegoria de Iacob qua vis pœnitentiæ notatur.

Dominus

*Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* Mutationes ſunt hæ mirabiles, quas Deus in inſtanti valet efficere.

Erat indubiè Magdalena deſertum, in quo non niſi peccatorum inueniebantur lapides, & reptilia luxuriæ immundiſſima. Momento temporis cœlum Deus aperit miſericordiæ, & cœleſti replet illam claritate: ſcalam amoris ſui & gratiæ demittit, quæ animam illius Deo coniungit, Deumque illi. Quis verbis explicet (vt dicam cum D. Ephrem Syro) Angelos aſcendentes & deſcendentes? quibus eam blanditiis Deus excipiebat, & illius erga Deum amoris quis loquatur indicia? Suſpiria ſurſum aſcendunt, dona deorſum deſcendunt: tota illa Deo conſecrata, & Deus totus illi familiaris; mille cumulans eam benedictionibus: & quæ priùs erat: *Habitatio dæmoniorum & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ*: nunc eſt gratum Angelorum, Archangelorum, & Seraphinorum habitaculum: & quam priùs ſeptem incolebant dæmonia, nunc ſeptemplici Spiritus S dono decoratur. O Phariſæe, aperi oculos, vt Iacob: nam ſi paulò ante peccatricem exhorrueris, & deteſtatus ſis ſpirituum ſpeluncam infernalium, in ictu oculi, & momento temporis, illam vt Dei viui templum mirabere digniſſimum. *Verè Dominus eſt in loco iſto*: conſpicies illam tartaro terribilem, quæ crudum illi bellum indicat, & animoſa proſternat. *Quàm terribilis eſt locus iſte? Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Prius ex his quæ poſſidebat, exercitum Satan conflauerat præpotentem, quibus Deum bello laceſſebat: oculos eius intelligo, capillos, manus, os, odores, agendi modos, milites ad omne facinus terribiles. *Arma iniquitatis.* Nunc ex his omnibus legiones conſcribit inferno formidandas: nunc enim illum perterrent oculi illi lachrymabundi, capilli illi Chriſti pedes abſtergentes, illæ manus lauantes, illud os exoſculans, &c. *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Erant illi milites inordinati, modo debito ſtatuuntur ordine: quocirca vt terribilis caſtrorum acies, quam nec tota præſumat potentia dæmonum ad certamen exſpectare venientem. An ergo tam inopinato, tam celeriter? Vtique: ad hoc enim ſufficit, quòd ad Domini pedes pœnitens acceſſerit, eoſque ſibi ad Deum vt ſcabellum erexerit.

Serm. in pecca.

Apo. 18. 2

Cùm Origine perpendamus quod in libro Ioſue ſcribitur. Erat hic populi Dei dux in medio campi ciuitatis Hiericho, terræ adeo maledictæ, rebellis, & inimicæ, mille dignæ maledictionibus, & ecce apparet illi Angelus, obſtupeſcit Ioſue, cui ſic Angelus. *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt.* Qui fieri poteſt, vt ille locus ſanctus ſit? Numquid ſuburbium eſt vrbis Hiericho maledictæ, Deique inimicæ? Non abnuo: ſed iam ſanctus eſt quare? quia Angelus in eo pedem ſuum fixit: quòd ſi pes Angeli ſufficit, vt locus maledictus, locus fiat gloriæ: quid non efficient pedes Domini Angelorum? Iam locus iſte ſanctus eſt, vbi Dominus ſacratiſſimos ſuos fixit pedes, iam cœlum reddita eſt ſtellatum. *Locus ſanctus eſt.*

Ioſ. 5. 15.

XL. Magdalena dicitur locus ſanctus.

Conſiderat Theodoret. Domini præceptum in Leuitico de ſacrificiis. Præceperat Moyſi Dominus, vt ad ſupremum ſacrificium, nempe holocauſti, in quo omnia quæ offerebantur, igne cremebantur in Dei honorem & gloriam, altare ſtatueret particulare dictum. *Altare holocauſti.* Deinde mandat, vt ſacrificium illi dedicet pro peccato idque in codẽ altari holocauſti, & quam primum in altari collocaretur, deinceps non diceretur hoſtia pro peccato, ſed hoſtia ſãctiſſima: hæc ſunt Dei verba: *Sanctum Sanctorum. Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato. In loco, vbi offertur holocauſtum, immolabitur coram Domino: ſanctum ſanctorum eſt.* Duæ nobis hic occurrunt difficultates. Prima. Videtur indecens hoſtiam pro peccato in eodem loco & altari reponi, in quo ſtatuitur holocauſtum quia animalia ibidem oblata viros deſignabant perfectos à quibus, ſiue per quos offerebantur: vnde holocauſti ſacrificium perſonam referebat immaculatam, innocuam, amore Dei flagrantem, cuius ſe mancipabat libens obſequio; quod autem pro peccato immolabatur perſonam ſignabat peccatricem, pollutam & coram Deo execrandam. Quis igitur dicet, peccatorem in loco iuſti eſſe ſtatuendũ & pollutum atque immundum, impolluti, & mundi locum occupare?

109. & Quæſt. 4. in l. Leu.

XII. Cur hoſtia pro peccato immoletur in altari holocauſti, & dicatur Sanctum Sãctorum.

Leu. 6, 25.

Secunda difficultas hæc eſt: quod Deus iubeat, vt hoc animal ſibi pro peccato dedicatum, vel talis viri ſacrificium vocetur ſanctiſſimum: *Sanctum ſanctorum eſt.* Si mentio fiat de peccatis & maculis; & hoc ſacrificium peccatorem deſignet, in quo & ſeipſum offert, qua ratione vis hoc nominari ſanctiſſimum? Inſigne latet hic myſterium, inquit Theodor. Vt tibi pateat vera efficacia pœnitentiæ; peccatorem enim qui eam ſyncere & corde peragit, iam non vt peccatorem debes deteſtari, quia eo momento, quo vera contritione dolens ad pedes recurrit Dei, illique ſe totum offert in ſacrificium, & eius amore flagrans cor ſuum in lacrymas fletuſque diſſoluit; illum ſtatue Seraphinis maximiſque Sanctis collateralem:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

atque illud ſacrificum iam eſſe dic holocauſtum: hoc etenim agit amoris ignis, quo totum in Dei honorem concrematur; vt in Magdalena: nam vt ait D. Greg. conuertit ad numerum virtutum, numerum peccatorum. Illam inter ſpiritus illos colloca cæleſtes, qui facti holocauſta perpetuo diuini amoris flagrant incendio: qua de cauſa dicuntur Seraphini: *Dilexit multum.* Iam illamne vocaueris peccatricem; ſed *Sanctum ſanctorum.* Sancti ſunt eius oculi: ſancti eius capilli, qui tergunt: ſanctæ eius manus, quæ lauant, ſanctus eius intellectus, qui fide viua credit, ſancta eius voluntas, qua diligit: tota ſancta.

*Iſa.21.4.* Congruenter dixeris id quod in principio retulimus ex Iſaia: *Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.* Oſtēdit Deus in viſione vati huic, quæ ciuitati Babyloniæ forent euentura. Illuſtriſſima florebat, ditiſſima, palatiis formoſa, hortis grata, muris altiſſimis circumdata, turribus

XIII. Magdalena vt Babylon facta eſt miraculum.

excelſis præmunita, quæ ad cœlum vſque pertingere velle videbantur: cuius pulchritudo mundi cenſebatur eſſe miraculum. Prædicit Dominus Iſaiæ, breui tempore ab hoſtibus coronâ cingendam, talique euertendam ſtrage, vt eam incendio tradentes in cinerem conuerſuri ſint eius palatia in cubilia draconum, hortos in ericeta lapparum & viticarum. Obſtupeſcit Propheta & exclamat. O Babylon ciuitas chariſſima, facta es mihi in prodigium. q. d. Te contemplor ita mutatam, vt miraculum cenſeam tantam in te tantillo tempore videre mutationem. Vehementem poterat hoc mouere admirationem; ſed multo foret hæc maior, ſi è contrario videret Babylonem factam ſpeluncam ferarum, ericetum ſpinarum, quæ momento temporis in paradiſum mutaretur amœniſſimum: cubilia draconum in palatia Principum, deſtructas portas in turres quarum ad cælum vſque pertingeret altitudo. Tunc meliori iure dicere liceret, quod poſita eſſet in miraculum, & hoc communi calculo de hac muliere proloquamur: *Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.* Tanta eſt eius mutatio: vt quidquid in ea eſt, totum ſit miraculum diuinæ potentiæ obſtupendum, & diuinæ gratiæ effectus admirabilis. Arcadicum pecus dixeris eſſe ſermonem, qui dicat: *Peccatrix eſt.* Multo prudentius quam Phariſæus dixit Euangeliſta: *Erat peccatrix:* prius talis erat, ſed de hac femina dicamus, quod poſtmodum Angelus D. Ioan. de altera diuerſo licet propoſi-

*Apoc.17.8 11.* to: *Beſtia quam vidiſti, erat, ſed non eſt.* Erat, iam non eſt, erat impudica, iam ſancta eſt: inhoneſta erat, iam honeſta: habitatio erat dæmoniorum abominanda, nunc templum eſt Spiritus S. digniſſimum: erat in ciuitate peccatrix infamis, iam ſancta eſt inter Seraphinos in cælo celeberrima.

§. 39. Peccatrix eſt. *Perperam dicit Phariſæus: cum iam illa mulier non ſit illa, quæ fuit, ſed alia, ſicut Niniue, & vas Hieremiæ.*

A Vero longè aberrat illud Phariſæi iudicium: *Peccatrix eſt*, quaſi illius qui ſtupidus ignoret veræ pœnitētiæ efficaciam: 110

quæ tanta eſt, vt ſicut confirmat D. Ambr. in libris de pœnitentia, totam deleat vitam peccatoris, illique adeo nouam inducat, vt dicere liceat, quod iam idem ipſe non ſit. Eo ſenſu (inquit) loquebatur quidam adoleſcens, qui cum impudice verſatus fuiſſet cum inhoneſta muliere, à Deo illuſtratus, culpamque agnoſcens, tanto pœnitentiam ſtudio aggreſſus eſt, vt ſequenti die ſcorto factus obuius ab eoque vocatus, reſponderit: falleris ô domina, falleris: non ego ille ipſe quem arbitraris. An tu non ille mihi chariſſimus? Nequaquam, ille namque deſiit eſſe talis, & quem modo vides longe alius eſt.

I. Magdalena peccatrix fuit ſed iam non eſt.

Satis obſcura ſunt intellectu verba Iſaiæ, quibus effectus exponit aduentus filij Dei in hunc mundum: ad litteram de hoc myſterio loquitur, & de beneficio quo Deus nos dignaretur, nobis tantum dando præceptorem & redemptorem. *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, &c.* *Iſa.30.20* Abundantiam prædicit bonorum; quæ nobis conferret, ſub figura meſſis vberrimæ. *Et dabitur pluuia ſemini tuo & panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis, &c.* Euangelicæ doctrinæ dignitas ſignatur: quæ per totum mundum eſſet extendenda adeo copioſe, vt ad omnes partes *Iſa.30.25* eſſet peruentura. *Et ſuper omnem montem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum cūm ceciderint turres.* Diem vocat tempus aduentus Chriſti, & legis Euangelicæ vt interpretatur D. Aug. Erit dies hic ait, interfectionis multorum, & in quo turres corruent altiſſimæ. Perpende quibus duobus epithetis diem appellet prædicationis Euangelicæ & tempus legis gratiæ, diem dicit mortis multorum, & in quo turres corruent ſublimiores. Hoc ſecundum, facili negotio intelligitur: quandoquidem hic vnus fuerit aduentus Chriſti, & Euangelicæ prædicationis effectus omnes Satanæ machinas euertere, tēpla, idola & altaria, in quibus tenebrarum principes adorabantur: de quibus die Sabbati diximus.

*L. quæſt. noi veteris & noui teſta. q.105.*
*Rom.6.14*

II. Effectus prædicationis Euangelij.

Peſſum dedit inflatas dæmonis cogitationes,
qui mundũ, vt princeps ſuæ ſubiecerat ſeruituti.

Porro ſatis operoſum eſt alterum epithetum,
quod diem prædicationis Euangelicæ cognomi-
net diem interfectionis multorum. *In die inter-
fectionis multorum* : quia potius dies ille cenſen-
dus eſſet vitæ dies : quia venit mortem ſupera-
turus ; etenim docente Apoſtolo , regnauit in
mundo mors vſq; in diem illum. *Regnabat mors*
Aduenit ipſe qui vita eſt per eſſentiam vt mor-
tem occideret, vitamque largiretur. Non veni
ego, ſic ipſe Dominus , vt fur in ouile perditu-
rus , & mactaturus , ſed ſalutaturus vitamque
Ioan. 10. 10. traditurus. *Fur non venit, niſi vt furetur , & ma-
ctet & perdat; ego veni vt vitam habeant, & abun-
dantius habeant.* Bene quidem diabolus; etenim
nomen eius mors eſt : hoc autem operatus eſt
& perfecit, noſtram ſibi naturam ſubiciens; por-
1. Ioan. 4. 9. ro filius Dei venit vitam largiturus. *Miſit Deus
filium ſuum, vt viuamus per eum, &c.* Hoc Nico-
Ioa 3. 14. demo confirmauit. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpen-
tem in deſerto &c. vt omnis qui credit in ipſum,
non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Trutinare vult Propheta ſublimiſſimũ myſteri-
um in Euangelij prædicatione complendũ. Quid
docet nos Euangelium? Pœnitentiam. Hoc the-
ma ſuæ prædicationi Chriſtus præmiſit: *Pœniten-
tiam agite*, & hoc ſuis iniunxit Apoſtolis iam cæ-
Marc. 16. 15. los aſcenſurus quando miſit illos prædicare. Hoc
enim iuxta D. Marc. Apoſtolis præcepit: *Prædica-
te Euangelium omni creaturæ.* Quid eſt hoc? Ex-
Luc. 24. 47. plicauit hoc D. Luc. *Oportet prædicari in nomine
eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in om-
III. Vera pœnitẽtia duo continet. nes gentes.* Duo continet vera pœnitentia Primũ:
vitam occidit deletque præteritam, vitã, inquam,
peccatorum. Secundum: dat alteri nouæ princi-
pium, vt Deo quis viuat. Quando peccator ſuis
inhæret flagitiis, iam illis viuit, vnde opera eius
vitalia eo diriguntur, & Deo mortuus eſt, cuius
intuitu, nullum habet opus , quod perfecte dica-
tur opus vitæ : per pœnitentiam autem vitam
peccati deſtruit, & nouam Deo inchoat.

Lib. 18. Mor. c. 20 Hoc indicauit Spiritus S. (interprete D. Greg.)
in illa viſione oſtenſa Principi Apoſtolorum Pe-
tro , quando iam Euangelium gentibus erat an-
nuntiaturus. Oſtendit illi linteum ſerpentibus,
viperis, ſcorpionibus refertum, vox de cælo ruit:
Actor. 10. 13. Surge Petre, *occide & manduca* Quid verbis his
indicas? Quid opinaris eſſe, te aliquid comedere?
IV. Allegoria de linteo Petri. Hoc in te incorporari , tuamque illi largiri vi-
tam, vt viuat ex anima tua: ſed neceſſarium prius
eſt illam quam habebat vitam occidere : quod ſi
perdicem ſis guſtaturus , & tibi incorporaturus:
vt ex anima tua viuificetur, prius eſt occidenda,
& vita quam habebat perdicis, illa mactanda eſt.
Hoc D. Petro dicitur , vt animalia illa comedas,
quorum figurã omnigeni deſignabantur pecca-
tores: hoc eſt, vt illos tibi incorpores , & corpo-
ri tuo myſtico Eccleſiæ aſſocies, in quo nouam
diuinæ gratiæ vitam adipiſcantur. Verumtamen
prærequirebatur , vitam in illis interimere ſer-
pentum, viperarum, bufonum, &c. qua per pec-
catum viuebant , & hoc fieret per veram pœni-
tentiam, & virtutem gratiæ Euangelij: quod D.
Petro dicitur Euangelium gentibus prædicatu-
ro: *Petre occide*: hoc idem eſt quod Propheta ait
in die illo futurum, *In die interfectionis multorum*.
Itaque efficitur illud per pœnitentiam : vt vita
præterita moriatur ; & noua inchoetur.

Qui diverſam habet vitam & animam quã tu,
hic à te eſt diſtinctus. Hoc dato: veram inchoan-
do pœnitentiam, non tu non ille es, ſed alius lõ-
ge diuerſus, alia viuens vita, alio ſpiritu, & aliis
actionibus. Hæc eſt tuiipſius abnegatio (ſi D. D. Greg. ho. 32. in Euang.
Greg. credimus) quam à te Dominus in Euange-
lio ſuo efflagitat. *Si quis vult venire poſt me, abne-
get ſemetipſum*: & hæc vitæ interfectio quam di- Matt. 16. 24.
cit nobis neceſſariã, *qui amat animam ſuam per-
det eam.* Hoc ipſum eſt toties repetitum & peti- Luc. 9. 13
tum vt nouum induamus hominem, noua ſimus
creatura vitam exuamus veterem , & antiquum V.
Adam, alium aſſumentes nouum ſecundum Chri- Peccator
ſtum eiuſque Euangelium. His congrue perpen- conuerſus, non
dit præfatus Auctor in ſenſu myſtico illam Spi- idem eſt,
ritus S. ſententiam, *Verte impios, & non erunt*. Quo- ſed alius.
modo non erunt? Quia conuerſo ad pœniten-
tiam, iam vita demitur peccatoris , & eſſe iuſtus Pro. 2. 27.
incipit, ac ſanctus. *Conuerſi namque impij non erũt
non quia non erunt omnino in eſſentia , ſed ſcilicet
non erunt in impietatis culpa.* Recordare Apoſto-
li, inquit, qualiter oſtẽderit ſe iam non eum eſſe,
qui prius fuerat , & ſeipſum negauit , dicens ſe
longe alium eſſe. *Viuo ego, iam non ego : extinctus
quippe fuerat ſæuus ille perſecutor, & viuere cœpe-
rat pius prædicator : ſi enim ipſe eſſet , pius profecto
non eſſet. Vnde congruenter ait: Viuo ego, iam non e-
go, q. d. Ego quidem à memetipſo extinctus ſum: quia
carnaliter non viuo, &c.* Conſiderandum hic quid
vera operetur pœnitentia eſſentiæ vitæque ſci-
licet immutationem, & conſequenter cogitatio-
num, intentionum, curarum & actionum, quan-
do teipſum probas eumdem qui prius , hoc tibi
perſuadeas ; veram tuam haudquaquam fuiſſe
pœnitentiam.

Ex hac doctrina declarat D. Auguſtin. du-
bium circa illud Domini præceptum datum Bo-
næ.

*D. Aug. l. 22. de ciu. c. 24. T. 5. Ionæ 1. 3.*

næ, vt prædicaret Niniuitis, eiſque ſuo nomine ſententiam contra eos latam intimaret, *Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.* Quomodo fuit hoc verum, quandoquidem videamus, vrbem illam nedum non fuiſſe ſubuerſam; quinimò ſic in ſua dignitate & robore firmam permanſiſſe vt ipſe Ionas non mediocriter ea de cauſa ſeipſum affligeret, veritus ne per hoc Prophetas vt mendaces exploderent? Plurima congerunt hic interpretes, vt verbis illis ſuam aſfigeant veritatem: ſed ego, inquit D. Aug. ita illa ad oculum impleta conſpicio, vt nullùm mihi dubium ſupereſſe videatur: quia bifariam video in SS. litteris à Deo ſubuerti peccatores. Primo, quando eos ob delicta puniens, occidit, & condemnat, vt Pharaonem & Sodomam. Secundo, quando deſtruit in illis eſſe vitamque peccatorum & hoſtium ſuorum, nouamque tradit vitam & eſſe iuſtorum ſuorumque electorum. *Quis negauit quod dixit Dominus in illis fuiſſe completum, niſi parum aduertat, quemadmodum peccatores Deus non ſolùm iratus, verùm etiam miſertus euertat? Euertuntur enim peccatores duobus modis: aut ſicut Sodomitæ, vt pro peccatis ſuis ipſi homines puniantur, aut ſicut Niniuitæ, vt ipſa hominum peccata pœnitendo deſtruantur: factum eſt ergo, quod prædixit Deus: euerſa eſt enim Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata eſt, quæ non erat.*

VI. Quomodo Niniue ſit ſubuerſa myſtice.

*D. Aug. in Pſ. 103. ad fin. T. 8. Pſ. 103. 35.*

His conſequenter præfatus Doctor explanat illam Dauidis orationem. *Deficiant peccatores de terra, & iniqui, ita vt non ſint.* Iam vos video, inquit, amore concuſſos talia ex ore Dauidis verba intelligentes Deficiunt, Domine, peccatores à terra, & non amplius in ea ſuperſtites viuunt: quia non vulgaris vobis hæc videtur eſſe maledictio. *Contremiſcitis, quia maledicit.* Quis eſt qui maledicit? David vir ſanctiſſimus. Quid ergo, num ſancti maledicunt? An illis hoc Spiritus S. Apoſtolis non iniunxit. *Benedicite & nolite maledicere?* Ne hoc opinetis, maledici peccatores, ſed orationem pro eis fundi piiſſimam efficaci plenam deſiderio, quo eorum fouit ſalutẽ: non enim intelligendum eſt ab eo rogari, vt deficiant ſecundum vitam naturalem, ſed ſecundum vitam peccati, & eius quod ſunt quatenus nouam inchoantes vitam, in viros mutentur alios. *Plane deficiat: auferatur ſpiritus eorum, & deficiant, vt emittat ſpiritum ſuum, & recreentur.* Hæc itaque vera eſt pœnitentia, quando talis eſt, vt te alium quam fuiſti, conſtituat. An peccata confeſſus es? In hac quadrageſima coluiſti pœnitentiam? Videamus an idem ipſe ſis qui fuiſti? Num viuis vt ſoles? Procedis vt ante? Ad ædes talis & talis diſcurris? An eadem tu adhuc bona poſſides? nec mala parta teſtituiſti, nec de tuis eleemoſynas promus erogaſti? Num eædem ſunt, quæ prius tuæ confabulationes? Argumentum eſt euidens integram tuam non fuiſſe pœnitentiam: ſi namque talis fuiſſet: iam talis eſſe non deberes, qualem te fuiſſe conſpeximus.

VII. Peccatores conuerſi ſunt alij

*Rom. 12. 14.*

Ex hoc principio procedit D. Bern. vt cenſuram redarguat, quam modo de Magdalena fert Phariſæus: *Peccatrix eſt* eumdem illum producens locum, quem paulo ſuperius nobis expoſuit D. Greg. O Simon, inquit, an tibi non venit in mentem illud Spiritus S. dictum: *Verte impios & non erunt.* Semel vertendo peccatorem, iam peccator non erit. *Merito proinde iam non peccatrix iuxta Phariſæi ſententiam: ſancta & diſcipula Christi vocabatur, à quo etiam didicit in tam breui eſſe mitis & humilis corde. Nimirum hoc eſt, quod in Propheta legiſti, ſed forſitan neglexiſti: Verte impios, & non erunt.* Vt conijcio ſpectat illud, quod poſtmodum Dominus declarare voluit per Prophetam Hieremiam, vt ſuam illi Deus aſſereret brachij omnipotentiam, & infinitam gratiæ ſuæ virtutem: præcepit igitur illi, vt in domum deſcenderet figuli, & ſtudioſe, quid ageret ille conſideraret. Deſcendit Propheta, & vidit, inquit, figulum rotæ ſuæ inſidentem, qui manibus lutũ teneret, vaſque componeret, quod ilico inter manus eius lapſu confringitur, & confeſtim idem aſſumens lutum, ſemel circumagitando rotam, aliud inde vas pulchrum pretioſum ſibique placitum efformauit. *Conuerſus fecit illud vas alterum, ſicut placuerit in oculis eius.*

*D. Bern. ſerm. 4. in dedic. Eccl. de triplici manſio.*

VIII. Deus figulo in conuertendo peccatores comparatur.

*Hiere. 18. 4.*

Loquendi modum expendamus. Aſſumpſit vas illud quod erat, & ſemel illud circumuertendo, aliud effecit. *fecit illud vas alterum.* Idem ipſum erat, ſi ſpectes materiam, ſed aliud ſi formam. Cum hæc Propheta attentius perpenderet, accedit Deus, aitque illi: Viden' hoc, quid figulus momento temporis in luto perficiat? Hoc idem ego temporis inſtanti in hominibus efficio. O quale vas iræ D. Paulus, vas perditum, vas infortunæ, vas ita plenum veneno mortifero, vt per os exſpumaret: *ſpirans minarum & cædis &c.* Apprehendit illud, & ſemel circumagitando de equo præceps *facit vas alterum.* Idem eſt in materia, ſed quoad figuram ita diſtinctum, vt iam aliud eſſe perhibeatur *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum*: ita aliud vt iam exſpiret obedientiam, amorem & ſubiectionem. *Domine quid me vis facere?* Idem notandum in Mattheo & Zacheo, & latrone & alijs quos momento temporis vaſa efformat alia. *Fecit illud vas alterum.*

*Act. 9. 5.*

D. Lucas

Diu. Lucas miraculum prodigioſæ deſcribens
transfigurationis Chriſti Saluatoris, de eius vul-
Luc.9.29. tu ſic ait: *Facta eſt dum oraret, ſpecies vultus eius*
IX. *altera.* Quomodo altera? Non in ſubſtantia, ſed
Quid in figura & qualitatibus tantùm diuerſis, quan-
ſufficiat tùm diſtat à luce nox, à gloria pœna & à claritate
vt alterũ tenebræ: ſufficit, hoc, vt dicatur aliud: *Species vul-*
eſſe dica- *tus eius altera.* Multò magis ſufficeret ad dicen-
tur. dum, quod peccator alius ſit, quem Deus de pec-
cato circumuertit ad gratiam ſuam, etenim lon-
gè maior diſtantia inuenitur inter vitam culpæ,
& gratiæ, quam inter vitam gratiæ & gloriæ:
& longiùs diſtat à gratia peccator ſceleribus
ſuis inhærens, quàm iuſtus huius vitæ miſerijs
obrutus, à gloria. Quocirca vocandus eſt alius,
peccator iam conuerſus: quia nunc alius eſt in
vitæ ſuæ actionibus, curis, ſtudijs, & negotijs.
Itaque perperam (inquit D. Bernard.) valde in-
dicas ô Simon dicendo: *Quia peccatrix eſt;* iam
enim alia eſt. Prudentius longè tulit iudicium (in-
quit) Apoſtolus de alijs, quos operarius ille cœ-
leſtis aſſumpſit in manus ſuas: etenim ex pecca-
toribus efficit ſanctiſſimos, quibus ſcribens ſic
1.Cor.6.11 ait: *Hæc quidem fuiſtis ſed abluti eſtis, ſed ſanctifi-*
*cati eſtis &c.* Fuiſtis, at iam non eſtis. Sic de hac
muliere pronuntiandum: quandoquidem ſi videre-
ris illam peccatricem, criminum & luxuriæ
proluuiem, iam illam conſpicis tanta lacryma-
rum imbre perfuſam, vt tibi dicere liceat: *Pecca-*
*trix fuit, ſed abluta eſt ſanctificata eſt.*

## §.40. Peccatrix eſt &c. dilexit multum &c. remittuntur ei &c. *Adeo contrarium fecit Dominus de hac muliere iudicium, vt Phariſæo illam ad abyſſum deprimente flagitiorum, illam ſtatuat intra Seraphinorum altitudinem.*

112 ALiud ex prædictis elicit D. Bernard. pec-
catum in iudicio huius Phariſæi, in quan-
tum arbitratur. *Quia peccatrix eſt.* Dicito
mihi, Simon quid in hac aduertis fœmina, vt
eam iudices peccatricem? An illa forte quæ agit,
præmiſſæ ſunt huius concluſionis? An merita
proceſſus ad talem ſententiam? Attendiſne quid
aliud in ea præter tantam lacrymarum abun-
dantiam vt oculi fontes iugiter manantes eſſe
videantur? conſideraſne quod alijs capitis impen-
dat capillos quam vt his pedes abſtergat Salua-
toris? Audiſne eius oris verba aliudue ex eo ni-
ſi gemitus proſilientes adeo viuos, vt clarè pa-
teat cor eius eſſe lancinatum? quòd ſi ex exte- I.
riori iudicari debet interius, atque ex eo quod Ex acti-
videtur id quod non videtur: actiones ſunt hæ bus pro-
tales, quas oculis intueris, non peccatricis, ſed batur
ſanctiſſimæ: totam enim ſe & quidquid habet Magda-
conſecrat Deo ſacrificium: *Inuiſibilibus viſibilium* lena non
*cauſa conſiſtit: vt ſecundum Apoſtolum inuiſibilia* eſſe pec-
*Dei, per ea quæ facta ſunt à creatura viſibili intel-* catrix.
*lecta conſpiciuntur.* Quod cernis attende, & tru- D. Bern.
tina, vtrum actiones adeò piæ tam ſeueræ ſint Ser.4.cit.
merita actaque ſententiæ: & an hic præmiſſæ
numeris omnibus abſolutæ, concluſionem infe-
rant ſic abſolutam: *Peccatrix eſt. Errabat ſiquidè,*
*qui tanquam adhuc peccatricem horrebat, quæ di-*
*uinis inhærens veſtigijs rigabat fletibus, tergebat cri-*
*nibus, oſculo premebat, vngebat vnguento.* An has
ſufficere non illi arbitraris lacrymas ad pecca-
torum ſuorum maculas eluendas? Non credis
eam tantum à culpa diſtare, quantum proxima
eſt diuinæ gratiæ ſcaturigini? *Quis enim crimina*
*iam deleta recenſeat ne quis tangenti ſuccenſeat?*
*Quis eam peccatricem cenſeat quæ dum commiſſa*
*deplorat, odit iniquitatem? dum oſculatur pedes Do-*
*mini, diligit iuſtitiam, & rurſum dum tergit crini-*
*bus, exhibet humilitatem, dum vnguento vngit, mã-*
*ſuetudinem præfert? Numquid poſſibile eſt regnare*
*peccatum in animo contrito, & ſpiritu ingemiſcen-*
*ti: aut non multa charitas operit multitudinem pec-*
*catorum?* Quid plura? procedit vt charitate lan-
guidi: quorum conceptibus ac memoriæ aliena
peccata perpetuo inhærent, & aliquando vt ori-
ginalia iam de parentibus tranſeunt ad filios: &
ſemper de proximo iudicant, non ex eo quòd in
præſenti bonum conſpiciunt, ſed ex eo quod
iam erat præteritum, & coram Deo deletum, e-
iuſque memoria perfectè exciderat.

Ex his declarate ſólet D. Hieronym. illa ver- Lib.qq.
ba, quibus Bethſabee Dauidem allocutus eſt iam Hebrai. in
moriturum. Filius illius nomine Adonias, quem 3. Reg.
ex vxore Haggith genuerat, ſeipſum vt regni II.
heredem iactabat & patris ſui ſucceſſorem: atque Bethſa-
vt talis ſibi currus comparauit & equites, cuius bee pro-
partis fautorem habuit Ioab ducem exercitus, poſitio
& Abiathar ſummum ſacerdotem. Hoc intelligit ponderatur.
Bethſabee; & accepto à Nathan propheta conſi-
lio ad lectum feſtina contendit in quo Dauid æ-
ger decumbebat: atque illi: Domine mi, an hoc
te fugit, quod mihi iuraueris, inter filios tuos fi-
lium tuum & meum Salomonem regnorum tuo-
rum fore ſucceſſorem, te deprecor, vt opere nunc
id perficias: quod niſi feceris: *Erit cum dormierit* 3. Reg 1.
*Dominus meus Rex cum patribus ſuis: erimus ego* 21.
*& filius meus Salomon peccatores.* Quid vis ô Do-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mira? qua de cauſa ſi filius tuus in regnum heres non ſuccedat, tu & ille futuri eſtis peccatores? An ergo aliquem in hereditate non ſuccedere, peccatum eſt? ſubtilis fuit hæc prudentiſſimæ huius feminæ cogitatio. In mentem illi venit adulterium cum Dauide commiſſum: nouerat autem, quòd ſi filius ſuus Salomon regni habenas non ſuſciperet, ilico omnes dicturos: iure fit hoc optimo: hæc etenim adultera eſt & peruerſa, ſimiliter & de tali matre filius. Hoc eſt, inquit D. Hieron. *Erimus peccatores, id eſt, Manzeres. Manzer* ſignificat ſpurium natum ex adulterio. Non obijcient me fuiſſe peccatricem, nec eſſe adulteram, nec attendent ad hoc, quod de ſceleribus egerim pœnitentiam: ſed illud ſpectabunt quod viderunt, & modo præ oculis habent quo ad vitam meam ſed de præterito dumtaxat iudicando dicent: *Peccatrix eſt.* Me peccatricem exprobrabunt, & filium ex adultera ſpurium accuſabunt.

☞ 113. Quoties hoc inter homines contingit, & quã facilè ob defectum quem notarunt iam præteritum, præcipitanter & totaliter quempiam nigro calculo condẽnant, omiſſis & neglectis alijs pluribus bonis actionibus ac meritis, quæ ad eius poſſent ſufficere beatificationem: vnde ſæpe cõtingit, vt peruerſum illum iudices, qui coram oculis Dei millies te meritis exſuperat: quia de præſenti iudicat Deus, tu verò ex præteritis? *Aliter ſorores chariſſimæ* (inquit D. Hieron. Virginibus ſcribens in mõte Hermon Deo ſeruientibus) *Hominum liuor aliter Chriſtus iudicat. Non eadem eſt ſententia tribunalis eius, & anguli ſuſurronũ. Multa hominibus via videntur iuſtæ, quæ poſtea reperientur praua, & in teſtaceis vaſis theſaurus ſæpe recõditur.*

D. HIER. Ep. 39. ad virg Hermonenſes. Tom. 1.

III. Homines ex præteritis iudicãt, Deus ex præſenti.

Quàm acriter Phariſæus condemnabat Publicanum: qui licet peccator fuiſſet, iam contritus & pœnitens erat, atque vt talis ſibi pugno pectora tundebat: non ad id quod faciebat, ſed quod deliquerat, attendebat; Deus autem ex oppoſito iudicans modo, cõſiderabat, quod in præſenti bene faciebat, & non quod malè in præterito: atque coram eo acceptus fuit Publicanus, & pro iuſto habitus; Phariſæus autem ingratus & condemnatus. Quoties hoc tibi cõtingit vt alium iudices & arguas peccatorem qui te morum ſanctitate præcurrit, & diuino conſpectui gratus eſt ex eo quòd pœnitentiam agit: tu verò ex reprobo tuo iudicio reprobatis? quot de altera confabulantur quòd ſuccubuerit naturæ infirmitati: quæ nunc illis meritis eſt longè perfectior? Eia Phariſæe, inquit Chriſtus, iniquis plene iudicijs in hãc mulierem, & mei diffamator; de me detrahis, quòd Propheta non ſum, quandoquidem tua cenſura non cognouerim quænam ſit hæc mulier eiuſque me lateat vitæ qualitas: ipſam autem, explodis & damnas vt peccatricem. Multum à recto veroque aberras: primò in eo quòd de me ſentẽtiam tuliſti: tuum perpende errorem, & cognoſce quàm lyncei ſint oculi mei, qui ad intima vſque & cordis tui penetralia peruadunt, & cogitationes tuas ſcrutantur occultiſſimas: & in apertum produco, quod in pectore tuo latebat abſconditũ: *Chriſtus publica voce reſpondit* (inquit D. P. Chryſ.) *& dum Phariſæi cordis patefacit arcanum, ipſum fuiſſe totius prophetiæ demonſtrat auctorem.*

D. P. Chr. Serm. 94.

Secundò, errasti in eo quod de ipſa in corde pronuntiaſti: *Quia peccatrix eſt. Vides hanc mulierem* ò Simon? Illam attẽde & ne iudices id quod eſt in præſenti, ex eo quod ante fecit, & præterijt: etenim hoc tibi confirmo: eſt ipſa te ſanctior, tantiſque te præcurrit bonitatis prærogatiuis, quantis nũc, te ſpectatore, pijs incumbit operibus in mei liberalis obſequium. Ingredienti mihi domum tuam aquam pedibus non obtuliſti, quod tui muneris erat ex conſuetudine eorum, qui cẽſentur honorabiles, qui id ipſum etiam peregrinis ordinariis exhibent quos in domum ſuam recipiunt, hæc mihi pedes lauit, non alia aqua, quã oculorum lacrymis, imo cordis per oculos effluẽtibus, tu mihi ne quidem mappulam adieciſti vilem, qua pedes abſtergerentur: ipſa vero capitis ſui crines impendit pretioſiſſimos, quibus illos mihi libenter abſterſit. Menſæ tuæ hoſpes accubui, & caput meum oleo non vnxiſti, hoc etenim minimum eſt obſequium, quod iuxta regionis vſum cõmuniori ſolet exhiberi conuiuæ; hæc autem non vulgari oleo, ſed vnguento me deliniuit pretioſo, nedum caput, ſed & pedes. Tu me venientem oſculo nequaquam excepiſti, pacis ſymbolo, ſolito quotidianis cõuiuis exhiberi; hæc autem indeſinenter pedes meos eſt oſculata. Perpende quàm præclaris te poſtponat prærogatiuis & quanto te meis ſit oculis gratior, teque præueniat. Opera, non verba, ſunt amoris indicia. Tua perpendamus, & conferamus opera mei gratia, præſtita & illius: & cum hæc manifeſtè videas eminentiora, cognoſce quàm te ſit in ſanctitate præcellentior: non enim Deus iudicat quẽmquã niſi ex operibus: & ſi hæc amoris ſint argumenta, opera adeo præclara & inſignia, feruentem adeo amorem teſtantur vt eius gratia cuncta ſint illi remiſſa crimina, quantumlibet multa commiſerit: *Amen dico tibi, remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.*

IV. Refutat Chriſtus Phariſæi falſum iudicium.

Expediret quidem hic, idque valde fuse conſiderare

derare quàm ſtudioſè, & grauiter Chriſtus perpenderit quidquid hæc mulier in ſui præſtabat obſequium. Videbatur ad nihil attendere eorum quæ fiebant, ſed comedere ad menſam cõuerſus; & nec puſillum quid omittebat, quod non ſumma conſideratet attentione. O Diuiniſſime Agne, quàm eleganter te cœleſtis Pater deſcriptũ oſtendit prædilecto diſcipulo: cui ſiquidẽ ex vna parte te velut mortuum obiecit, vt nihil videres: *Agnum tanquam occiſum*; ex altera tamen te repræſentat ſepti oculum; tantaque eorũ plenitudine lynceum, vt videas quidquid ad tui nominis dignitatem ſerui tui diligentiùs exequuntur: non enim leuiter tibi euolæ ieiunium, licet diſſimulatum, nec corporis caſtigatio in angulis aſſumpta ſecretioribus, nec eleemoſyna erogata in abſcondito ſinuique iniecta pauperum.

Nonnullos vates Malachias deſcribit, qui cũ pietatis quædã opera ad Dei feciſſent honorem, cenſebãt hæc à Deo minimè fuiſſe conſpecta, nec eum oculos ſuos in illa firmaſſe: quandoquidem ilico eorum petitionibus non annueret: vnde dicebant In vanum aſſiximus nos ipſos, & ieiunauimus Deoque ſeruiuimus cum mercedem nobis

Malach. 3 13.

gratus non repẽdat, nec ad illa reſpiciat: *Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram Dño &c.* Heu ratione captos, exclamat Proph. Attendit Dñs & audiuit. Excitati ſunt valde illius oculi: licet nihil videre vel audire videatur: nihil etenim agis vel loqueris ad eius gloriam, quod non intueatur vt ſuo hoc tẽpore remuneretur. Si igitur vt te puniat cunctas expendat actiones, vſque ad minimũ verbum otioſum, quàm non attentè tua conſiderabit obſequia, vt illa remuneretur? Et hoc aget, illa ſuo tempore detegens, & in publicum producens, ſicut modo mulieris huius reuelat actiones, eaſque ſingulas expendit in eius honorem quàm maximum, earumque declarat virtutem & pretium, atteſtatus quòd ex feruenti procederent illa charitate: *Dilexit multum.* Ne per tranſennam hæc verba tranſeamus, diuinis enim ſunt grauida Sacramentis.

☞ 114 Moris erat Chriſto ita ſeriò ſeſe Phariſæorum opponere iudicio, vt ſuum ſtatueret in altero extremo illorum iudicio contrarium. Accedunt ſigna petentes de altiſſimis: *Signum de cœlo quærebant ab eo fieri*: obijcientes, hanc ſibi neceſſariam eſſe confirmationem eius quod ſe Deum eſſe aſſereret. Non talia vobis dabuntur, inquit, nec illa maioris ſunt auctoritatis, ſed vnum de profundo pelagi: *Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ &c.* Perpende Phariſæi iudicium in

Marc. 8. 11

VI. Chriſti iudicium contrariũ iudicio Phariſæi.

huius feminæ detrimentum: etenim illam detrudit in profundiſſimam malitiæ omniſque peccati abyſſum: hoc enim verba prodicta inſinuãt: *Quia peccatrix eſt*: q. d. Mulier eſt omnis iniquitatis profundo demerſa, huic Chriſtus opponit ſuum ita contrarium, vt illam ad ſublimiorem euehat Sanctorum altitudinem, atteſtatus: *Quoniam dilexit multum.* Tantũ abeſt ab eo, in quod illam reijcis, id eſt in infimam nequitiarũ abyſſum, vt eam ego nunc declarem cœlorum aſcendiſſe celſitudinem. Amor Dei ignis eſt, quo deferuntur in cœlum animæ, & tantò quiſque ſcandit ad Dei abacum altiùs, quantò diligit feruentiùs. O quam pretioſum habet Deus in ſuo cœleſti palatio abacum, talem qualem tantæ cõuenit habere maieſtati. Quot opera in materia pretioſa fulgent, & abſque vlla comparatione vermiculata & elaborata diuinæ ſuæ gratiæ potentiã. Angelos habet, Archangelos, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim. An congruus inter illos ordo? Ne dubites: ſi namque talis obſeruetur, in ijs quæ Deus ſub cœlo creauit, quantò magis in cœlo ſeruabitur integerrimè. Quis hunc ſtatuit ordinem? Amor. Tantò namque vaſa hæc locum obtinent eminentiorem, quanto fuerint illi in amore quo Deum complectantur, ardẽtiores. Vnde ſupremum obtinent Seraphini: ſunt enim illi, qui feruentiùs amant, & hoc amore toti flagrant feruentiſſimo.

Quid certè præclarum eſt Angelorum puritas, Archangelorum munditia, magnitudo Principatuum, fortitudo Virtutum, imperium Dominationum, maieſtas Thronorum, & ſcientia Cherubinorum: verumtamen his omnibus ſuperior eſt amor Seraphinorum: idcirco throno reſident ſuperiori, Deoque ſunt cæteris viciniores: ſunt autem illi, quos ipſe Deus, magiſter imbuit, quibus & per ſeipſum ſecreta particularia, & per eos ipſos Angelis manifeſtat inferioribus. Hoc ordine cœleſtis ille fulget abacus, prout probat minutatim D. Thom. Notat autem quotquot cœlum ſunt ingreſſuri, inter hos ordines eſſe collocandos: vt enim inquit D. Auguſtinus, non illic futuræ ſunt duæ ſocietates differentes, hominum vna, & Angelorum altera, ſed vna ſola per eorum ordines diſtincta: & hoc Dominus deſignauit, dum ait: quod *In cœlo erunt homines ſicut Angeli Dei*: Et erit, quod Angelus D. Ioanni dixit: quod homines eâdem qua Angeli menſura, menſurabuntur: *Menſura hominis, quæ eſt Angeli.* Id eſt: ſicut Angeli ſui ſunt gradibus diſpoſiti iuxta propria merita, ſic erunt & homines:

VII. Seraphim ob amorẽ ſupremũ obtinent locum.

1. p. q. 108 ar. 6.

Ibid. ar. 8

Lib. 12. de Ciuit. c. 1.

Matt. 22. 30.

Apoc. 21. 17.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia hæc menſura meritorum eſt amor, atque ſecundùm huius qualitatem, erit vniuſcuiuſque locus, & aſcendent ſinguli ſecundùm amoris ſui in Deum altitudinem: quidam inter Angelos,

VIII. Charitas ad meritũ neceſſaria.

alij inter Archangelos, alij inter Principatus, alij inter Cherubinos, alij inter Seraphinos; hic eſt qui dat operibus meritorijs dignitatem coram Deo, in tantum, vt ſine illo nec vllam haberet fides adeo potens, vt montes transferat, nec igniũ tolerantia, nec liberalis bonorum omnium erogatio: Audiamus Apoſtolum: *Si habuero fidem, ita vt montes transferam &c. ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam &c. & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c. Charitatem autem non habuero, nihil ſum, nihil mihi prodeſt.* Verba hæc fuſiùs aliàs ſunt exarata.

*1. Cor. 13.*

*Tra. 4 nu. 28. & ſeqq.*

Bona ſunt hæc opera, & non vulgaris vtilitatis, porro ſine amore ad gloriæ meritum non aſcendunt, aut proſunt ad eiuſdem incrementum. Amor pondus eſt ſanctuarij: quo appendenda ea omnia quæ offerebantur: quia vt quælibet Deo ſint accepta hoc debent pondere trutinari: & tantò futurum eſt Deo opus acceptius, quantò ex hoc amore participauerit abundantiùs; dicitur autem pondus ſanctuarij, quia pondus eſt animæ, quæ quoddam eſt Dei ſanctuarium: *Amor meus pondus meum*, inquit D. Auguſtin. quantus autem hic fuerit erga Deum, tantum erit operum vitæque meritum. Ea igitur de cauſa ſupremum Seraphini locum obtinent in hoc gloriæ cœleſtis abaco.

D. AVGV.

His conformiter locutus eſt Dominus Phariſæo Simoni in his verbis: *Vides hanc mulierem? &c. Dilexit multum. Vides hanc mulierem?* Tu illã abyſſo iudicas peccatorum abſorptam, illam ex præteritis attendens, ſed ex præſenti precor illam conſidera: iam enim illam video collocatam in altiſſimis: cum iam poſſit annumerari Seraphinis: *Dilexit multum.* O Domine, quantus erit ille amor, qui tuis oculis tuoq; iudicio magnus eſſe comprobatur? quàm eximiæ debent eſſe diuitiæ, quæ ab homine pecuniarum auidiſſimo, tales iudicantur? quàm plenum aqua cẽſeretur vas illud, quod homini febribus æſtuanti, qui ſuo iudicio fluuium præ nimia ſiti ebiberet, magnum eſſe videretur? Nemo tam auri cupidus, nemo tanta ſiti exareſcens, aquarum, ac Deus eſt amoris cordis noſtri flagrantiſſimus: quantus amor ille futurus, qui magnus illi cenſetur? *Dilexit multum.* Quòd pretioſa videantur aulæa homini ruſtico, qui numquam pagi limites eſt tranſgreſſus, ea talia eſſe, liquidum non eſt argumentum; verumtamen ſi talia Regis cenſura iudicarentur, opere plumario elaborata, & acu phrygia depicta, nullus de hoc vel ſemel ambigeret. Quòd homini tepido, qui vix nouit quid ſit amor Dei, magnus eſſe videatur amor & feruens, nihil hoc eſt faciẽdum: ſed cum ipſi Deo, qui dilectione tanta amari conſueuit, quanta eſt ſanctorum ſuorum feruentium in terra & Angelorũ atque Seraphim in cœlo, magnus hic cenſeatur: liquidò conſtat quod mulier hæc amore flagrauerit. Ad primum paſſum quo progreſſa eſt, & volatũ, quo diuina eã protegente gratia ad ſuperna cõſcendit, ad ipſos penetrauit Seraphinos: quid poſtmodum actura, viribus ſemper accreſcens maioribus, & operum meritis eminentioribus? Hoc conceſſo, tanta neminem laude Chriſtus extulit, quanta hanc mulierem, nec alicuius ſic vitæ merita prædicauit.

IX. Eius amor extollitur.

X. Hunc Chriſtus in ipſa laudauit.

In lege veteri, & antiquis temporibus Abraham ex fide commendatur: Iſaac ex obedientia: Iacob ex fortitudine: Moyſes ex manſuetudine: Dauid ex miſericordia; porro Magdalena ex amore laudatur qui ceteris virtutibus ſuperemineat, Laudauit Chriſtus in Chananæa & Centurione fidem, in Nathanael cordis ſimplicitatem, in Baptiſta ſeueram pœnitentiam, & incommutabilem animi conſtantiam, in D. Petro myſteriorum cœleſtium de Chriſti diuinitate cognitionem; ceterum in Magdalena virtutem omnium reginam celebrat, prædicatq; charitatem: *Dilexit multum* q. d. Seraphim eſt, & ſicut Seraphim adeo vicini ſunt Deo, vt ipſe ſit, qui illos per ſe inſtruat, ipſe eorum ſit magiſter, ac per ipſos Angelos erudit: ita voluit Chriſtus per ſeipſum hãc erudire mulierem: ipſe primus fuit ſub cuius magiſterio hodie in domo Phariſæi prima diſcit elementa, quam exinde ſemper videbis Chriſti pedibus aduolutam, diuina eius verba percipientẽ, ſupra modum complentem illud Moyſi vaticinium: *Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.* Hanc omnium primò fidem ſuæ docuit Reſurrectionis, & per ipſam ſuos inſtruit de hac Angelos, diſcipulos ſcilicet & Apoſtolos: idcirco & Apoſtola vocatur Apoſtolorum. Chriſtoq; dicere potuit: *Deus docuiſti me à iuuentute mea, & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua. Secus pedes Domini audiebat verbũ illius.* Paulum per Gamalielem imbuit. *Secus pedes Gamalielis.* Danielem per Angelum: Zachariam patrem S. Ioannis Baptiſtæ per Archangelum Gabrielem: Cẽturionem Cornelium per D. Petrum, & omnes huius Apoſtoli eiuſque ſucceſſorum magiſterio imbuuntur, Magdalenam verò per ſeipſum, eamque vt Seraphim amore feruentem excipit. Quæ

*Deut. 33. 3*

XI. Eã Chriſtus per ſe docuit, vt dicatur Apoſtola.

*Pſ. 70. 17.*

tantillo

tantillo tempore tantum profecit, quid effi-
ciet tot annorum quibus ſuperuixit, curriculis
præſertim, cum poſteriores volatus ſeu progreſ-
ſus, priores longè anteuerterint, qui quotidie
tantò fuerunt eminentiores, quantò in ipſa Dei
amor, diuinaque gratia maius ſumpſit incremen-
tum.

## § 41. Vides hanc mulierem? *Quis eſt Dei manibus tradita, nec eam Phariſæus eripiet quantumuis latret ſicut canis ad lunam.*

☞ 116 IVxta prædicta clarè demonſtrat hæc mulier
I. ſignum ouium Dei quod prælibauimus, &
Phari- heri Chriſtus annotauit, ſcilicet: *Nemo rapiet*
ſæus cani *eam de manu mea:* cum nec Phariſæi murmura-
latranti tio, nec quantum ille dicere potuit, ceterique
ad lunam conuiuæ ne puncto quidem illam à pedibus Do-
ſimilis mini dimouere potuerint. Alciatus Emblema
eſt. compoſuit ex ipſis naturæ ſecretis eductũ, quod
Emble- vix capiamus: de cane latrante ad Lunam, ſed
ma 164. qui nullam in ea operetur impreſſionem. Ignora-
mus quam patiatur antipatiam cum luna plena
caput canis. Hoc eſſe debet quod cũ luna mag-
nas habeat mittatque in fluida & mollia influen-
tias, quando plena eſt, exagitat canis cerebrum,
ita vt circumagitetur, tantumque canem pertur-
bet, vt in illam inſergat, adlatret, & rabiem exe-
rat, vt illam de cœlo, vbi ſedem habet, exturbare
velle videatur. Sic aliquando contingit, vt inte-
gris noctibus canes audias adlatrantes. Quid
hoc rei, an fures effodiunt? Nequaquam, Domi-
ne, luna plena fulgebat, quam canes videntes,
turbati ſunt. Porro luna non idcirco de cœlo diſ-
cedit, non mouetur, nec ad punctum retrogradi-
tur, nec latratus audit, vnde.

*Peragit curſus ſurda Diana ſuos.*

II. O Magdalena ſanctiſſima luna mirabilis! E-
Magda- clipſim per peccata patiebatur: in illam nemo
lena lu- tunc adlatrabat; modo plena eſt: etenim è dire-
næ plenæ cto radios recepit, & iuſtitiæ ſolis aſpectum, eius
compa- lux oculos obfuſcat Seraphinorum. Eleganter ex
ratur. iudicio D. Petri Rabban*, & aliorum deſcripſit
Eccl. 43. 9. lunam Spiritus S. *Vas caſtrorum in excelſis, in fir-
mamento cœli reſplendens glorioſe.* Licet vt verum
aſſeram, quod vox illa *Vas* ſignificet inſtrumen-
tum, porro ſumamus illud vt ſuperficialiter ſig-
nificat vas: & per exercitum ordinem ſtellarum
intelligamus, quæ in SS. litteris dicuntur, militiæ
cœli: q. d. Luna vas eſt, quod inter ſtellas firma-
menti ſplendet: quia luce ſolis fulget glorioſè:
*In firmamento cœli reſplendens glorioſe.* Habes hic
deſcriptam Magdalenam vas inter ſtellas ele-
ctum, vt alterum Saulum: etenim obſtupeſcens
Ananias, & dicens: Domine hic tuorum perſe-
cutor eſt fidelium acerbiſſimus, audit. Vade Ana-
nia, quod ſi talis ante fuerit: nunc *Vas electionis* Act. 9. 15.
*eſt mihi iſte vt portet &c.* Conſpicit Phariſæus
Magdalenam, & ait: Proh *Peccatrix eſt.* Vade, III.
reſpondet Chriſtus, quod ſi talis fuerit, nunc Se- Quæ
raphinus eſt amore feruentiſſimus: *Vas caſtro-* prius le-
*rum.* Vas ipſis ſideribus longè ſplendidius, bes, nunc
Huic alludit Eccleſia, dum de ea ſic canit: phiala
dicitur.

*Poſt fluxæ carnis ſcandala*
*Fit ex lebete phiala*
*In vas tranſlata gloriæ*
*De vaſe contumeliæ.*

Ex caldaria fumo denigrata in puriſſimam Zach. 14.
conuertitur phialam, & impletur illud Zachariæ 20.
ex ore Domini: *Erunt lebetes in domo Domini, qua-
ſi phialæ coram altari.* Erit in templo illo Saluato-
ris, & fient ollæ nigerrimæ, in quibus coquantur
carnes, phialæ vinæque pretioſæ, ad altaris orna-
mentum. Statuebantur (inquit D. Hieron.) in alta- In ca. 16.
ri phialæ floribus ſiue odoribus refertæ, velut Zachari.
vrceoli. O Magdalena, prius caldaria qua carnes
bulliebant, & coquebantur concupiſcentiæ, ex
quibus fumus & vapor aſcendebat vanitatis: nũc
phiola reddita aromatica, nunc vrceolus flori-
bus fragrantiſſimus, vas prius in contumeliam,
nunc vas in honorem glorioſum. Eſt, inquit, *In
firmamento cœli*, id eſt, ad pedes Redemptoris no-
ſtri; his plantis & pedibus aduoluta ſanctiſſimis
ſuper quos firmatur & totius ſtatus gloriæ ſoli-
datur: hic glorioſè reſplendet, radijs fulgentiſſi-
mis, & ardentiſſimis viuæ fidei atque amoris ig-
ne flagrantiſſimi. O quam claram fidem: *In fidei* Serm. 76.
*vertice conſtituta in Eccleſia ſublimata faſtigio*, lo-
quitur D. Pet. Chryſol. O quàm profunda humi-
litas! ô quàm efficax contritio! ô quàm potens a-
nimi deuotio! ô quàm illuſtres effundit hæc lu-
na plena ſplendores!

Ecce quantum ex his caput canis turbetur, id
eſt, Phariſæus murmurator alteretur mordax &
corroſor; quàm inquietus in corde ſuo latrare
contra illam incipiat: cenſens illam ex cœleſti
illo Chriſti pedum firmamento expellendam, in
quo tanta reſplendet plena claritate: ſed

*Peragit curſus ſurda Diana ſuos.*

Ne verearis, quod illam cœli deturbabit, aut IV.
cogat retrogradi ab inco pto iam curſu pœniten- Conſtan-
tiæ. Hoc tuoi ſimili et faciendum eſſet, atque in tia in vir-
hoc vera tua pateret pœnitentia: ſi namq. in via tute no-
nequitiæ ſurdas præbueris aures latrantibus canũ bis com-
Dei, prædicatoribus inquam, tantiſque non ob- mẽdatur.

ſtantibus Dei clamoribus, tantis Sanctorum vo-
ciferationibus, tantis conſcientiæ tuæ pulſibus,
Hier. 8. 6. vlteriùs ſemper proceſſeris, vt ait Propheta. *Quaſi
equus impetu vadens ad prælium*, videbaris enim
tibi aures goſſipio obturaſſe, & peplis oculos ob-
uelaſſe, cuncta pertinax tranſiliens; nunc viam
Dominũ incedens, eius nunc manibus conſecra-
Pſ. 57. 14. tus, æquum eſt vt cum Dauide obſurdeſcas: *Et
ego tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus
non aperiens os ſuum: & factus ſum ſicut homo non
audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Ne
timueris quod illam de diuinis illis eripiet, aut
eijciet manibus: eſt etenim ouis Dei, & eius ſe
ſequelæ mancipauit: quàm igitur illam conſtan-
tem inuenies?

☞ 117 Exſurgit Iudas, & fremit ſtridetque dentibus
Marc. 14. 5. in illam: *Fremebat in eam*, vt leo rugiens illam
impugnat ſed licet canis hic latret:

*Peragit curſus ſurda Diana ſuos.*

Quàm Chriſto coniuncta? Prouocat cum D.
Rom. 8. 35 Paulo totum mundum: *Quis nos ſeparabit à cha-
ritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia &c.* Illam in-
tuere Chriſti imminente Paſſione, fuga ſibi con-
ſulunt Apoſtoli, negat Petrus, propinqui de longè
Luc. 23. 49 ſpectant: *Noti eius à longè.* Ipſa prope crucem
Chriſto fidelis & conſtans adeo, vt Spiritus S.
voluerit, quatenus D. Ioannes qui præſens ade-
rat ſpectaculo, hanc exararet circumſtantiam, di-
Ioa. 19. 25 cendo: *Stabant iuxta crucem Mater eius & Maria
Magdalena.*

V. Vaticiniũ Habacuc de ipſa. Habac. 3. 11.

Vt opinior ſpectat illud Euangeliſta, quod
Deus per vatem Habacuc prædixerat, dũ enim
Redemptionis noſtræ perageretur myſterium:
*Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* Conſtan-
tes permanſerunt Sol & Luna, virgô ſol fulgidiſ-
ſimus totum illuminans diem, ſcilicet innocen-
tes: & Magdalena Luna prius eclipſim paſſa,
quæ noctẽ illuſtrat nempe pœnitentes. O quàm
firma & immobilis! quandoquidem in ſepulchro
Chriſti, *Recedentibus diſcipulis non receſſit.* Non il-
lam militum terruerunt inſolentiæ, non metum
incuſſit Iudaica rabies, non à propoſito diuulſit
potentia Principum, non Phariſæorum nequitia
labefactauit, non armatæ legiones abegerunt,
non noctis tenebræ in fugam compulerunt, ne
Chriſtum quæreret, & ei conſtans adhæreret: *Ve-
nit cum adhuc tenebræ eſſent ad monumentũ.* Hæc
eſt vtique ouis Dei manibus illius firmiter inhæ-
rens, vt nihil ſit quod eam inde poſſit eijcere. Et
quid miramur ſi tanta flagrabat dilectione, &
hæc cor eius & animam ita penetrarat? Ingenio-
sè amoris vires ſponſus cœleſtis expoſuit his ver-
Cant. 8. 6 bis: *Fortis, eſt vt mors, dilectio.* Circa quæ verba

VI. Elegãter amor morti comparatur.

SS. PP. eleganter diſcurrunt, ſed ſuperficialiter
hæc tangendo notãdum, mortem cœcam depin-
gi, ſolis oculorum ſpectandam concauis: quibus
fortitudo mortis exprimitur, quæ nihil pauida
reformidet. Accedit hunc, vt illum apprehendat,
domum eius ingreditur: tu te illi audax oppo-
ne; opponant ſeſe omnes, illi munera deferantur,
blanditijs mulceatur, arma producantur, arcus in
eam dirigantur imo tormenta bellica, impera illi,
vt retrocedat. Nihil horum intuetur: non enim
oculos habet, vnde nihil eſt quod illam cogat
terga vertere metu perculſam.

Hoc efficit amor Dei in anima diligentis. Te-
ipſum illi oppone, delini illam blanditijs, & do-
nis emolli: terroribus & minis exagita quotquot
placuerit in illam dirige gladios & bellica com-
pone inſtrumenta, nihil efficies, non idcirco terri-
ta terga vertet, aut cedet arenæ. Cape in Mar-
tyribus ſanctiſſimis experientiam, quos diuinus
ille amor incenderat: non enim illos vel ad pun-
ctum quidem dimouere potuerunt omnia mun-
di bona, diuitiæ, dignitates, dominia: regna non
illos percellere valuit, nedum hominum ſæua
malitia, ſed nec tota inferni peruerſitas, non cul-
tri, non rotæ, non fidiculæ, non cataſtæ, non cra-
ticulæ, non ignes, nõ nouaculæ &c. Deinde, mors
hominem reddit immobilem. Mors in pheretro
extenſa iacet, vel in pauimento: vocato illam, al-
li minas intentato, cani rogato, in illam omnia
collimato ænea tormenta: non eſt timendũ quod
vel puncto ſe moueat, aut locum deſerat. Hoc eſt
amoris Dei in anima ſingularis effectus: qui &
hanc cadaueri palmam eripit, quod huic vis in-
ferri poſſit, & quocumque libuerit poſſis illud
transferre; animam verò nequaquam. Si corpus
mortuum non poſſes totis viribus transferre, nec
à loco dimouere, ipſo repugnante, tu videris v-
trum quidquam proficeret, quidquid ageres, aut
agere valeres, vt ipſum ſua ſponte locum, in quo
iacet, deſerens aliò tranſeat. Ita nihil quis effice-
re poteſt vt à Deo dimoueatur ille, qui verè cum
illo per amorem viuitur: liberè is totum poteſt in
certamen prouocare mundum cum D. Paulo:
*Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Certus ſum
quia neque mors, neque vita &c.* Liquidò patet,
cum Magdalena ſit ouis Dei, eam de manibus
illius rapere poſſe neminem.

§. 42. Vides hanc mulierem? *Opponit ſe Chriſtus illi, qui hanc voluerit ſe illi ouem eripere. Hæc eſt illa gloria earum quæ ſunt eius, de qua Iſaias.*

☞ 118 ALio licet modo ſignum illud ouium expen-
pere, de quibus Saluator ait: *Non rapiat eas quiſquam de manu mea.* Quia defenſor ipſe prodit in eos, qui illas impugnat. Nihil Deo ſic propriè conuenit quàm eorum ſuſcipere protectionem, qui confugiunt ad diuinæ manus eius ſubſidium tutiſſimum. Iudicauit Lot indecens ſibi non ſe opponere toti ciuitati Sodomorum, quo peregrinos aduenas incolumes ſeruaret, qui in domum
Gen. 19. 8 eius cõfugerant: *Viris iſtis nihil mali faciatis: quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei.* Quantò magis eos Dominus tuebitur, qui ad diuinum ipſius recurrerint auxilium: ſingulis eorum per Salo-
Prou. 3. 26 monem promittit: *Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedẽ tuum, ne capiaris.* Conſideres, velim
I. Quatuor epithetis ſuos Deus apellat. inter alia quatuor nomina, quibus Dominus ſuos appellat: primò ſuos vocat opes ſuas & facultates. Hoc SS. PP. intelligunt in parabola illa à Chriſto propoſita, quia ſeipſum inſcribit ſub ſymbolo præpotentis Domini, qui bona ſua diſtribuit ſeruis ſuis, vt illis lucrarentur, quò declarare voluit, quod ſuos commendat fideles ac animas Prælatis prædicatoribus & miniſtris ſuis: hæ namque ſunt eius bona oues, & greges: *Nos vti-*
Orat. 1. de pace quæ incipit: Linguam meã, circa medi. *que,* ſic D. Greg. Nazian. *Deus pro diuitijs ſuis habet.* Hæ ſunt eius ciuitates, hæc poſſidet regna, his potitur hereditatibus: ſic enim audiuit à Patre per eos Dauid: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam;* deſignans, quod hereditatis illius & bona ſunt amicitiæ. Legunt alij: *Poſtula*
Pſ. 2. 8. *à me, & dabo tibi diuitias populorum.*

Itaque hæc ſunt eius bona, hereditas, vinea, domus, & regnum, & in ijs omnia ſua videtur bona comprehendere. Hinc capimus, quòd alias expendimus de nomine, quod ſibi ſingulariter adſcripſit: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob: ſunt etenim illi, eius ciuitates, & regna, quos pluris æſtimat, quàm Rex Dominus noſter ſua, dum ait: Rex Caſtillæ, Leonis, Ara-
a Ho. 18. in 2. ad Cor. goniæ &c. Secundò vocat illos honorem ſuum ac gloriam. Sic interpretantur Diu. Chryſoſtom.
b In c. 8. 2. ad Cor. lect. 3. ad finem. *a.* & Diu. Thom. *b* illa verba Apoſtoli. *c. Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti:* q. d. ſunt Apoſtoli, Prædicatores, & electi eius, gloria illius: etenim illi ſunt, qui eius honori proſpiciunt, & de qui-
c 2. Cor. 8. 23. bus ipſe gloriatur: hæc namque eſt gloria Dei, quod agit, operatur, & in ſeruis ſuis diſponit, & illi ſunt, qui totis nituntur viribus, vt ipſe glorificetur. Idcirco illos pariter agnominat per vatem Zachariam equos gloriæ ſuæ? *Poſuit eos* Zach. 10. 3
*quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.* Tertiò vocat illos pupillam oculi ſui: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*

Tandem illos nominat animam ſuam. Sic in L. 3. Mor. c. 31.
ſenſu Allegorico interpretatur Diuus Gregorius quod Dominus ait diabolo, dum illi petitam concedit licentiam Iob infeſtandi: *Ecce in manu* Iob. 2. 6.
*tua eſt; verumtamen animam illius ſerua.* Sicut
II. Cur anima illius dicatur. autem Iob expreſſam prætulit Chriſti figuram, ita voluit verbis illis in ſenſu myſtico, profundum illud declarare myſterium quòd cum diabolus Chriſtum optaret impugnare, liberam illi Pater cœleſtis plenamque conceſſit licentiam, vt pro libidine ſua votoque fureret in Redemptorem noſtrum, cuncta quæ habebat, manibus illius tradens, excepta nihilominus anima illius. Hoc eſt, dedit diabolo poteſtatem in illum exercendi pro voluntate & poteſtate quælibet, in caput illius, oculos, os, humeros, pedes, manus corpus, nihil excipiendo. Hoc Chriſtus miniſtris ait Satanæ eo tempore, quo à Patre, eius eorumque tradebatur poteſtati: *Hæc eſt hora veſtra & pote-* Luc. 22. 53
*ſtas tenebrarum.*

Clarè patet quàm exactè & immaniter hanc diabolus impleuerit licentiam: cum nihil in Redemptore noſtro reliquerit, quod tormentis non affixerit atrocioribus; caput ſpinis, oculos velo, os felle & aceto, maxillas alapis & pugnis, collum funibus, humeros verberibus &c. Porro quæ fuit hæc anima quam ſibi reſeruauit indemnem; quam noluit à diabolo exerceri & torqueri: *Ve-* Ioan. 18. 8
*rumtamen animam illius ſerua?* An non acceſſit, vt Chriſti animam in cruce configeret? Vtique; ſed nomine animæ ſuæ, ex mente D. Gregorij ſuos intelligit electos, quos in perſona ſignat Apoſtolorum: vnde tradens ſeipſum, quatenus in eum Satan ſibi traditam exequeretur poteſtatem, ait miniſtris: *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.* Cui ſubiungit Euangeliſta: *Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Itaque dilectos ſibi vocat animam ſuam.

Hæc igitur quatuor nomina perpende; bona, 119 ☜
honorem, pupillam oculi ſui, & animam ſuam, III.
quibus declarat, quanti faciat illos, quando- Hinc tã
quidem in illis omnia eius bona comprehendi acriter
videantur. Quatuor eorum genera poſſidet ho- ſuos de-
mo: quædam exteriora facultatum: alia media fendit.
dignitatis & honoris: alia corporalia, & alia
animæ:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

animæ: nullum inuenies bonorum tuorũ, quod his non comprehendatur. Hinc cura naſcitur quâ hæc diligens tueris. Quàm ſeriò ſe Rex opponit aduerſarium inimico, qui tollere illi nititur ſeu regnum ſeu ciuitatem? Tu verò quàm acriter in eum exſurgis, qui tibi molitur auferre facultates? Deinde in illum qui nominis tui derogat æſtimationi? quo pectore ſuris in eum qui corpori tuo nocere contendit? quid dicam de eo qui conatur animam tibi deprædari? Ecce quo loco iuſti ſanctique apud Deum habeantur: eius ſunt opes, honor, præcipua pars corporis oculorum palpebræ, & anima. Hoc ſuppoſito, qua non ſedulitate illos proteget, & quo animo non ſe illi opponet, qui manus illis velit injicere violentas? *Dextera ſua teget eos*, ait Salomon, *Et brachio ſancto ſuo defendet illos.* Ad eorum proſiliet tutelam, iiſque ſe fortiter opponet, qui conantur illos de manibus ſuis eripere.

*Sap.* 5.17.

IV. Etiam ſponſa dicitur.

Si his addas quòd anima iuſti, ſit illius ſponſa, nec ſponſus vllus eſt qui feruentiori, vel tam feruenti ſponſam amore proſequatur, aut eius honorem æmuletur, quàm igitur cenſes acriter in eius accurret protectionem? quid eſt, quod vir honorabilis ſtudioſiùs amplectatur, quàm ſponſæ ſuæ defenſionem in honoris eius & caſtitatis illuſorem. O anima ſecura conſiſte, ſi talis ſis, qualem te eſſe conuenit; & tuis in tribulationibus confide Deo: ad eum ſpectat etenim tibi ſubuenire: hoc age, quod primæuæ præcepit mulieri: *Ad virum tuum conuerſio tua.* Nec timueris, quod primum imitaturus ſit ſpõſum, qui cernens illam aduerſitatibus obrutam, nedum eam non ſuſcepit tuendam, imo potius ſumpſius illi voluit imponere protectionem. Sponſus eſt fidelis, ſi quis vllus: tanta ſedulitate peruigil, vt nec dormitet cuſtodiæ intendens animarum ſuorum electorum: eo modo quo Ioſeph in ſe ſuſcepit defenſionem, quem nec momento temporis deſeruit, nec venditum, nec captiuum nec falſo accuſatum teſtimonio, nec incluſum ergaſtulis: *Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum, deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum donec afferret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant, & mendaces oſtendit, qui maculauerunt illum &c.*

*Gen.* 3.16. De *Hom.* 31. *n.* 8.

*Sap.* 10.13

Diuina planè fuerunt verba Iacob acta referentis Ioſeph: *Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob.* Arcum ſuum Deo tradidit: omnem etenim ſuam fortitudinem, vireſque diuinæ tradidit poteſtati; ibique, quo defenderetur cenſuit ſe eſſe ſecuriorem. Domine protege me, precatur, cum ſoli tuæ defenſioni ſpem meam commiſerim vniuerſam. Notauit modernus Auctor ex Hebræo verba hæc turgere myſterijs. *Per manus potentis Iacob.* Illud *Potentis* in Hebræo ſcribitur *Abbir*: prima littera *Ab* Patrem ſignificat, ſecunda *Per* denotat filium, & tertia *Reſch ruach* Spiritum S. indicat. Ecce filius medius inter Patrem & Spiritum S. collocatur, in confirmationem quod ad defenſionem iuſti, qui ſe diuinis tradit manibus illi communicet Filius, Patris, & Spiritus S. tantam, quanta indiget, virtutẽ & potentiam ad ſui protectionem. Quomodo caſtiſſimam defendit Suſannam, quæ ſub eius confugit alas vt ouis ad Paſtoris vmbraculum? Hoc tibi perſuadeas quod ſi diuinis te tradas manibus, atque ouem illius te reddas, te tuebitur, te proteget, te conſeruabit, ſic vt nullus tibi noceat, imo potius, vt quodcumque tibi fuerit aduerſarium, in tuum cedat hoc emolumentum. Ita defendit Apoſtolos, quando per mundum Dei verbum diſſeminabant, mille circumdatos aduerſitatibus: ita Martyres tormentis examinatos animauit? ita S. Iob tot bonorum oppreſſum iacturis tutatus eſt & erexit: ita populum ſuum per arentia gradientem deſerta protexit incolumem ad terram tendentem promiſſionis: hoc etenim declarare voluit in illo facinore, teſte D. Cyrillo Alexandr. quando Balaam præſtigiator procedebat populo maledicturus: ſeipſum enim in perſona ſtatuit Angeli Balaam aduerſarium euaginato gladio terribilem, mortemque illi minitantem, quaſi dicat quicumque populo huic nocere præſumpſerit, ſciat arduum ſibi mecum eſſe negotium.

*Gen.* 49.24.

*Corne. à Lapide.*

V. Hanc Iacob prædixit protectionẽ.

*Lib.* 6. *de adora. in ſpiri.*

*Nu.* 22.23

Quàm aptè canebatur hic pſalmus ille: *Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur &c. Non accedet ad te malum &c. Angelis ſuis mandauit de te.* Quid miramur, inquit D. Chryſoſto. quòd Deus in tui non prodeat defenſor protectionem, ac permittat te grauis inuadat infirmitas, paupertas vrgeat, torqueat infamia, mille premant calamitates, ſi non ſis de ouibus illius, ſed lupus rapax, vulpes doloſa, ſerpens veneno plenus mortifero, animal immundum, volutabro carnalium immerſus cupiditatum? *Non lupos, ſed oues curat, & paſcit.* En tibi, qualiter ſuam hanc tueatur ouem, quæ ſub vmbra manuum illius tremula confugit, pedibus illius humiliter proſtrata: nec enim patietur, vt eam quiſquam inde diuellat repugnantem. Accedit mœſta Sunamitis ad pedes Eliſei offuſa lacrymis, illos conſtringit, illos fletibus rigat copioſis,

*Pſ.* 90.

D. CHR. Ho. 34 *in Matth. Tom.* 2.

VI. Oues nõ lupos tuetur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pioſis: videt illam diſcipulus Giezi, & fremens ac indignans, quaſi nimiam accuſans temeritatem, *Voluit eam amouere.* Confeſtim eius Propheta ſuſcipit protectionem. Sinito illam, ſinito: neſcis enim animæ illius anguſtias, cordiſque mœſtitiam: *Dimitte illam: anima enim illius in amaritudine eſt.* Idem Dominus agit cum Phariſæo, idemque fecit cum Pharaone, vt prælibauimus. Egrediuntur filij Iſrael de Ægypto atque in terram pergunt promiſſionis, Deo vero ſeruituri & ſacrificia oblaturi. Confeſtim furit in eos perſecutor Pharao, cunctique fremunt Ægyptij illos inſequentes ſuperbi nimis. Heu Domine mi, clamat Moyſes quid faciemus? Hoc facietis inquit ille, tacebitis vos, ſtabitis vos otioſi; quandoquidem ſub meas confugeritis alas, veſtra me tangit protectio, defenſor exurgam; omnes confundam, proſternam omnes, omneſque humiliabo: *State & videte magnalia Domini: vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.*

*4. Reg. 4. 24.*

VII. Et illis quidem tacentibus.

*Exod. 14. 13.*

☞ 120 O quàm integrè hoc hodie cum hac peccatrice perficit: egreſſa namque de Ægypto, viam arripit verſus terram promiſſionis, cœli ſcilicet regionem, Chriſtum intelligo, eiuſque pedes ſanctiſſimos: *Ego ſum via* Quàm furens per Phariſæum erumpit diabolus, illam conatus confuſione percellere. Quænam hæc eſt mulier? vilis, infamis, peccatrix, ſcortum, quæ ſolo ſuo contactu poteſt inquinare, & labe conſpergere fœdiſſima: *Hic ſi eſſet Propheta &c. quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt.* Obmuteſce ſanctiſſima Magdalena: *Vos tacete, & Dominus pugnabit pro vobis.* Quæ gloriæ dignitas huius poteſt peccatricis dignitati comparari, quærit D. Bernard. cum ipſe Deus in eius defenſionem arma ſumat, cauſamque ipſius defendat ipſa infinita Dei ſapientia: atque ita feriò & veraciter ſuis recipiat eam ſub alis protegendam; vt quotieſcumque quiſpiam illi faceſſit negotium, eius cauſam ita ſuam æſtimet, vt noluerit, vel vnum pro ſe loqueretur verbum. Ita licet hic inſpicere, ita poſtmodum patebit, dum eam Martha ſoror ad pedes Domini cernens attentam, illam vt inertem accuſat & ſocordem, atque à Domino poſtulat vt illi præcipiat, quatenus inde aſſurgat, & manum adhibeat gnaua auxiliatem; & quando Iudas illam prodigalitatis accuſat ob ſuperfluam vnguenti in Chriſti caput effuſionem in Bethania: *Vide prærogatiuam Mariæ, quæ Ieſum in omni cauſa habet aduocatum. Indignatur ſiquidem Phariſæus, conqueritur ſoror, etiam diſcipuli murmurant: vbique Maria tacet, & pro ea loquitur Chriſtus.* O ſerui Dei quàm eſſe poteſtis ſecuri: ſi namque ex animo ad eius fugiatis protectionem, neutiquam patietur, vt veſtri vobis dominentur inimici: etenim ipſe veſtram ſuſcipiet ita defenſionem, vt nec vobis noceat Satan ſuis fraudibus impoſtor, nec ſuis mundus inſulſis clamoribus importunus, nec vrgens famis inedia, nec minax perſecutio, nec langueſcens infirmitas. An huic alia eſt gloria comparanda? quis ſubditus vnquam tali eſt gloriatus, vt proprius Rex tantam eius ſuſciperet curam, vt ipſe per ſeipſum prodiret in arenam in quemlibet, qui ſubdito illi malum, damnumque inferre conaretur? Hoc eleganter expendit vates Iſaias ſubſidium exponens, quo Deus ouibus ſuis ſuccurrit auxiliator: *Et creauit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte ſuper enim omnem gloriam protectio.* Prouidebit Deus illis qui ad domum eius confugerint eumque de vero corde inuocauerint nubem & fumum per diem, & ignem clariſſimum ac reſplendeſcentem per noctem.

VIII. Chriſtus Magdalenæ defenſor.

D. BERN. *Serm 3. de Aſſumptio.*

IX. Hoc Iſaias prædixit. *Iſai. 4. 5.*

Miſericordiam commemorat à Deo præſtitã „
Iſraelitis: Eduxit eos de Ægypto. De Rameſſe „
iter arripiuntur in Socoth, de Socoth, in Etham: „
*Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam* „ *Exod.*
*viam per diem in columna nubis, & per noctem in* „ *15. 21.*
*columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempo-* „ X.
*re; numquam defuit columna nubis per diem, nec* „ Et præ-
*columna ignis per noctem coram populo.* Præclara „ miſſum
ſanè beneficia contulit Deus electis populi ſui, „ fuit in
illos eripiens de Ægypto, de cunctis eis proſpi- „ colum-
ciens neceſſarijs: aquam educens de petra, panem „ na ig-
de cœlo & coturnices, aperuit illis mare per- „ nis &
meandum &c. Attamen hæc omnia ſuperauit co- „ nubis.
lumna illa populo conceſſa, quo tempore ſolitu- „
dinis inuia perambulabat: colũna nubis & ignis, „
illi eximium vmbraculum de die per nubem „
ne ſolis radijs extureretur, & nocte per ignem, „
quo noctis pruinas & frigora non pateretur: nec „
vnquam illum deſeruit Licet D. Hieronym. indi- „
cet, quod columnam illis non conceſſerit, donec „
in Etham perueniſſent, quæ fuit tertia manſio. „
Porro nihil aliud intendit, quam ſignificare, quod „
tunc prima vice de illa mentio habeatur, in tertia „
nempe manſione. Sed quàm primùm egreſſi ſunt „
de Rameſſe, ipſos columna ſemper comitata di- „
citur, nec vnquam deſeruiſſe. „

Nonnulli dicunt duas fuiſſe columnas, alij „
vnicam quæ de nocte parebat velut ſol omnes il- „
luminans, de die verò nubis inſtar ſeſe extende- „
bat vt vmbraculum: *Deduxit illos in via mirabili,* „ Sap. 10
*& fuit illis in velamento diei & in luce ſtellarum* „ 17.

Sap.18 4. *per noctem.* Noctu vt ſol ſplendida fulgebat: *Solem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti eis.* q. d. Hoc effeciſti vt columna dux eſſet præcedens, vt ſol clariſſimus quo populus illuminaretur, ſol non lædens, ſed illuminans Sol erat, ſed calore ſuum neminem exurebat, aut erat moleſtus: etenim ſua tantum illos luce recreabat, qua per offuſas noctium tenebras ſecurè graderentur: taliſque apparebat, quando in Etham Pharaonis aduentum perceperunt: hæc etenim columna, caſtra præcedens, ad poſteriores ſe recepit legiones media inter populum & Pharaonem: eam Angelo dirigente: ex indicio Caietani: *Tollens ſe Angelus Dei qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit, inter caſtra Ægyptiorum; & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa & illuminans noctē: ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* O quanta hæc columna: cenſebatur Hebræorum numerus tres milliones ſuperare præter gregum armenta infinita & ipſa ſola ſufficiebat tanto numero populum; tantaſque vmbrâ complecti legiones. Attende quale prodigium: vt vna eademque columna nubem producat tenebroſam inſtar fumi, & claram, quæ noctē illuminet: ipſis Ægyptijs tenebroſam: vt viam qua progrediantur, non capiant: Iſraelitis verò fulgidam ad inſtar iubaris ſolis, quibus miniſtrat lucem, qua ſe ſaluos ab inimicis protegant, nec tamen ab ijs videantur. Hoc innuit vatidicus Iſaias: *Per diem fumum, & ſplendorem ignis flammantis in nocte.* Illo ſplendore colluſtrati mare rubrum non verentur intrare Iſraelitæ O quàm glorioſa fuit illa protectio! quid tandem? *Reſpiciens Dominus per columnam ignis & nubis: interfecit exercitum eorum.*

XI. Per fumū protectio capitur.

Et per hæc omnia declarat Spiritus S. quòd Deus ad ſuorum prodibit defenſionem illis de die nubis & fumi miniſtrans, vmbraculum: *Nubem per diem & fumum.* Per fumum non intelligas monet D Hiero. quidquam mali, ſed vmbraculū inſtar fumi leuiſſimum: iā enim audiſti (inquit) quod inter gratias & dona Spiritus S. quæ præſcius, Ioel numerauit, & D. Pet. recenſuit, annumeretur donū fumi: *Effundam de ſpiritu meo &c. Dabo prodigia &c. ſanguinem & ignem, & vaporem fumi.* Et de nocte: *Splendorem ignis* flammantis. His ſymbolis exponere voluit Iſaias quàm fortiter ſuos Deus præmuniat. Primò: ſubrogat illis quidquid ad iter verſus cœlum capiendum eſt neceſſarium: illis miniſtrans non aquam, ſed ſanguinem ſuum in ſuauiſſimum potum: nō manna, ſed carnem ſuam in diuiniſſimum cibum, ſua Sacramenta, ſua dona, gratias ſuas, ſic vt nihil illis deſit: *Ita vt nihil nobis deſit in vlla gratia.* Verumtamē ſuperat hæc omnia gloria quædam ineffabilis, diuina nempe protectio, qua ipſe eorum in ſe ſuſcipit defenſionem, noctu dieque, in aduerſitatibus & proſperitatibus, in ſalute & infirmitate: contra Principes tenebrarum nomine deſignatos noctis: & contra homines, quos de die conſpicimus: *A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris.* Quænam huic eſt gloria comparanda? *Super omnem gloriam protectio.* Ipſe defenſor adeſt, ipſe ſuos tuetur, ipſe recipit, ipſe repellit impetus: *Ego ero ei murus ignis in circuitu:* Ego futurus ſum illi propugnaculum æreum: quicumque namque in illum vel lapidem iecerit, ſciat illum in eius caput reuerſurum. Ita Phariſæos excepit in Apoſtolos inſurgentes, eoſque inurbanitatis accuſantes, quod manus ante prandium non abluerent. Ita ſimiliter nunc agit, huius mulieris defenſor acerrimus. Quis huic aliam comparauerit gloriam? Quis vnquam reo talem defenſorem talem adſciuit aduocatum? An quis vnquam ſuarum habuit laudum præconem elegantiorem? O quàm ex animo Chriſtus huius mulieris extollit encomia!

In c.4. Iſai.

Ioel 2. & Act. 2. 19.

1. Cor. 1. 7.

XII. Protectio diuina, quantum ſit donū.

Zach. 2. 5.

## §. 43. Remittuntur tibi peccata tua. *Velut oui ſuæ Chriſtus huic mulieri vitam largitur ſempiternam.*

Habes hic aliud indicium, de ouibus ſuis à Domino declaratum, dum ait: *Vitam æternam do eis.* Hoc heri explanauimus fieri per gratiam, & hanc illi dedit: hoc etenim verbis illis indicatur: *Remittuntur tibi peccata tua.* Remiſſio peccatorum, ait Theologorum Doctor D. Thom. fit per infuſionem gratiæ. Quid eſt gratia? Participatio quædam eſſe æterni, vitæque Dei, ſic eam definit Apoſtolorum Princeps Diu. Petrus: *Per quam efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* Radix quædam eſt, & æternæ vitæ principiū: *Gratia Dei vita æterna.* Et quia, ſicut ait Apoſtolus Paulus, dicitur gratia, quia gratis datur, & nullis præcedentibus meritis noſtris, illam declarauit hic Chriſtus hoc verbo: *Remittuntur tibi peccata tua:* quia ſicut remiſſio peccatorum fit per infuſionem gratiæ, fit ex mera gratia, Deique liberalitate: *Iuſtificati gratis per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Ioa. 10. 28.

1. 2. q. 113. art. 2.

2. Pet. 1. 4.

Rom. 6. 23.

Rom. 3. 24.

Diuinam nota D. Pauli Theologiam. Nobis peccata remittuntur per gratiam, per redemptionem, & ſolutionem à Chriſto peractam. Quid

in dicas?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I. Notatur prænomen illud *Tibi*.

indicas? Id quod Magdalenæ Dominus dixit: *Remittuntur tibi peccata tua.* Notandum illud *Tibi. Tibi* tua gratis peccata remittuntur, mihi verò nequaquam: etenim mihi imponitur pro illis ſatiſfacere litemque ſoluere ex iuſtitia: quidquid tu debiti contraxiſti, tibi remittitur, ſed mihi nequaquam: quia quod tu debes, mihi ſoluendum incumbit: vnde tu libera euades, vt ego debito obligatus. Tu faſtuoſa eras tuis eleuata vanitatibus & arrogantijs, grauis ob hæc te pœna manebat: *Remittuntur tibi*: ego autem ſatisfaciam ſpineam capiti meo coronam accipiẽs. Tu quondam ſcortatrix, vile proſtibulum, meretrix merebaris vt corpus tuum ignibus traderetur æternis? *Remittuntur tibi*: hos ego compenſabo, millena ſuper me recipiens verbera flagellorum. Tu timore tabeſcebas, quocirca hoc tibi ſupplicium conueniebat, vt carnificibus tradereris puniendæ ſæuiſſimis: *Remittuntur tibi*: ego ſponſor luam, meum etenim pectus mucrone lanceæ transfodietur. Tu ventris linguæque vacaſti delicijs, qua de cauſa lingua tua vt ſiti exareſceret ſuadebat æquitas: *Remittuntur tibi*: mea vero lingua felle & aceto potabitur: hoc etenim in ouium mearũ

Ioa. 10. 10. facio beneficium: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Veni vitam illi largiturus, mortemque pro ipſis accepturus.

II. Pulchra contrapoſitio mulieris in cœlo & Chriſti in terra.

Vt ſapio velut ſpectaculum nobis proponit D. Euang. hanc mulierem, deprecatus vt omnes in eam oculos conijciamus, dum ait *Ecce*: illum ei contraponens, quem Pilatus populo ſpectandum propoſuit mundi Saluatorem exclamans: *Ecce homo.* O quàm eximia hæc contrapoſitio: *Ecce mulier: Ecce homo.* Hanc aptiùs explicabimus, ſi perpendamus quòd idem Euangeliſta duo proponat ſpectacula: mulieris vnum, & hominis alterum. Mulier in cœlo, amicta ſole fulgidiſſimo, cui caput duodecim ſtellis ornatum ſplendebat auguſtiùs, & luna pedibus eius proſternebatur:

Apoc. 12. 1 *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole &c.* Homo in terra purpura veſtitus ignominioſa, itaque vili ac lacera, vt totum eius pateret corpus vulneribus plagiſque ſaucium, ſpinis coronatus acutiſſimis, cerebrum penetrantibus, nudipes, dolorum exemplar patentiſſimum: *Exiuit*

Ioa. 19. 5. *Ieſus portans coronam ſpineam & purpureum veſtimentum Et dixit: Ecce homo.* Quàm ſunt hæc ſibi contraria ſpectacula! Mulier in cœlo, & homo in terra: ipſa ſole veſtita lucidiſſimo; ipſe veſtimento ad ignominiam compoſito, plagiſque transfoſſus; ipſa ſtellis coronata fulgentiſſimis, ipſe ſpinis horridiſſimis: ipſa lunam pedibus calcat, ipſe diſcalceatus.

Quid hoc? Oppoſita ſibi videntur, ſed nequaquam ſunt; imo potius mirabilem continent cõuenientiam, poteſtque per illam ea enodari difficultas, (quam alias elucidamus) à Deo Iob amico ſuo propoſita. Numquid tibi cognitum erit quod geritur eiuſque in terra diſpones rationem: *Numquid noſti ordinem cæli &, pones rationem eius in terra.* Quis audiuit vnquam tale? Quis capiat quod in cœlo peragitur? Hoc inexhauſti laboris opus eſt, ſed adhuc eiuſdem ſuperexcellit explicatio, quod eius ſcilicet ratio in terra inueniatur. Quis hoc mortalium credat, vt in terra ſit eius cauſa quod in cœlo geritur? rectæ contradicit hoc Philoſophiæ, nam ſecundùm influentias cœli, fructus producuntur & corporum regitur in terra diſpoſitio. Præclarum hic latet myſterium Cœlum appellat, opera gratiæ, & diuinæ miſericordiæ. Quàm prodigioſa Deus opera in cœlo operatur? Quas miſericordias? Quas gratias? Quæ dona, quæ Angelorum omnium ſuperant intellectum? Quam admirabiles peccatoribus tribuit indulgentias? Si ipſos inſpicias mille reperies culpis inquinatos, & nullis punitos ſupplicijs; omnia remittit illis reſpectu culpæ gratis atque ex mera benignitate; *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* Etenim in momento temporis de abyſſis attollit illos peccatorum ad altitudinem gratiæ; ipſos illa veſtit vt ſole ſplendidiſſimo, corona ſtellarum cœleſtium donorum, ſubſtrata pedibus eorum tota Satanæ poteſtate. O quale myſterium!

122

Iob 38. 33.

Rom. 3. 24

Si percuncteris, vnde mulier hæc procedat, reſpondet; ex eo quod in terra fit, atq; ex eo quod in illa homo quidam operatur; illum intuere; *Ecce homo.* Homo innumeris oppreſſus doloribus nullius tamen culpæ conſcius. Ita vt, cum ſint in muliere ſcelera, dolores tamen non inueniantur. In hoc vero nihil videas præter liuores, pœnas & afflictiones cum tamen nullã poſſit in eo, nec quidem oculus Dei reperire culpã. Hoc ſpectaculum ab illo ducit originem: quia enim homo hic ad infima terræ deſcendit: aſcendit anima ad cœlorum altiora: quia veſtimento ille indutus eſt contemptibili, plagaſque ſuſtinuit, ipſa luce veſtitur ſplendidiſſima; quia ipſe ſpinis coronatur, ipſa gratijs doniſque in hac vita dotatur; & gloria coronabitur in altera; quia ipſe ſe Principibus ſubiecit tenebrarum, eorumque miniſtris, quales fuiſſe conuincuntur Pilatus & Herodes, ipſa tanta fulget celſitudine, & dignitate ſublimis, vt calcare iam poſſit, ſuiſque pedibus cũctos proſternere Principes infernales; quia ſeipsũ vltro morti tradidit corporali, vita viuit illa ſpirituali,

& æterna, cuius hic eſt principium per gratiam, & ibi conſummabitur in gloria. O quænam hæc vita eſt! Vtique vita eſt hæc diuina; hanc tu votis omnibus exopta. Hæc illa eſt, quæ tranquillam reddit animam & pacatam.

III. Perfecta peccatorũ remiſſio Dauid quàm grata.

Quo perfundebatur hæc mulier ſolamine, dum audit: *Remittuntur tibi peccata tua?* Hæc eſt illa peccatorum remiſſio, quæ principium illi dedit vitæ æternæ, eiuſque animam, vt cœlum effecit portatile. Quid rerum deſideras ô Dauid vir deſideriorum? Hoc Domine ſcire concupiſco, vtrum perfectam obtinuerim ſcelerum meorum indulgentiam? Et quid ageres, ſi tibi Deus ore proprio confirmaret omnem tibi pœnam remiſſam eſſe & culpam? Quando tibi Nathan dixit: Deus tibi peccatum indulſit, expoſuit hoc tantum intelligi quoad culpam, porro grauem tibi pœnam ſupereſſe ſoluendam. Quod ſi audires confirmari, perfectè tibi remiſſa eſſe, & quoad culpam, & quoad pœnam quo gaudio tripudiares? Si hoc mererer audire, præ lætitia ſubſilirem, oſſa mea exultarent, & reuiuiſcerent: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exultabunt oſſa humiliata.* Quanto gaudio mulcebatur D. Alexius quando ex imagine Beatiſſimæ Virginis intellexit remiſſa ſibi peccata? Quàm læta D. Maria Ægyptiaca idem intelligens? Quanta nũc lætitia cumulatur Magdalena ex tali peccatorum indulgentia? Meditare illam quodam exultantem principio gaudij futuræ beatitudinis, quod in illa hæc gratia adeo certa operabatur. O chariſſimi, vitam hanc vobis ad quietem ſatagite obtinere, Deique gratiam omnimodè ad animæ recreationem conſequi adlaborare, ne vos vt diximus, propria malaque torqueat conſcientia delictorum.

§. 44. Vade in pace. *Pace gaudet anticipata Magdalena, ſibique Chriſtus bellum aſſumpſit; ipſa verò benigna manſit & ſingularis peccatorum aduocatrix.*

☞ 113
I. Quæ ſit pax anticipata.

Ecce poſtremum quod Dominus de ouibus ſuis aſſerit: *Non peribunt in æternum:* non enim ſat illi fuit, gratiæ vitam infundere, ſed inſuper donum perſeuerantiæ, qua illam numquam amitteret, & amodo numquam periret. Quid igitur hoc Domine mi? Numquid pax mortis tuæ ſignatur effectus? *Pacificans per ſanguinem eius ſiue quæ in terris ſiue quæ in cœlis,* ait Apoſtolus. A mortuis Chriſtus rediuiuus ait: *Pax vobis:* dixerat enim Prophet. *Erit opus iuſtitiæ pax.* De iuſtitia complenda in morte Chriſti, pax erat oritura animæ noſtræ, & pax cum Deo. Quomodo igitur illam modo offers, & ante mortem tuam huic tribuis pœnitenti? Patet hic copioſus effectus lacrymarum. Conatur agricola fructus obtinere præcoces, & anticipatos: aqua feruenti rigat arborem: hoc autem nominatum aſſerit de roſeto Andreas Leguna in Dioſcoride Medicus expertiſſimus. O Chriſte ſanctiſſime cœleſte roſetũ, cuius indulgentiarũ verba roſæ ſunt fragrantiſſimæ: *Quaſi plantatio roſæ in Hiericho,* arbor diuiniſſima cuius fructus, fructus eſſet pacis & amicitiæ. Laborat Magdalena vt ſibi fructus ille roſarum præcox enaſcatur, aqua rigat arborem calidiori, ex fornaci cordis ſui ebulliente, cordis inquam, charitatis igne feruentiſſimæ, Deus bonorum omnium arbor eſt fœcundiſſima, num eius fructum optas anticipatum? pedes illius riga profluuio lacrymarum.

Coloſſ. 1. 20.
Ioa. 20. 21.
Iſai. 32. 17.
II. Similitudo.
L. 1. c. 110. ad finem.
Eccli. 24. 18.

Notanda nobis occurrit hiſtoria Ezechiæ paſſim obuia. Illi vates Iſaias ex Dei præſcripto nũtiat vltimam inſtare vitæ ſuæ periodum: quo audito ſupra modum contriſtatur, ad Deum ſupplex conuertitur, & lacrymas fundit vberiores: *Fleuit Ezechias fletu magno.* Necdum egreſſus erat Iſaias atrium palatij, & ecce Deus ait illi. Reuertere, reuertere quantocyus, datam ſuſpendo ſententiam, vitamque illi protelabo. Domine quænam hæc tanta feſtinatio? Dicito illi: *Audiui orationem magnam, & vidi lacrymam tuam.* Sic multi textus habent Regij & alij nec non in Hebræo ſic legimus: *Lacrymam* in ſingulari. Quid hoc, Domine, fleuit Ezechias fletu, & amphoram effudit lacrymarum, & ais: *Vidi lacrymam tuam* Vtique; ſunt enim efficaces adeo lacrymæ, vt celerius nobis impetrent quod poſtulamus, vt in primæ profuſionem illi Deus reddere decreuerit incolumitatem. An lacrymæ ſunt? nihil vltra morandum: vade dic illi, vidi lacrymam tuam; quodque illi, poſtulata cuncta conceſſi. O potentiſſima lacrymarum efficacia? Num deſideras preces tuas à Deo citiùs exaudiri, & petita concedi? Num vt confeſtim ſuam tibi pacem largiatur? Coniunge lacrymas orationi vt dicat: *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymam tuam.* Si neſcias quid ſit lacrymas coram Deo profundere, ſi veniam rogaturus ſcelerum, & animæ tranquillitatem ſiccis acceſſeris oculis, vt ſuber exuccum, quid hoc tantum, ſi differat & tua procraſtinet poſtulata concedere? Fleuit Magdalena, cordiſque orationem lacrymis ſociauit oculorum, laborat vt fructus pacis anticipetur, annititur vt

Iſai. 38. 5.
III. Efficacia lacrymarum.

dicas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicat illi præmaturè : *Vade in pace.*

IV.
Magdalena per hæc verba cõfirmatur in gratia.

Aſſerit Cardin. Caiet. quòd his verbis Redemptor in illa gratiam confirmarit, animæque pacē, eo modo, vt numquam toto vitæ ſuæ decurſu motus ſenſerit carnis inhoneſtos primaſque titillationes. Potuit rós ille cœleſtis, qui ſuper adoleſcentes illos cecidit in fornace Babylonis, ardorē ignis temperare: ſic vt nec in minimo illos læderet, nec veſtes vſtularet, quantò magis diuina gratia copioſè conceſſa carnis poterit ardorē ignemque temperare, vt poſthac amplius nō ſentiatur. Potuit cingulum cœlitus per Angelos delatū præcingens Doctoris Angelici corpus ſic carnem conſtringere, vt numquam poſtmodum legem ſenſerit in membris ſuis aliam repugnantē legi mentis, in præmium victoriæ quam de muliere retulerat impudica, quæ vt illius illuderet caſtitati fuerat ingreſſa cubiculum: vnde licet in carne viueret, vita tamē vixit Angelica, quantò fortiùs ligare potuit huius mulieris carnem vt poſthac nullos ſentiret motus carnis inordinatos verbum Chriſti ad omnia potentiſſimum, quo in nubibus aquas, & in cœlo ſtellas obligauit, vt ait Iob. Vnicum potuit Dei verbum in cœlo ſtellas procreare, arua floribus decorare, aera implere volucribus, aquas piſcibus fœcundare, eſt etenim Dei verbum operatorium eius quod dicit: dicendo feminæ huic : *Vade in pace*, produxit in anima illa ſanctiſſima pacem, cœleſtem tranquillitatem, immenſam animi ſecuritatem, ardorem Seraphicum, Angelicam puritatem. Dicere tibi conceditur, quod mulier hæc lapis ille fuerit luteus, in quo deſcripta fuit cœleſtis vrbs Hieruſalem: etenim tribuit illi puritatem Angelorum, munditiem Archangelorum, robur Principatuum, dominium Poteſtatum, vires Virtutum, celſitudinem Dominationum, Thronorum auctoritatem, ſcientiam Cherubinorum, amoremque Seraphinorum.

☞ 124
V.
Pœnitentis quāta mutatio

Præceptum expendit D. Cyril. de cortinis tabernaculi, quod non ſine cauſa Deus præceperit eas ex pellibus confici animalium, in quibus depingerentur Cherubim, ſicut in veſtibus Attalicis: quo ſignificet, quod in creaturis carneis, qui vitam ducebant carnalem, ſculpere nouerit vitam Cherubim & Seraphim. Modo congruenter producimus viſionem illam, qua vtpote ſpeciali de gratia potiti ſunt Moyſes Aaron. Nadab & Abiu, nec non ſeptuaginta ſeniores electi: viderunt enim Deum Iſrael in figura humana: *Et ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Sapphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt*, nec vllis obductū nubibus, aut vaporibus obſcuratum ſed diſperſis pluuiis

*Exo.* 24. 10.

ſereniſſimum, atque innumera ſtellarum luce clariſſimum. Hanc igitur viſionem enucleemus. Sapphirus lapis eſt cœrulei ac cœleſtis coloris: ita Galenus & Dioſcorides, valet ad excitandū, ſedandum & cor exhilarandum. En tibi peccatrix, modo Sapphirus, lapis pretioſus, qui exhilaret & ſedet corda pœnitentium: nunc cœlum ſerenum, deiectis lacrymarum profluuiis, nubibuſque diſſipatis; etenim pace fruitur cœleſti: nunc cor illud prius infernus & habitaculum dæmoniorum, factum eſt cœlum vrbs Hieruſalem pace circumcincta : *Vade in pace.*

VI.
Falconis natura notatur.

O Domine quis aliter crediđiſſet, quam quòd eam tali modo dimitteres? Falco auis eſt ceteris eminentior ac nobilior, vnde dicitur, quòd pro ea nec ſoluantur vectigalia, vllumue tributum in tantæ nobilitatis indicium. In quo autem hæc conſiſtit nobilitas? Pedibus admodum friget, & generatur in regionibus frigidioribus, Anglia, Hybernia, Zelandia &c. ad ſui reſtaurationem ad veſperam arripit auiculam vel turturem, quā tota nocte detinet vnguibus quatenus illos calefaciat: ad matutinum expergefactus quantumlibet fame torqueatur, ſubit vt illam membratim ad eſum diſcerpat: eſſet etenim maximè indecorū, & vile facinus illi nocere: qua pedes ſibi calefecit, ſed turturem hac parte liberum auolare permittens, ipſe ex altera venatum euolat.

VII.
Chriſtus falconem exprimit.

O Chriſte Saluator, cœleſtis falco, quibus præuales vnguibus contra refractarios peccatores, & quàm atroci cædis illos flagello; frigoris tempore, quando te mortales fugiunt & exhorreſcunt, imo & ipſe Phariſæus tui licet inuitator, tāta conſtringitur tepiditate, vt mille in te committat defectus: in eadem ipſa menſa de te murmurant vt inimici: hic eo quod pedibus tuis huic mulieri liberum indulſeris acceſſum: ille ob verba quibus illam affaris. Aduolat pedibus tuis gemebunda turtur, illos fouet, & defectus ſupplet aliorum: ipſa cordis abluit profluuio ex oculis emanante: illos ipſa nitidis ſuis teneriſque lauat manibus: illos ipſa vellere lanæ capillis inquam, ſui capitis aureis abſtergit: illos ipſa odorifero demulcet & illinit vnguento: quid huic Domine mulieri facies eam à te dimiſſurus? Per aliā viā, quam ipſe capturus eſt, eam liberè & pacificè dimittit. Per quam viam ipſe progredietur. Per viā belli & gladij: *Non veni pacem mittere ſed gladiū.* Cruentum bellum aggreſſurus eſt contra peccatū, dæmonē, mundū & carnē: illā verò in contrariā remittat ſemitam pacis gratiſſimā: *Vade in pace.* Mihi parabitur bellū, ego illud ſum ſuſcepturus, in quo multigenis me armis oppugnabunt:

*Matt.* 10. 34.

VIII.
Exponitur illud *Vade in pace.*

*Vade in pace*. Tibi pax enuntiabitur: *Vade in pace*. Vade catenis tuorum abſoluta peccatorum: ego namque funibus ligabor ſtrictioribus: *Vade in pace*. Tu ab æterna condemnatione libera gaudebis; ego ab iniquis condemnabor tradarque iudicibus: *Vade in pace*. Anima tua ineffabili demulcebitur miſericordia: mea verò tanta comprimetur triſtitia, quæ mihi vitam adimere ſufficiat: *Vade in pace*. Corpus tuum ab infernali liberabitur incendio: meum autem flagellabitur, multoque vibice cæſum vulnerabitur: *Vade in pace*. Tu gloriæ cœleſtis purpura decoraberis: ego nudus in cruce ſuſpendar, mea ſibi diuident veſtimenta milites, ſortem ſuper ea mittentes quis quid ſibi tollat. *Vade in pace*. Tu vitæ delicijs frueris æternæ: ego vitam innumeris ducam cruciatibus aſperiorem: *Vade in pace*. Tu ſtellis coronaberis, ego ſpinis: *Vade in pace*. Te ſuſtollent Angeli quo ſepties in die cœleſti recreeris melodia: me ſatellites rapient in crucem, vbi millenis aures meæ dicterijs, & blaſphemijs offendantur: *Vade in pace*. Tu inter Seraphinos gloria collocaberis eminentiori: ego in monte Caluariæ binos inter latrones medius crucifigar. *Vade in pace*. Tu caput in monte gloriæ attolles in æternum victura: ego meũ in monte Caluariæ moriturus inclinabo: *Vade in pace*. Tibi cor cœleſti redundabit conſolatione: meum cuſpide perforabitur lanceæ, ex quo ſanguis & aqua promanabit: *Vade in pace*. Iam perge in pace ouis ſanctiſſima, & hanc ſectare viam, & illuſtrem nobis obtine pœnitentiam, vt & oues euadamus. Eia peccatores, ad hanc confugite mulierem, eius inſiſtite magiſterio, quo veram diſcatis agere pœnitentiam: illam vobis in mediatricem eligite: ſiquidem tanta apud Deũ polleat auctoritate vt nobis impetrare poſſit, quidquid ea intercedente nobis ad ſalutem petierimus; hoc potiſſimum obtinebit, vt ex animo ad Deum nos conuertamus, ſuaque illa nobis gratia faueat, cuius virtute veram eliciamus noſtrorum ſcelerum contritionem, illaque per oculos viuis lacrymis contriti diluamus.

☞ 125 Illud quod dixit Apoſtolus, Sanctos in gloria
1. Cor. 15. inter ſe differre, *Sicut ſtella à ſtella differt in cla-*
41. *ritate*, licet velit dicere: quòd nonnulli maiori
XI. præ ceteris ſint gloria cumulandi, pro meritorũ
Sanctorũ diuerſitate ſingulorum: ſimiliter indicat quod ſi-
in obti- cut ſtellis Deus virtutes indidit particulares: quæ-
nendo dam etenim ſuo influxu ad vnum operantur ef-
quædam fectum, aliæ ad alterum, quædam ad pluuias, aliæ
ſingula- ad ſerenitatem, quædam ad frigus, aliæ ad calo-
ria præ- rem, quædam ad alios varioſque effectus ita ele-
rogatiua. ctis ſuis quoſdam velut influxus communicauit ſibi proprios ad eorum interceſſionem: vt eam declarat D. Tho ſingulares ad hoc proferens rationes: *Quibuſdam particularibus Sanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipuè patrocinari*. Ita, inquit D. Anto. patronus colitur ſingularis ad obtinendam de diabolo victoriã, eo quod ipſe viriliter contra ipſos manu ad manum decertarit; & ab igne liberandi gehennæ, quia de flammis ſuæ triumphauit concupiſcentiæ. Diu. Stephanus patronus inuocatur, ad emolliendam cordis duritiem: quia lapides excepit duros de quorundam cordibus ipſis petris durioribus. D. Thomas Apoſtolus interceſſor celebratur contra tentationes de fide: S. Lucia contra cœcitatem oculorum. S. Apollonia dentibus medetur. S. Agatha mamillarum curat ægritudinem. Hanc autem eximiam pœnitentem eo fine potiſſimum elegit, vt ſua interceſſione faueat peccatoribus, quatenus Deus illis lacrymas pro peccatis, veramque tribuat contritionem.

D. Tho. 4 diſt. 49. q. 3. ar. 2. ad 2.

X. Argumẽtũ à minori ad maius ex Eliſei miniſterio.

Argumentum ſanè fuit admiratione dignum nobilis cuiuſdem ex domeſticis Regis Ioſaphat dum hic extrema laborat aquæ penuria. Teſtatur Spiritus S. quod duo illi Reges illuſtriſſimi Ioſaphat Rex Iuda vir ſanctitatis opinione celebris, & Ioram Rex Iſrael idolorum cultor infamis, congregarunt copioſum ſibi exercitum, quem contra Moabitas in campum producerent. Cum igitur legiones procederent, per deſerta proficiſcuntur adeo arida vt omnes ſe ſiti exareſcere & perire conquererentur, eo quòd tantis copiis aqua non ſuppeteret. Cum omnes de remedio tantæ neceſſitatis conſulerent, atque in terra nullum pateret obuium, ait Rex Ioſaphat vt vir pietate inſignis: Cœlum inuocemus. An hic Propheta quidam Dei famulus, cuius interceſſio nobis poſſit patrocinari? Reſpondet aulicus de numero nobiliũ atque: Domine mi Rex: ſi nobis quiſquã auxiliari poſſit, atque à Deo aquam impetrare, ſolus hoc poterit Eliſeus Propheta: nec falſa deludor opinione: eſt etenim ille, cui Deus hoc conceſſit, vt aquam manibus abluendis Eliæ porrigeret Prophetæ, quo terra non aluit habuitque ſanctiorem: *Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ*. Qui ad tantam promotus eſt dignitatem vt aquam Eliæ Prophetæ terrarum maximo porrigeret, qua ſibi manus ablueret, & mappulam ad abſtergendum: procul dubiò nobis à Deo copiam aquarum, qua laboramus, impetrabit abundantem: ne ſiti tabeſcamus ac pereamus: nec eũ ſua fefellit opinio: etenim medio Propheta per miraculum illam obtinuerunt, tempore adeo ſereno, vt magis ſperare poſſent

4. Reg. 3. 11.

ſolis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolis radios,quibus exurerentur , ardentiſſimos, quàm aquarum fluenta refrigerij.

Si ex eo quod Eliſeus Eliæ miniſtraſſet ablučdis manibus aquam & mappam abſtergendis,efficax ſumptum fuerit argumentum quòd aquam poſſet exercitui impetrare ſitienti. Eia agite chariſſimi, num aqua laboratis lacrymarum, vt illas cor veſtrum producat ad veſtrarum ſalutem animarum? O quàm ſunt arida corda! heu quam obdurata! O quanta ſerenitas oculorum! Ad hanc confugite ſanctiſſimam Magdalenam, quã tanto Dominus honore dignatus eſt , vt aquam porrigeret non Eliæ Prophetæ, eius manibus abluendis,ſed aquarum effundat riuulos lacrymarum , quibus rigauit lauitque pedes ipſius Dei Redēptoris,Domini Eliſei , omniumque Prophetarum. Non mappam manibus adiecit Eliæ extergendis ſed flaueſcentes capitis ſui crines pedibus abſtergendis Saluatoris. Illius implorate ſuffragia , illa vobis patrocinetur, illa vobis à Deo veram adeo ſcelerum veſtrorum obtineat contritionem , vt diſciſſo corde per oculos lacrymæ defluant amoris ita feruentis,vt audire mereamini : *Remittuntur tibi peccata tua , Vade in pace*: cœleſti diuinaque pace gratiæ hoc in mundo fruere,& in altero gloriæ gaudio ſempiternæ. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ TRIGESIMÆ NONÆ SEQVENTIS.

COELESTI planè myſterio duo nobis Euangeliſta proponit concilia , quæ cum ſibi mutuo magis ſint contraria quàm lux & tenebræ idem tamen concludunt , eandemque dant ſententiam. *a.* Pri- a §. 1.
mum celebratur in ſynodo Hieruſalem , in quo conueniunt Principes, Sacerdotes & Doctores, & ſupremam decernunt malitiam. *b.* b §.2.3.
quam à bis mille annis execratus eſt Iacob pater eorum. *c.* fuitque e- c §.4.5.6.
uerſionis regni ac ciuitatis eorum cauſa principalis. *d.* Secundum d §.7.8.9.
illud eſt, quod ab æterno celebrarunt tres diuinæ Perſonæ in Conſiſtorio SS. Trinitatis, in quo idem ſtatutum erat in bonum noſtrum , & omnium redemptionem. *e.* e §.10.11.12.13.14.15.

§. 1. *Oſtendit Euangeliſta completam vnionem ſummæ malitiæ , ſummæque pariter iuſtitiæ, quam Angelus Danieli manifeſtauit.*

§. 2. Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi &c. *Peſſima nequitia, quæ potuit inueniri fuit illa,in quam illi delapſi ſunt, dum concilium conuocant, quo Deum interficiant.*

§. 3. Collegerunt concilium &c. *In hoc concilio tota creata interfuit malitia,nedum hominum,ſed etiam dæmonum omnium: ibidem enim adſtiterunt.*

§. 4. Collegerunt Pontifices , & Phariſæi &c. *Optimè deſcripſit Pontifices illos & Phariſæos Iacob in duobus filijs ſuis Simeon & Leui : ex quibus deſcendebant.*

§. 5. Quid facimus? Quia hic homo &c. *Vaſa iniquitatu fuerunt hi conſiliarij , liuore, auaritia , & ambitione pleniſſimi.*

§. 6. Quid facimus&c. Si dimittimus eum &c. *Huius concilij conſiliarij fuerunt inuidia, auaritia & ambitio.*

§. 7. Si dimittimus eũ &c. Veniẽt Romani&c. *Vnde illi gloriã ſuã,honorẽ & opes ſaluare ſtuduerunt: inde in perpetuũ perdiderũt.*

§. 8. Expedit vt vnus moriatur. *Ignis fuit hæc ſententia Phariſæorum , qui ſuccendit Hieruſalem , vt deſcripſit Ezechiel.*

§. 9. *Principum malitia ciuitates euertit , ſicut horum perdidit Hieruſalem.*

§. 10. Hoc autẽ à ſemetipſo nõ dixit. *Ex hoc malitiæ cõcilio, velut per antliã eduxit Deus decretum ſuum æternum ad noſtram ſalutẽ.*

§. 11. *Conſiliarij cœleſtis concilij fuerunt potentia infinita , ſuprema ſapientia, & immenſa bonitas.*

§. 12. Caiphas cum eſſet Pontifex prophetauit. *Caiphas medius propheta ſententiam promulgauit, quam ori illius Deus impoſuit.*

§. 13. Expedit , vt vnus moriatur homo &c. *Mors Chriſti conueniens fuit , non verò eius occiſio & bene dixit:* Moriatur.

§. 14. Expedit vt vnus moriatur homo

&c. Ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN